



O  
V  
160

BARTHOLOMÆI

BOTTÆ PRÆSBYTERI,

ET CANONICI PAPI-

ENSIS DAVIDIAS.

*Biblioth. Acad. Ingolst.*




P A P I Æ.

*Apud Hieronymum Bartholum. 1573.*

M V L T V M R E  
VERENDO D. D. IN-  
NOCENTIO CRUCCIO PRIO-  
RI CHARTVSI AE  
Papiensis meritissimo.

Hieronymus Bartolus S. P. D.



Eo auspice factum est  
INNOCENTI reli-  
gioſſime ut etas nu-  
stra in ecclesia Chr.  
uſtiorē in dies fa-  
ctum percipiat, ET qui pre alto ſunt i-  
genio, nefarium ducant ſacra ſcr-  
do, legendo, commentando talenti  
ſuorum ei acceptum non referre,

★



vitam & spiritū hauserunt : nituntur  
enim omni studio omniq; conatu, ut sa-  
crarum literarum doctrina escam pra-  
stet spiritualem, non modo religiosis vi-  
ris, & ijs qui Christo animum suum  
sacris iniciati deuouerunt, verum etiā  
profanis, et cultum seculi profitētibus,  
Daudes, qui Psalmos carmine con-  
scriptis, cœpit ipse carmine in vulgus  
& ora hominum venire : cecinit ipse  
ysteria nostra fidei mellifluo cantu,  
in vulgo ipsius historia rebus præcla-  
restis commendanda poterit canta-  
mmā cum dulcedine audientium,  
ipè heroico versu conscripta . Hu-  
iboris pulcherrimi atq; honestissi-  
mator est Bartbolomaeus Botta Ca-  
rus Papien. vir certè cùm mori-  
udatissimi, & spectata integri-  
tatis

tatis famatum (ut scripta ipsius par-  
tim edita, partim in scrinijs adhuc la-  
tentia aperte testantur) doctissimus,  
atq; eruditissimus. Quo mihi maiore  
gloriam videtur assecutus: quod cum  
omnem suam atatem tum docendo,  
tum poematis & commentarijs sacra  
Biblia & vitam Christi Illustrando,  
omnem vulgaris glorie fucum maxi-  
me effugerit; coronamq; suorum labo-  
rum & florentis senecta in eo tantum  
reposuerit, ut in militia Christi in de-  
fesso certamine diu versatus Daudia  
den suam Deo optimo addixerit & de-  
dicavit, cui placere præmium ante acti  
laboris existimauit amplissimum. Hoc  
Itaq; opus accipies Pater religiosissime  
quod propter admirabilem elegantiam  
rerum varietatem, carminis splen-  
res

rem; inuentionis nouitatem; atq; exuberantem copiam puto fore tibi gratissimum: nec de futuros per multos, qui materiam grandem, & cothurno sphocleo dignam Hactenus intactam, suspiciant atq; admirenur. Tibi vero laborem impressionis mee in hoc opere dedicare volui, velex hoc presertim quod hac Historia Regis Davidis tua lectione sit dignissima, atq; inter granas illas curas Chartusiensis administrationis incunditatem non exiguum allatura: & cum ceteris qui pie ac religiose vestrum ordinem atq; institutum profitentur, Hoc ipsum carmen commendaris, tum non mediocre erit tibi nimi solatum Davidem nouum Psalm in tectis habere, qui mira dulcedo nono plectro auribus tuis personet


& suau quodam Psalterio ad meditationem passionis Christi animum inuitet. Interim me tuo amplissimo nomini addictum scies, in idq; incumbere, ut opera mea ac studium aliqua ex parte gravissimis tuis curis & summa rerum quam sustines, tedium incunditate letionis leuare possit. Vale.

\* 4

REGVM REGI AC DOMINANTIVM  
Domino Nostro Iesu Christo , Bartholomeus  
Botta P. & Canonicus Papiensis Glori-  
am & honorem atq; spirituale im-  
perium super omnes gentes  
exoptat.

Onsueuerunt non solum ratus, verum  
etiam historiarum ac rerum scripto-  
res omnium opera sua scrupulissimo  
alicui Mæcenati dedicare, & com-  
mendare: cuius protectione seruent  
illeſa a maledicorū obtrectationibus  
qui nullius sui boni operis consciī dente canino stu-  
dent aliena mordere . Ego verò tibi Christe Deus  
meus , optimo defensori tuam Dauidi aden simul  
atq; meam (nam ſpiritu tuo diſtante a me compoſi-  
ta eſt ) tibi ſoli inquam , dedico atq; commando .  
non modo ut tuearis eam : ſed potius ut inducas  
omnium mentes ad complettandam eam : ut quæ  
pro cunctorum vtilitate edita eſt , a cunctis relega-  
tur, ametur, & exosculetur . Salua me autō ipſe  
ſalutis . Dat. Papiæ . M. D. LXXXIII. Natalis  
lara luce .

BARTHOLOMÆI BOT-  
ta P. & Canonicus Papiensis  
Antiphoreticum carmen  
ad Lectorem.



Armina ſi qua leges iſerta poēmate noſtro,  
Que prius a ſegli ſunt decantata poētiſ:  
Ne me cētones pinguem farſiſſe putato ,  
Nam licet AEGYPTU Dño ſpoliare inben-  
Qua male ſunt poſſeſſa diu , vſurpataq; ab illis (te.  
Luce palam eripui , ceu ſpiritus ipſe iubebat .  
Et quia censuimus morituris vtile cunclis ,  
Vt Christum relegant paſſum , ſimul atq; ſepultum ,  
Maxq; reſurgentem , & celeſtia regna petentem .  
Perbreuis appendix operi ſuperaddita noſtro eſt ,  
Liberiore ſtylo ; naris ne deſpice lector  
Tu nimis emuncta : vera contemnere noli  
Planiciem hystoriae : fuerim quod fidus ad unguem  
Legis Euangelica interpres : quod ſenſa ſecutus  
Veridicus Christi ratus figmenta reliqui .  
Ne crassum dicas lector , minimeq; poetam .  
Artis ut ignarum me : nam prudensq; ſciensq;  
Id feci : quia ſiſta nefas illudere veris ,  
Vt facilis facile allicerem ad meliora legenda .

IO. M A R. SIMONETAE, COLLEG.  
Eccl. S. Theod. Prepositus & Doctor  
ad Lectorem Carmen.

(ces,

Orologi fugiunt, abeant Mimi, atq; loqua-  
Et genus omne virū, q; nisi Vana canūt.  
Talia Maonides spirat mendacia folle,  
Et Maro qui cecinit flumina, rura, Du-  
Vas sophia plenum verē tibi Botta parauit

(ces.

Ille sacer Christi Bartholomaeus ope .

Hanc vbi gustaris, sacros de fonte liquores  
Haurire hoc poteris, donec ad astra roles.  
Cuius ab ore fluunt patauino, culta lepore

Verba viri afflato pettore cuncta tenens.

Seu tu Rhethoricen speltes, seu sancta requiras  
Dogmata, in ambobus clara trophaa gerit.

Tum quia doctrinam redolent Davidis & addunt  
Ingenio ingenium carmina facta lyra.

Absit linor edax, digito compesce labellum,  
Sacrificei taxas qui bene scripta pii.

Ipse velis, nolis, percurres multa legendo,  
Innumerri vates quæ taculere diu.

Dicite vos eius vbi mens quæ stare solebat  
Ut Botta merito non tribuatur bonos

Multum igitur debent autori hac saecula nostra,  
Quius in Europa fama perennis erit.

I N S A C R V M O P V S D A V I -  
diados Augustus Botta.



**Q**ui cecinit dulci vates psalteria cantu  
Et legis docuit Mystica sacra nouæ :  
Iam canitur vatis latio modulamine Botta,  
Et viuus volitat docta per ora virum .  
**A**rgumentum ingens . Dauides gloria Regum  
Isacidis primus Regia scepsira dedit ,  
Hic varii rerum euentus , hic funera , cœdes ,  
Arma infert Gnatus , diffugit arma Pater .  
Intactum hoc priscis venerandus Botta sacerdos  
Edidit , hic cupiens Biblia sacra legi ,  
Salue autor , Salue cœlesti nomine Musa ,  
Mellifluo lenis qua pia corda sono ,  
Tu Christi aduentum , tu vatum oracula pandis ,  
Historicamq; fidem nobile carmen habet .  
Sæcula diuinum hunc Psalmem sic laudibus ornent ,  
Lectorisq; animum lettio dulcis alat .

Aduertendum , in folio 20. pagina prima Hi  
tres versus , v3. Surgere victorem , cum  
duobus sequentibus per errorem fuerunt  
postpositi debent legi ante , & statim post  
illum versum , Sic quoq; tunc &c.

Quamvis multis essem distractus negotiis , quibus pen  
totus obruebar , tamen vt tum dolto , tum Catholi  
co Can. Bottæ , quem ynicé diligo , atque obseruo , ob  
sequerer , opus Illud sane lectu perutile quod Da  
uidiados inscribitur per horas succissinas inspicere ,  
ac legere accurate volui , in quo quoniam nihil  
quod Catholica fidei aduersetur uidi (meo iudicio)  
hanc in testimoniu veritatis schadulam manu mea  
raptim exaraui . Domi nostræ . Septimo Calen. Iu  
lias . Anno à Deipara partu M. D. LXXI.

Ego Io. Mar. Simoneta , colleg. Eccl. S. Theo  
dori Præpositus & Doctor Quæ supra no  
taui itidem comprobo , & affirmo .

Ex relatione Reuerendi Io. Mar. Simonettæ  
concedit Inquisitor Papientis , vt supra  
scriptū opus Dauidiados , imprimi possit .

# BARTHOLOMAEI

BOTTAE PRAESBYTERI

ET CAN. PAPIEN. DAVIDIADOS.

Liber primus.

**R**oborea in scala tecto sub paupere natus,  
Gymnasio Illustrēm Ticini ductus ad urbē,  
(Ticinum antiqui, Papiā dixere minores.)

Ut Merulus varias cecini tibi stridulus odas  
Christe Deus, cytharam pleistro modulante canorā.  
Deinceps veluti cygnus fluuij liquentis ad vndam  
Ingemui dulces Elego tibi carmine psalmos.  
Nunc autem assumptus per te velut aere nubes  
Bartohlomaeus ero celebri cognomine Botta.  
Suspendentis aquam et ne degener arguar heres,  
Maius opus moueo, clangenij et alitis instar  
Horrida bella cano. &c.

**I.O. AVGUSTI BOTTAE**

**FRATRIS NOSTRI IN PRI-  
MUM DAVIDIADOS ARGUMENTUM.**

**Monosticon. Libri Primi.**

**Sunt belli causæ primo: & fuga Regis ab urbe  
Argumentum.**

**L**VCIFER inuidia DAVIDEM accusat, & ipsum  
VEXANDUM exposcit, quod & obtinet: unde rebellè  
Contra illum gnatum clam suscitat, atque dolosum  
Iungit ei consultorem GILLONTIS ab urbe:  
Crimina sparguntur, quod turpis adulter amicum  
Sustulerit, cædiq; maritum hostilibus armis  
Inserit: vltorem scelerum se se ABSALON offert.  
Itur in EBRONEM: fit coniuratio dira  
Accelerare fugam Rex imperat, urbe relicta  
Iordanis petitur: fluum properatur & ultra  
In MANAIM: duo ductores GALAADE potentes  
Excipiunt, fessumq; opibus solantur amicis.

**BARTHOLOMEI**

**BOTTAE PRAESBYTERI**

**ET CAN. PAPIEN. DAVIDIADOS.**

**Liber primus.**

**H**ORRIDA bella cano, mirandaq; facta potentis  
I sacrum Regis: quo vindice libera tandem  
Finitimæ gentis Iudæa Tyranide pulsa  
Aurea sceptra manu fixit, capitiq; coronam.  
Tu quæ sola potes cælestibus inclyta regnis  
Musa mihi causas expande Theocharis oro.  
Crimine quo Iesus certissimus arbiter æqui  
Electum iuuenem præstanti robore firmum,  
Insignem facie, & nulli pietate secundum,  
Casibus innumeris permiserit vndiq; tundi.  
Quidue dolens herebi custos exposcerit atter  
Hunc sibi concedi pulsandum mille periclis.  
Scilicet extinctus Pharao, mersaq; phalanges  
Niliæ, vituli, simulacraq; vana deorum  
Cum templis excisa suis, altaria versa,  
Irarum causas, odii fomentaq; saui.  
Præstiterant: stimulis simul urgebatur inquis,  
Fœda usurpatum numen regionibus illis  
Interiisse suum: quæ tanta superbia vito est?

Bartholomaei Bottae

**E**xcederant animo necdum feralia sacra,  
**D**ira quibus natos mactabat dextera patris.  
**P**rob scelus indignum? prætendere pōcula nati  
**P**lena cruento sui? quā pessimus hauriat hostis?  
**V**ritur intus atrox, sauisq; doloribus ardet.  
**I**acturam regni succisi vndiq; Lucis.  
**F**erre nequit; cæca quib; dæta Libidine turba  
**P**ost epulas, tybasos, & pocula sumpta salaces  
**A**dmisscebantur nemorosa valle sub umbbris.  
**S**ed magis atq; magis curis mordacibus intus  
**E**xcoquitur: nec habent duram indefessa quietem  
**P**ectora: cum secum reminiscitur affore tempus  
**G**loria quo regni totum maleparta per orbem.  
**O**mnis erat validis surgentibus vndiq; bellis  
**A**mittenda sibi, & spolijs priuandus opimis.  
**Q**uin etiam dempta ditione inglorius esset.  
**C**aptus & irrisus tum demū in vincla trahendus.  
**P**rogeniem sequidem Iudea gente futuram  
**N**ouerat inuisitam bello celestibus armis:  
**V**enturum audierat Christum per sacula Regem  
**S**tirpis Iesse& Davidis sanguine duci.  
**Q**ui Ducibus sumptis, simul & legionibus, indi  
**I**mperium immenso propagaturus in orbe.  
**N**umina quiq; Deum gente erasurus ab omni.  
**S**olus ut ipse Deus calo terraq; colatur.  
**H**inc studijs hominū genus in contraria versis  
**P**aulatim resipiceret: tum meliora secutis

Deberi

**D**eberi aternas sedes, quibus ille tumenti  
**E**iectus fasit, dum vult æquare parentem.  
**I**n sanus metam qui excedere posse putari.  
**H**æc sibi permetuens, odij:q; acc. uisus amaris  
**I**nuidus, assiduis extorserat arte querclis  
**P**ulsandum iuuenem prætenjo criminè diro.  
**A**t Deus iis sapiens oculis, quibus alta tuetur  
**C**orda, dolos versare videns, teclisq; parare  
**I**n siđijs (si forte sinat) præuertere rerum  
**O**rdine turbato quas fixerat are pereundi  
**A**Eternas leges: atq; irrita ducere fata.  
**P**rouidus arte par simul id concesserat: iras  
**F**inxerat & iustas, luerent pro crimine penas  
**V**t fontes meritas: exercerentur & acri  
**T**orpida corda viri bellorum vrgente flagello.  
**S**ic fore Lenitan proprio ut comprehendere hamo.  
**M**ergeret aprensum fruea quam foderat ipsa.  
**A**nnuit ergo Deus voto lustrantis ini:qui,  
**I**ncerdum orantes qui non exaudit amicos.  
**V**tilius quippe est quandoq; malagmate ferrum.  
**H**oc fernus exaltor factus truculentior ipso.  
**Q**uo dotti compos, ratus est valuisse vel astu.  
**P**ropterea Regem tantis vexare flagellis  
**C**ensuit omnino, donec radicitus omnem  
**T**olleret inuisitam gentem cum flirpe futura.  
**T**anta molis erat nutanti inducere mundo  
**C**risticolum inuisitam per ferrea sacula gentem.

A 3

Vix Arabum populos Dauides inclytus armis  
 Contuderat: parto & vicitrix signa triumpho.  
 Ingressus solymam celsa suspenderat arce  
 Exiguam fessis Ductoribus atq; quietem  
 Militia missis concederat, Inuidus ecce  
 Congrua proposita fraudi sibi tempora nactus,  
 Exaturare parans conceptum corde dolorem.  
 Hac secum, tumido tacitus qua pectora dudum  
 Prefferat: euomit nimia tum percitus ira.  
 Ergone me vicitum tandem supra mea morari  
 Funera? nec tantis excisum cladibus vltum?  
 Tot populos, fortesq; Duces, sauosq; tyrannos  
 Nequicquam? excuisse feros in bella Gigantes?  
 Sexcentos currus pharios cum milite forti  
 Corniger in rubris Ductor mihi miferit vndis?  
 Dehinc Amalechitas inter deserta feroce  
 Ne quicquam oppositos solum tollendo supinas  
 Ad celum cum voce manus mihi strauerit idem?  
 Serpentes idem omnigenas mea semina dira  
 Eretta in lignum facie serpentis æni  
 Perdiderit? iam iam morituraq; corpora morsu  
 Latali, sola sanarit imagine visa?  
 Occideritq; meus frustra Ammoræus Ogiges?  
 Atq; seon Rex ille ferox Easanidis ora?  
 Quid numerem que dama mihi Nauaus Iesus  
 Intulerit? cuius mandata faceffere soli  
 Fas fuit, & Luna, cuius sauoq; furori

Triginta tanti Reges mea maxima cura  
 Cum populis cessere suis, & terga dedere.  
 Ille meas vrbes, mea templa, meosq; prophetas  
 Perculit, euertit ferro populatus & igni.  
 Ille meos cultus, mea numina magna per orbem  
 His horis, meritosq; mihi delevit honores.  
 Me miserum, inuisam gentem, stirpemq; perosam  
 Imperitare mihi patiar? dominarier unquam  
 Lucifer ille feram celo tam nobile sydus?  
 Qui superatbera quondam regnator in aula  
 Penè secundus eram: magno similisq; tonanti?  
 Id patiar nunquam, potius sursum atq; deorsum  
 Et maria, & terras omnes cælumq; ciebo.  
 Impius hac rabido cum tortor ab ore tulisset,  
 Dentibus infrendens, & flammæ lumina torquens.  
 Protinus aeream celsæ Gillontis ad urbem  
 Præcipiti cursu tendit: duriq; repente  
 Acchitofellis adit dudum sibi pervia tecta.  
 Hic Iuris prudens fuerat doctissimus unus.  
 Gillonitarum, Regis quoq; fidus ab aure.  
 Consilio pollens responsa petentibus vltro  
 Non accepta minus, quam si diuina ferebat.  
 Indignabundus tamen is secesserat aula.  
 Ob dirum facinus Regis, Isäumq; pudorem  
 Bersabe & neptis, generi dehinc cede secuta.  
 Ocia me miserum quid non mortalia cogunt  
 Pectora, virtutes tollunt, scelus omne ministrant.

Bartholomæi Bottæ

Dum detractaret Danides ferrea bella,  
Tantisper duròs declinaretq; Labores.  
Militia: Luxuq; domi, somnoq; vocaret.  
Delitiis primum mollita ferocia sensim  
Pectora sunt: atq; inde suborta obliuia reddit:  
Tum virtus, cultusq; Dei pietasq; r elicta.  
Rex alias iustus, sanctus, Rex inclitus armis,  
Rex vates, psaltesq; Dei, quem nulla pericla  
Quem nulli casus olim, nulliè Labores  
Inuictum edomuere, nec umquam a tramiterecto.  
Divus e Legis torsere: vel inuidus ille  
Illaudatus, atrox faul, implacabilis hostis.  
Insidijs, armisq; palam licet effet adortus:  
Non tamen ardente iuuenem propellere quivit  
In furias, meritamq; sui succendere cædem.  
Quin forte oblatum, viuum incolumenq; reliquit  
Hunc tamen, ac tantu, immemorem virtutis anite.  
Ocia iamq; senem strauerunt Namq; diurno  
Surgens a somno, specula prospexit ab alta.  
Vxorem alterius nudā, quæ corpus ab astu  
Perspicui fontis gelida recreabat in vnda.  
Ah miser, vt vidit, perit, rapuitq; volentem,  
Blandiciis vt Rex delinitamq; remisit.  
Infaelix mulier, geminos quæ perdidit vna.  
Et quam leta fuit Regi potuisse placere,  
Tam misera ingemuit merita sibi morte propinquæ  
Namq; animaduertit signis sibi conscientia certis

Hoc

Dauidiados Lib. I.

Hoc vno amplexu se concepisse, necemq;  
Haud dubiam mox alio turgescente morari.  
Ergo sibi, fameq; siue furtiuus amator  
prospiciens, pariterq; volens auertere casum  
Bersabeæ: mittens confessim accersere iussit  
Vriam, e, castris: scitatur prælia quanta  
Excierit Rex ille ferox Ammonius hostis,  
Quæ spes inclusis? quæ iam solatia vieti?  
Vnde queant ciues tanta obsidione teneri?  
Quo pacto valeant tanto durare Labori?  
Vnde malum tolerare famis quo gramine pauci  
Singula percurrens dum solueret ordine gesta  
Facundus miles, nec dum finierat, & iam  
Appositus dapibus ieiunia soluere Regem  
Attentum instabant famuli: manilusq; Lauandis  
Spargebant Lympbas. Belli sermone soluto.  
Rex hylari vultu denuo iubet ire morantem,  
Hortaturq; domum, dulcesq; reuiseru natos,  
Coniugis inq; sinu requiem pro tempore posse  
Carpere deffessum? blandas haurire querellas:  
Abnegat AEthæus miles castrensis & acer  
Seruator moris, minimeq; decere merentem  
Sub Duce pugnaci tentoria duru colenti  
Mollibus in stratis teneram captare quiet em.  
Sic foret aternum positis inglorius armis,  
Si semel auderet bellando vxorius esse.  
Heu quid amatores caci tentare recusant?

vi

Bartholamei Bottæ

Ut sua furga tegant; sopitus at emicat ignis.  
 Fit Regis coniuua: epulis vinoq; repletur,  
 Ebrius ut faciat, quod sobrius ante negarat.  
 Fortior at cunctis pulcherrima & inclita virtus  
 Moribus assiduis hominum concreta medullis  
 Non epulis nouit, non hausto cedere vino.  
 Sternitur ante fores, & humi bellator ut acer  
 Admittit durum per corpora fessa soporem.  
 Quid faciat toties vicitus miserandus amator?  
 Quo se vertat adhuc? curis atrocibus intus  
 Torquetur: capiunt nec Regia lumina somnum.  
 Ante oculos pulchra species versatur amata.  
 Quam(nisi succurrat) certæ succumbere morti  
 Observata diu inclemensia legis auitæ  
 Imperat, idq; ferox, & inexorable petus  
 Coniugis: haud unquam scelus hoc patietur inultum.  
 Forsan & id populus si nouerit, impete facto  
 In Regem insurget correptis undiq; telis.  
 Ab potius pereat tam durus & horridus index.  
 Iustitia hinc, timor atq; Dei, renocabat honestas.  
 Vicit amor famæ, macula metus atq; pudenda.  
 Scribitur extemplo feralis epistola: iusto  
 Immeritoq; viro teles datur arte ferenda.  
 Heu nimis infelix: ut diri nuncius extet  
 Ipse sui interitus? quem mox homicida cruentus  
 Militia ductor peditumq; magister Iobas.  
 Exequitur præcep, hostiliq; enecat ense.

Hunc

Daudiados Lib.I.

6

Hunc casum cædemq; viri persenserat olim  
 Impatiens animi Acchitofel, & cesserat aula  
 Indignabundus, patriaq; iacebat auita  
 Sapientis has repetens sumissa voce querelas.  
 Flagitio hunc tanto fœdatum? cede cruentum  
 Ferre mei generi potero? Lesumq; pudorem?  
 Per pensa prorsus nostri ratione nec illa?  
 Quo luctu miserum? quo me squallore reliquit?  
 Sanguinea ut solus sine me regnaret in aula?  
 Talia plorantem stimulis grauioribus ecce  
 Lucifer adueniens pupigit: vulnusq; refrixit.  
 Nam pueri in speciem Regis tetricimus ille.  
 Vix sese aptarat, prætensi insigne decoris  
 Casarium induerat, cultum mutatus & ora.  
 Hisq; acuit dictis, maestiq; exaggerat iras.  
 Quid gemis Accithophel? quid inani peitora plæctu  
 Assiduo torques? frustra suspiria ducis.  
 Te dolor, & iustus crudiq; iniuria Regis  
 Diræ ciet: sed quid iuuat indulgere dolori?  
 Fæmineum est plorare, virum decet vltio digna.  
 Tantæ degeneres animi patiemur inulta?  
 Bersabeen neptem turpis violarit adulter?  
 Ammonioq; virum insontem confoderit ense?  
 Addideritq; scelus sceleri scarius ille  
 Ut graue sub tacita facinus prætexeret arte?  
 Tam fidum fortemq; virum interficerit astu?  
 Funestoq; vafer thalamo sibi iunxit egram.

Nomine

Bartholomæi Bottæ.

Nomine coniugii quærens obducere culpam ?  
Ast ego tantorum scelerum fortissimus vltor  
(Si mihi consilio , quo plurima posse putaris  
Affixus lateri fueris dignatus adesse )  
Amplius haud patiar dirum hunc regnare tyrannum,  
Nec magis id patrium nomen , sacrumq; verebor  
Quā decus augustum regni , Regisq; decorum  
Ipse suum veritus macularit criminе tanto  
Quanq; pium veritus matri� fædarc cubile .  
Et superinducta me me vexare nouerca :  
Germanam ac veluti Tamarim sum fortiter vltus  
Vim fædæ passam scelerato fratre perempto .  
Sic te , meq; manu , ( modo tu digneris adesse )  
Defunctum & generum , læsi quoq; iura pudoris  
Fortiter vlciscar . pœnas dabit improbus ille .  
His dictis medium sermonem abrumpit : & inde  
Subtrahitur fugiens , tenues ceu sumus in auram .  
Talibus extemplo monstros exterritus ille  
Obstupuit : sensitq; malum in præcordia virus  
Diffundi : & diras tacito sub pectore flamas .  
Moxq; furore nono patientia pulsa refugit .  
Profilit in furias . vlcisci maxima virtus  
Visa viro . & dicto parere monentis amici .  
Absalon interea forma pulcherrimus vñus  
Natorum Regis , genitus prolem eide nymphæ  
Seditione potens , armis , cultuq; decorus .  
Ambibat scaptrum : captusq; libidinc caca

Regnam di

Dauidiados Lib. I.

7

Regnandi patris ante diem , captauerat auram  
Iamdudum instabilis vulgi , spe indicis æqui .  
Namq; fores regis , simul & prætoria celsa  
Mane recens orto vigil arte frequenter adibat  
Quadriugo inuestus currus stipante caterua  
Multorum procerū , & currentibus ante quadrigam  
Quinquaginta viris , quibus est pro munere magno  
Cælatas auro concessum ferre bipennes .  
Descendens currus sella sibi deinde parata  
Non minus atq; throno Rex ipse sedebat in aureo .  
Ante fores , populis hinc inde fluentibus vltro  
Assurgebat ; item latis amplexus in vñis  
Oscula iungebat : causas discebat eorum .  
Quas fore censebat rectas , iustasq; querellas .  
Sed sensisse patrem : iustos sed abesse dolebat  
Præpositos aula , qui patris mores sedentes  
Indicium facerent : sed declinasse ferebat  
Post sordes cunctos , prolem Samuelis ut olim ,  
Muneribusq; datis præueri cuncta gemebat .  
O si me Regem ( simul adiiciebat ) hic vñquam  
Constituat populus : iudex haud ipse grauabor  
Reddere iudicium seruatis legibus æquum .  
Addesq; assidue conuiua lata parabat  
Regisico luxu : vestes ; donaria multa  
Largisiusq; sparsim iuuenes spargebat in illos ,  
Quos fore deuotos sibi , seruicioq; paratos  
Mente reuoluebat , captato & tempore promptos .  
Precipitesq;

Bartholamæi Bottæ

Precipitesq; manu coniecerat esse futuros.  
Quin etiam specie siebat amabilis oris.  
Aurea casaries illi proceraque ceruix,  
Qua cunctos proteres humeris super altior ibat.  
Gratia fulgureis inerat, venerandaq; claris  
Majestas oculis, Regali & murice digna.  
His lenociniis populos alllexerat omnes.  
Temporibus multis: quos ut cognouit adesse  
Iam sibi deuinatos animis, passimq; susurros  
In vulgus spargi veterati Regis in umbra.  
Percupidas rebus plebes instare non andis.  
Tunc opportunum tempus captarier ergo.  
Absalon esse ratus, certos transmittit ad urbes,  
Atq; vocat socios, tacitus de fædere regni  
Solicitat cunctos, multis quoq; plurima spondet.  
Sponte quidem promptos, & ad omnia iussa paratos  
Inuenit, ergo diem factò condixit, & urbem.  
Scilicet ingratias capiunt oblinia plebes.  
Servirio oppressos duro fortissimus heros  
Sanguinem Davides proprio, capitiq; periclo  
Bellando eruerat miseros; pulchramq; vocarat  
In libertatem, deletis vndiq; circum  
Hostibus, & regno munimina firma locarat.  
Sedibus unde suis, sua prædia quisq; colebat.  
Nunc autem vanæ spe Lusi perdere tentant  
Hunc ipsum Regem, & patrem, autoremq; salutis  
Obfuit heu tantum, pecudem rapuisse vel unam?

Pastorem

Dauidiados Lib. I.

8

Pastoremq; ipsum gladio multasse cruento?  
Heu sceleris vindex scelerior ipse futurus.  
Fama mali tanti persybila dira draconis  
Iam dudum vulgi faciles asperserat aures.  
Transferatq; volans longe lateq; per omnes  
Finitimas urbes, Iudeaq; regna replerat.  
Cordaq; runctorum percusserat: vnde canebant  
Murmure non tacito, tollendum sede tyranum,  
Qui rapuisse ouem, pastorem deinde necasset.  
Urbs antiqua fuit folymorum prævia regnis.  
Sedibus vnde suis poterat translata dolere.  
Atq; odiis certare Latentibus emula sceptri.  
Arbea quæ quondam dicta est: nunc dicitur Ebron.  
Nobilis hospitio primi genitoris Abrantis.  
Nobiliar superis queru tribus anterceptis.  
Quattuor esse ferunt hic condita corpora patrum.  
Insidiis ea visa fuit, sceleriq; patrando  
Opportuna: locum socius prescrispsit in illa  
Absalon, ex rapta possent, tacitiq; coire.  
Subdolus ergo patrem blando circunuenit ore.  
Tempore captato, quo mitia pettora Regis  
Visa fuerunt sibi curis vacua, atq; serena.  
Da mihi Rex fandi ueniam, quem pœnitit oro,  
Da reminiscenti temere quæ gessimus olim:  
(Quæ tamen & iustus dolor, utq; iniuria natæ  
Rex pater al me tuæ, nostræq; sororis adegit)  
Me piget antiquum genitor renquare dolorem

Sed

Bartholomaei Bottæ

Sed fuit orandi causam uemordre necesse.  
Illa tempestate michi dum nubilus essem,  
Protraheremq; moras regnis fugitiuus auitis,  
Ut tandem fieres pacata fronte serenus,  
Vota deo uoui soluenda Ebrone, vetusta  
Ilice sub mambræ partim, duplicitq; sub antro.  
Numen vbi præsens diuinum, sancta q; nostri  
Autorum generis præmolliter ossa quiescunt.  
Reliquia & digno nobis celebrantur honore.  
Exul vbi duros priuium finire labores  
Tu quoq; care pater cepisti ex hoste maligno.  
Auspicio felix vbi tu sceptrum, atq; coronam  
Sumpsiisti primam, qua duret sacula cuncta  
Parta tibi generiq; tuo: concede roganti  
Ut pateat gnato paucis vrbs illa diebus.  
Dixerat, at genitor memorata cæde perempti  
Natorum Ammonis primi, quem præ omnibus vnum  
Ut successorem regni dilexerat ante.  
Vix tenuit lachrymas, votis tamen annuit eius.  
Suspiciole mala menti subeunte nec vlla.  
Absalon at voti compos, feruentior astu  
Tam facile admisso, successuq; acrior ipso,  
Accersit iuuenum primos ex vrbe ducentos,  
Ignaros rerum, nihil umquam tale putantes.  
Quos votum simulans secum deducit ouantes  
Ast alios plures, (quorum sunt conscia fraudis  
Pectora) habet fidos comites, sociosq; laborum

Accinctos

Dauidiados Lib. I.

9

Accinctos gladio, & sub veste latentibus armis.  
Iabant hi taciti, mediumq; hinc inde tenebant  
Ductorem: campis alii discurrere gaudent.  
Nuncius interca Regis præmissus, & vna  
Achitofel sceleris filior, fraudisq; magister,  
Reddiderant monitos ciues: Ebrone parandum,  
Regius ut digno puer exciperetur honore.  
Iam prope erant portis, & manibus vrbis auitæ.  
Occurrunt illis ciues; praefectus & vrbis  
Maiores natu iuuenum stipante caterua.  
Panduntur portæ, muris sternuntur & ostro.  
Barbarici fuluo postes ornantur & auro.  
Parietibus pendent aulæ; tapetia pictæ  
Exornant ædes, penetraliaq; alta domorum;  
Sternunturq; viæ ramis, sertisq; comantur.  
Ingriditur tandem multo spectabilis auro.  
Accurrunt omnes lati, admirantur euntem,  
E speculis comptæ matres, teneræq; puellæ  
Mirantur speciem Dicis, intentæq; salutant;  
Excipiunt alacres cuncti, & comitantur ad arcem.  
Hospitibus lati ciues implentur amicis.  
Tum recreant fessos hylari coniuia vultu.  
Exhibita amissas reparant & pocula vires.  
Nec tamen hinc mollire ferocia pectora possunt.  
Coniuratorum iuuenum: quin luce sequenti  
Ad querum Mambræ coeant: vbi sacra iuuencia  
Effingunt cæsis, & soluere vota videntur.

B

Bartholomæi Bottæ.

Yelleris hinc nigri pœcules mactantur ad ora.  
Spelunca duplicit, manesq; vocantur auorūm.  
Expletis haud rite sacris, nam oracula nulla.  
Consueto de more petit: neq; sperat habere.  
Nec monitus certos nostru personnia temptat.  
Sed mox exhibitis epulis Galamonius ore  
Composito Accitophel erumpit peccore vocem.  
Compressasq; diu diras de Rege querellas  
Luce palam exponit: vindictamq; inde reposcit.  
Regis adulteriam, fraudes, cädem atq; cruentam.  
Dignum morte virum, grauiorem saule Tyrannum.  
Afferit, Attutum plesti debere, nec vltra  
Iudicis expellantia dei est sententia tanto  
In scelere: vltorem ante oculos ecce inquit habemus  
Magnanimum hæroem: qui forti peccore & armis  
Germanæ vt stuprum temerata virginis vltus  
Emeritas pœnas scelerato ex fratre recepit.  
Sic turpem hunc regem nec patris nomine dignum  
Desertumq; Deo vestris fautricibus armis  
Opprimet extemplo: & regno spoliabit inertem.  
Protinus his surgit clamoribus alta iuuentus.  
Absalon exclamat viuat Rex. Absalon onnes  
Ingeminant: fiat scelerum Rex Absalon vltor.  
Purpureos fasces rapit, oblatamq; coronam  
Imponit capiti: sceptrumq; manu tenet aureum.  
Illi alacres positis genibus Regem ore salutant.  
Dantq; nequ regi qua præscius ante pararat

Munera

Dauidiados Lib.I

10

Munera quisq; sibi. in primis fortissimus offert  
Quadrupedem mixti generis ( licet omne lævo )  
Militia princeps iam tum signatus Amasas.  
Accitophel torque, gemmis auroq; monile  
Bachatum, atq; coma decus haud ignobile fertum.  
Post alii proceres dextras pro viribus implent.  
Bis centena cohors quæ tantæ nescia fraudis  
Venerat, icta metu subito, & suffusa pudore  
Exuitur torques: nitidoq; monilia collo  
Detrabit, ac offert pendentes peccore bullas.  
Absalon vt Regem se se videt esse creatum.  
Ambitoq; diu regno se posse potiri:  
Ne qua superueniens tantos mora rumperet ausus.  
Imperat extemplo Rex efferus ore cruento  
Arma, capi bellumq; patri clangore tubarum  
Protinus indicit cunctis ferale futurum.  
Sepositis regni raptis insignibus illis,  
Induitur subito cunctis spectantibus armis.  
Baltheus aptatur lateri mucrone coruscus.  
A Eratamq; manu clavam tenet: atq; magistri  
Militie officio pro tempore fungitur illo.  
Arma cui capiunt alii: strutaq; repente  
Hinc atq; hinc acie cunctis gradiuntur ad urbem.  
Namq; tribu ex omni condito tempore multa  
Millia traxerunt designati ante tribuni.  
Ebronem introeunt stupefactis impete tanto  
Cuiibus, extremumq; pati metuentesibus vna

B 2

Bartholomæi Bottæ.

Excidium, cunctos ingens inuaserat horror.  
Diffugunt pasim, & tellis conduntur in altis.  
Ast illi proprio cursu pratoria primus  
Celsa petunt, impletq; forum, praefectus at rrbis  
Hospitis & comitum quem maxima cura trahebat,  
Ut ridit populos ex omni parte fluentes  
Impetu percussus vasto sine more ruentum,  
E foribus cæcis ( quas nouerat ) exiit urbem.  
Arreptaq; fuga miser, incomitatus, inermis  
Hierusalem ut poterat cursu properabat anhelo.  
Achitophel autem positis custodibus arcis  
Agmina partitur: portas & milite complet.  
Ut pateant, & adhuc venientibus vndiq; multis.  
Exitus at cunctis stricto mucrone retetur.  
Ne Solymam posse tenuis vel nuncius ire.  
Absalon interea ciues Ebronis ab alta  
Arce vocat pauidos se se intratæta tenentes.  
Vixq; ausos exire patres effatur ad ipsos.  
Cunctantesq; metu diuisis horratur amicis.  
Aedes hospitibus iubet, ac penetralia pandi.  
Cognatos fratres, vnius originis omnes,  
Se iustum Regem toto Israele creatum,  
Nequitiæ vltorem patriæ granum atq; malorum.  
Quin collectandum potius sibi commonet vna  
Sperandum quippe, amisi ut reparentur honores.  
Posthabitq; Hierosolymis ( si forte resistant )  
Restituatur sis solium, locus atq; senatus.

Nempe

Dauidiados Lib.I

12

Nempe sui regni caput ipsam Ebronam futuram.  
Atq; vt celsa parens reliquas dominetur in vrbes.  
His consolati diltis, tantaq; leuati  
Spe posuere metum primo: magni inde receptæ  
Sunt animi: solitæ rediere in pectora vires.  
Deinceps etiam arrestæ mentes ad culmina regni.  
Vnde recedentes non solum limina pandunt:  
Verum etiam scese comites, sociosq; laborum  
Exponunt, vna ire parant: capit arma iuuentus.  
Vix iubare exorto portis effunditur agmen.  
Erumpunt equites, peditumq; exercitus ingens,  
Hierusalem properant seruato hic ordine nullo.  
Sed sine more ruunt, & quo trahit impetus illos.  
Ac veluti torrens subitis ex imbris anctus  
Montibus erumpens campis spaciatur apertis.  
Aggeribus ruptis populatur & omnia latè.  
Interea fugiens præses Ebrone recisis  
Vestibus; & madido conspersus puluere totus,  
Mane recens orto Solymam peruererat, vrbem  
Ingressus lacrimis refluentibus ora rigabat.  
Squallentem barbam lacerans & pectora pugnis.  
Ut stetit ante pedes Regis defessus anhelo  
Insueto, ac proprio cursu, nimioq; labore,  
Concidit exanimis, tandem recreatus ad horam:  
Heu fuge Rex ( inquit ) Dauides, perditus ecce  
Filius ille tuus tibi proditor, atq; rebellis,  
Absalon ecce aderit toto Israele creatus

5 3

Bartholomæi Bottæ.

Rex Ebrone nouus, qui regnum vindicet, vltor  
Impius: hunc acies instructæ mille sequuntur  
Ex tribubus cunctis: fugito. nec plura locutus  
Ante pedes iterum cecidit. fessusq; quieuit.  
Talibus auditis, casu & percussus amici  
Rex, fugiamus ( ait ) nec enim crudelia nati  
Lumina nos viuos, populiue furentia corda  
Esse sinent. fugiamus ( ait ) solioq; resurgens  
Distindit vestes, & crinem puluere spargit.  
It pedibus nudis specie miserandus in ipsa.  
Festinate viri ingeminat, ne forte repente  
Nos ipsos, vrbemq; simul premat alta ruina.  
Egreditur paucis vxoribus æde relicta,  
Turbati famuli quem deinde sequuntur onusti  
Arreptis propere ( poterant ut quisq; ) talentis,  
Argenti infecti, facti quoq; pluribus auri.  
Et pariter flentes fidi comitantur amici,  
Præcipue celeti, pheleti, pariterq; Gethæi.  
Atq; alii proceres fortissima pectora bello.  
Sexcentiq; viri per mille pericla probati.  
Et duo Duætores, cum fratre magister Iobas  
Militiae. Etthaimas Achides, princepsq; sadochus.  
Omnes extemplo correptis vndiq; telis  
Corporibus Regem fugientem hinc inde tegebant.  
Quis faciem illius fando monstrauerit vrbis?  
Protinus ut rumor diffusus vbiq; locorum est.  
Daniden ipsum Regem fugisse; repente

Aduen-

Danidiados Lib. I.

12

Aduentare nouum multis cum millibus hostem;  
Insimulat cunctis se se pavore osibus ingens.  
Et iam summa procul poterant, e, turribus altis.  
Per valles iwas venientum signa ridenti.  
Pulucreumq; globum denso velut acre nubem.  
Horribilisq; virum clamor, clangorq; tubarum.  
Audiri proprius, stridensq; binnitus equorum.  
Tum miseri ciues quorum sunt nescia corda.  
Concepti sceleris, fugere, buc illucq; vagari.  
Quarentes latebras vbi possent condier altas.  
Nulli tuta domus sua: sed suspetta videntur.  
Culmina testorum quamuis sint alta suorum.  
Ergo alta tresses, & sicubi saxa petuntur.  
Concaua, me miserum turpi formidine quadam.  
Corpora viua etiam tumulis conduntur apertis.  
At pauidæ matres, timidæ simul atq; puella.  
Per thalamos fugiunt, penetraliaq; alta domorum.  
Discurrent tenebris si forte latere repertis.  
Posse vidarentur. Lachrymis manentibus vltro,  
Vngibus atq; genas, & pugnis pectora plangunt.  
Propositi interdum oblitæ, eiulatibus implent  
Omnia: & extollunt querulas ad sydera voces.  
Pallantes cernas inopes ( miserabile vulgus )  
Sarcinulas transferre suas, vbi cordere tuto.  
Posse putant, alio, atq; alio migrare repente.  
Templa Dei persæpe petunt, abeuntq; videntes.  
Ipsos custodes diuini fæderis arcam.

B 4

Bartholomxi Bottæ.

Pellibus obducam, iam iam transferre parantes.  
 Non secus ac nautæ cum nigro turbine cernunt  
 Solem obscurari, piceasq; per aera nubes.  
 Ventorum hoc illuc aduerso flamine ferri.  
 Huc illuc per transtra fremunt, metuuntq; dolentq;  
 Præcipue summa cum cernunt puppe magistrum  
 Vela reuolucentem: ut correpta proxima lintre  
 Littora quæq; petens fugiat, nauemq; relinquit.  
 Esse locum nusquam exclamant, quo credere possint  
 Se: mercesq; suas: fessi ergo extrema morantur.  
 Sic inopes illi cernentes lumine toruo  
 Lenigenas ipsos sacrati fæderis arcam  
 Atq; tabernaclum cilicino vellere teetum  
 Transportare suis humeris, & cedere templo.  
 Quis locus heu nobis poterit securus adiri?  
 Exclamant cuncti? vel quo fugiemus mermes?  
 Si Deus a templo cum sacro pignore cesit?  
 Mortæ igitur cuncti horrendam, excidiumq; moratur  
 In certi valeant dubios ubi figere gressus.  
 At alii (rebus quibus anxia cura nouandis  
 Et metus acer erat dudum, ne tecla pateret  
 Proditio, dum Rex armatus in urbe sedebat.  
 Protinus egresso fugitiui more latronis  
 Hostibus ut iam dicebant audacius ore procaci)  
 Armati prodire parant: venientibus ultro  
 Ut coeant patefacto limine portæ.  
 Abiathar vero redimitus tempora sacra

Iam

Dauidiados Lib. I.

13

Iam senior cydari, qui per discrimina cuncta  
 Ante securus erat Regem, dum Saulis ab ira  
 Cæde Jacerdotum peteretur & terq; cruentum.  
 Iustitia insignis diuino & numine plenus.  
 Secum aderat psaltes idem, vatesq; Sadochus.  
 Ambo suis humeris correpta minus arca  
 Sponte sequebantur profugi vestigia regis.  
 Et pariter mæsti suspiria pectora ab imo  
 Ducebant, lachrimisq; fluentibus ora rigabant.  
 Quos ut Dauides abiens respexit adesse,  
 In terram genibus positis & poplite flexo  
 Pronus adorauit numen: debinc talia fatus.  
 Ita sacerdotes fidi, altarisq; ministri  
 Ita referte domum, temploq; reponite pignus.  
 Cum reus eiiciar, presenti haud numine dignor.  
 Si castis precibus vestris placatus ad horam  
 Non placet ille mihi, responderit: ipse libenter  
 Aut iussus moriar, variasq; repulsus in oras  
 Exul inops agar: et superum stet fixa voluntas.  
 Sin aliquando mihi fuerit pacatus & ipsi,  
 Sedibus hisce suis arcam dabit urbe videndam.  
 Ergo redite: adytis illamq; recondite sacris.  
 Dixerat hi flentes rediere, Deumq; precati  
 Restitui Regem, templo siluere recepto.  
 Conscius at culpa præcedere iusserat omnes  
 Ille, salebroso, & conscendere limite clium  
 Montis Oliuiferi per scrupula saxe, per altas

Quo

Quo poterat rupes gressu properabat anhelo ;  
 Iam senior, nudisq; ferens incedere plantis .  
 Quas tribuli, & fentes & acuto murice saxa  
 Insuetusq; labor lacerabant sanguine multo .  
 Veste superiecta capiti summissus omnes  
 Ponè sequebatur, velut eger sponte relitus .  
 Heu heu quam species Regis miseranda fugati .  
 Nunc erat, ab quantum facie mutatus ab illa  
 Magnanimi Isacidum Regis Diadema te compta ,  
 Ammoniarum spoliis redeuntis onusti .  
 Quando triumphator solymorum intrauerat urbem  
 Quadriugo inuestus curru, trabeaq; recinctus  
 Purpurea vicit, sellaq; sedebat eburna .  
 Quando inter proceres armatos altior ibat  
 Prae cunctis, aciesq; regens, hostesq; minaci  
 Asperitu terrens ipso dare terga iubebat .  
 Quando palestinos ardentes cminus hasta,  
 Fulmineo cœdens vel cominus ense premebat .  
 Nunc autem mœrens cunctis præcunctibus ipse  
 Vilis & abiectus fugiens extremus abibat .  
 Non animo fractus, solito uel robore cassus .  
 Sed grauis admisi non sola voce fateri  
 Contentus culpam tanto squallore piabat .  
 Additur his alius penè intolerabilis horror .  
 Nam gemitu, & lachrymis facinus cū triste lauaret  
 Suspiransq; diu, plangens, & pectora pugnis,  
 Hostia viua Deo fieret maestatus ad aram .

Corde

Corde sub ardenti quam tempore struxerat illo  
 Quo raves ipsum paradigmate strinxerat acri .  
 Filius ecce Geræ gemini de stirpe creatus  
 Qui sauli quondam fuerat comes atq; propinquus .  
 Egressus Bauri semeis fuit ausus in ipsum  
 More canis Regem rabidos iactare latratus .  
 Egredere egredere vir sanguinis, atq; malorum .  
 Rex opifex scelerū egredere, et male parta relinque .  
 Reddidit ecce tibi gnatus, quæ tu ante tulisti  
 Dira tuo Domino, Regi, soceroq; patriq;  
 Tu quoq; pulsus abi regni violator, adulter .  
 Hec simul ingeminans lapides cum puluere multo  
 Per transuersa iugum currens iactabat in illum .  
 Summisso capite hac Dauides probra ferebat,  
 Tantam ignominium ducens sub corde premendam .  
 Quo citius posset numen placare ferendo .  
 Abbisais verò velocior alite, cursu  
 Impatiens animi iusta succensus & ira .  
 Quid canis hac (inquit) iam iam moriturus ad auras  
 Personat impune & Regemq; laceffere Christum  
 Fas putat esse probris tanto temerarius ausu ?  
 Rex tamen hunc duro presit sermone frementem .  
 Quid mihi præcipites vobiscum protinus (inquit)  
 Saruiada & furor hic, præsumpta nec vltio numen  
 Iratum, at potius mitis patientia placat .  
 Si Deus hunc maledicta mihi proponere iussit?  
 Quis retet in faciem cordi & cum iusserrit ille ?

Filius

Bartholomæi Bottæ .

Filius ecce meus qui lumbis exiit istis ,  
 Pellere me regno sitit , atq; excludere vita .  
 Quid mirum? Gemini si me oderit extera proles ?  
 Tantiteat , faxo . dabit hæc patientia dignos  
 Maxima virtutum fructus : stat tempore in isto  
 Digna indigna pati : qua iusserit arbiter æui .  
 Sedatus iuuenum furor his , animiq; quierunt .  
 Pergebant igitur taciti per operta ferarum .  
 Deuia , per saltus deserti , ac tutu petebant  
 Antra : quibus iuuenis toties latitauerat olim ,  
 Dum fugeret Cide inuidiam saceriq; fuorem ,  
 Ad rada Iordanis donec sibi nota venirent .  
 Terea Arrachius Chuses Davidis amicus  
 Consilio eloquioq; potens , a Rege remissus  
 Solueret ut tecmas male deficientis amici ,  
 Vix solymam intrarat paulopost fæderis arcans .  
 Impia cum tanti patris Iesseia proles  
 Rex veniens Ebrone nonus iam mænibus urbis  
 Fit propior : portasq; petit quas conscia fraudis  
 Dudum tecta cohors raptis patefecerat armis .  
 Ingreditur latæ turmis stipantibus urbem .  
 Tum ciues trepidare metu : tacitiq; minaces  
 Intrantum vultus , atq; horrida tela tueri .  
 Ille Sionæam reæta contendit ad arcem .  
 Incautum sperans immiso milite patrem  
 Opprimere : optato & solio , regnoq; potiri .  
 Verum illi patuere fores certamine nullo

Famineus

Dauidiados Lib. I.

15

Fæmineus plangor solum resonabat ad auras .  
 Namq; abiens matres biffenas liquerat intus .  
 Quæ quasi seruarent vacuas custodibus ædes .  
 Introgressi igitur furibunda voce per omnes  
 Discurrunt thalamos , penetraliaq; omnia lustrant .  
 Diripiunt alii vestes , arcasq; refringunt .  
 Dux autem solus thesauro opibusq; relittis  
 Incubat : unde suis partem duotoribus offert .  
 Partitur , donat , vulgus quoq; spargit in omne .  
 Interea ciues partim terrore subalti  
 Blandiciis partim allecti coguntur in aulam .  
 Armatumq; Ducem pauido sermone salutant .  
 Qui monitus solio ceu Rex consedit eburno .  
 Hinc & adoratus pacatis ciuibis vltro  
 Optatam spondet pacem ; renuentibus autem  
 Parere imperio penas , & dira minatur  
 Supplicia , atq; ipsas excindere funditus vrbes .  
 Perpetuum populi tu Rex seruabis amorem .  
 Subiicit Achitophel : si suspitione leuata  
 Conciliandi vñquam patris te viderit ausum  
 Commaculare thorum iam nunc genitoris iniqui .  
 Cui sceleri parcit regnandi caca libido ?  
 Ambitio sceptri fas omne abrumpit , & audet  
 Omne nephas , iubet exemplo tentoria figi  
 Partibus æde cauis , tabulataq; celsa parari .  
 Extructo atq; thoro cunctis spectantibus , illuc  
 Luce palam vñctor super aduolat imprefbus , audet

Exitiale

Bartholomæi Bo ttæ .

Exiitale nephas patrium fædare cubile .  
 Inde trahunt matres , quæ passis crinibus ora  
 Ora genasq; rigant lachrymis , & lumina tollunt .  
 Vincula namq; manus , hostis vetat adere voces .  
 Veb quibus illa dies nitidum tulit atra pudorem :  
 Ab quanto satius saluo cecidisse pudore  
 Quam crudelis heri inceatum subiisse cubile .  
 Hoc sceleræ inspecto , firmo ceu robore cunctis  
 Obdurati animi Dauidem expellere regno :  
 Nec prius a cepto fessi defistere bello ,  
 Quam vita indignum multo cum sanguine perdant .  
 Ductores igitur populo cum milite missio ,  
 Consulit . Vi videant( ex quo omnia prospera cedunt )  
 Quod supereft . quid agi , quo patto confieri res .  
 Proscicite in medium maturius Absalon inquit  
 Neue moræ precium fiat felicibus ausis .  
 Vix ea fatus erat . scelerum Galamonius autor  
 Protinus exurgens dixit , mihi dena virorum  
 Millia lectorum assumam : fugientis & alta  
 Nocte repente sequar tacitus vestigia patris .  
 Nec labor iste grauis per amica lumina luna .  
 Incautum ac fessum , somno curisq; grauatum  
 Aggrediar : comites congressu prælia primo  
 Diffugient , indefensem , solumq; relinquunt .  
 Desertum inuidam , tantorum vltorq; malorum  
 Ipse manu sumam scelerato , e , sanguine panas .  
 Quo simul exiitio blandis reuocabiuius omnes

Pallan-

Dauidiados Lib. I.

16

Pallantes socios monitis , quin sponte redibunt  
 Orantes veniam erroris pietate redempti .  
 Consilium hoc prudens cunctis atq; vtile visum .  
 Impia precipiti hæc placuit sententia Regi .  
 Se Duce commodius tamen hoc succedere factum  
 Posse ratus : siquidem multum præsentia Regis  
 Ductores vrgere solet . populosq; sequentes .  
 Arrachitem ergo veterem quem patris amicum  
 Et si crediderat fidum florentibus annis ,  
 Dum regno incolmis staret , dum prospera cuncta .  
 Hunc tamen electum , imbellem , senioq; grauatum  
 Deseruisse videns , reliquis Ductoribus esse  
 Qui sibi adhaerunt similem ratus , aduocat ipse .  
 Et prope confidens illi ( quia non erat esse  
 Prudentem , astutumq; nimis ) scitatur & eius  
 Consilium , expositis primum , qua dixerat ante  
 Acchitophel . magnum ergo premens sub corde dolore  
 Audito chuses discrimine regis amici .  
 Composito vultu stetit , & sic farier orsus .  
 Hattenus Acchitophel fuerit Rex inclyte prudens  
 Dum non sollicitus , dum non erat anxia curis  
 Libera mens vllis : dum non iniuria clarum  
 Ceu nebulis animum caligine texerat atra .  
 Nunc ira vltus fertur , nimioq; furore  
 Percitus heu diro vindicta exestuat igne .  
 Propterea tibi consilium minus vtile prompfit .  
 Quin potius ( uerum ut dicam ) discrimine plenum .  
 Quodq;

Quodq; tibi queat, & nobis afferre supremam  
 Perniciem, temere id fueris si forte secutus.  
 Magnanimum nosti, bellandiq; arte peritum  
 Esse tuum patrem, affuetumq; laboribus istis.  
 Atq; viri forces illum comitantur vbiq;  
 Quae legio secum? quam robustissima bello?  
 Qui Celethi, & Theleti? durisq; exercita quondam  
 Sexcentena cohors & casibus atq; periclis?  
 Qui nullo cessere metu, sed Rege iubente  
 Vrbis ob excidium ( quod erat pugnantibus illis  
 Instans omnino populi molimine tali,  
 Se cassos igitur regno sudore parato  
 Vulneribus multis, cories & sanguine fuso.  
 Cernentes, animo mihi credite sunt & amaro,  
 Pectore cunctorum, & feruens exastuat ira.  
 Vrba velut catulis si insaniat effera raptis,  
 Saltibus hi notis in tuto Rege locato  
 Expectant populum certi, turbasq; sequentes.  
 Infidias arctis in faucibus ergo viarum  
 Disponunt: strictis mucronibus atq; latenter  
 Agmina nostrorum venientia prima morantur.  
 Quos vbi cognorint iam saltibus esse propinquos,  
 Trotinus assurgent improuisi: inde lupi cun  
 Dactabunt illos ut ones nil tale reverentes.  
 Mox aderit pugna collectis vndiq; turmis  
 Rex acie strutta, veniens aliunde retrorsum  
 Opprimet incantos, sternetq; instructus inertes.

Ignoris

Ignoris alii foveis labentur & antris.  
 Diffugient alii: fiet plaga aspera primo  
 Congressu in populo tua signa tua arma secuto.  
 Pesimus hic rumor iam iam spargetur vbiq;  
 Fama mali tanti & grauior consurget in horas.  
 Res tua nunc fælix, sensim prolapsa retrorsum  
 Corruet. hinc fracti populi labentur & vrbes.  
 Quare posthabito tali discrimine pleno  
 Consilio illius, tibi Rex oratio nostra  
 Tuta magis placeat: iam nunc exercitus ingens  
 Finibus, a cunctis Equitum peditumq; paretur.  
 Mox aderunt omnes, dum res tua prospera floret.  
 Dumq; sedes solio fælix, sceptroq; potiris.  
 Quin profugo patri, & tanto squallore iacenti  
 Exiguo se se subducent tempore plures.  
 Inq; tuas partes ( modo si dignaberis illos )  
 Ipsi etiam paulopost transferrentur amici.  
 Stent omnes etiam fidi ( si credere dignum est )  
 Vnica quid poterit legio circundata tantis  
 Millibus? aut si qua fugiens exceptus in vrbe  
 Iam fuerit, miseram rapidas torrentis in vndas  
 Funibus iniectis tot brachia iuncta trahemus.  
 Tantarum aut potius solo clangore tubarum,  
 Horribili & fremitu populi clamantis ad auras,  
 Mænia pulsa ruent, dura Hiericuntis ut olim.  
 In medio nostri procerum stipante ceterua  
 Te duce, conspicuoq; sub his fulgentibus armis.

C'

Bartholomæi Bottæ.

Dixerat hæc melior visa est sententia cunctis.  
 Gratior atq; Duci sella qui deniq; surgens  
 Confuluit melius prudentior Accitophelle  
 Arrachites (inquit) nobis magis expedit , ingens  
 Ut collecta manus toto Israelle paretur.  
 Tuus & nostros iuncti superabimus hostes.  
 Eligit inde Duces equitum : peditumq; tribunos.  
 Praescitur cunctis audax & fortis Amasas  
 Militia princeps proscripto prorsus Ioba.  
 Interea chuses cum multis inde recedens  
 Regis ab aspectu se se subtraxit amico  
 Per celeres fidos Davidi nunciat acta.  
 Mandat & oppositum confestim ut transeat annem.  
 Ne forte Accitophel regis mutabile pectus  
 Retraberet rursus: furiis aut percitus artis  
 Ipse Duces raperet , mox persequeretur & illum.  
 Ad vada Iordanis vix dum peruererat ager  
 Isaides, dulci fessos vbi fluminis vnda  
 Et viridante thoro ripa recreabat: anhelo  
 Dans animo spacium , quo fatus firmior esset,  
 Liberior tenues auras dum reddit, & haurit.  
 Ecce sacerdotum duo pignora fida, secuti  
 Acciamaas Ionathasq; simul vestigia Regis  
 Veloci cursu veniebant , ora gerentes  
 Pallida , nam latebra putei discrimine mortis  
 Vix fuerant rapti , fluido & sudore madebant .  
 Apta quiescendi non hac sunt tempora nobis,

Surgite

Dauidiados Lib.I.

18

Surgite proclaimant miseri, properate, soporem  
 Rumpite: iamq; aderit multis cum millibus hostis.  
 Perfidus : incertos qui vos necet, atq; iacentes.  
 Arrachites fidus nostris cum patribus , o Rex  
 Hæc portanda tibi nobis mandata dederunt.  
 Tolle moras, celeriqt; fugia te subirahē latē.  
 Nam vetus ille tuis gnato suggestit amicus.  
 Extemplo ut raptis denis cum millibus armis  
 Hac te nocte premat, teq; obtruncet inermem .  
 Fecissetq; cito: contraria ni ipse dedisset  
 Consilia, hunc ipsum longo sermone moratus.  
 Sed metus est illo ne Rex absente retrahet  
 Dieta iterum secum: mutetur & acta voluntas ,  
 A furiis quibus impatiens agitatur auernis.  
 Quare age dum potis es, rapidum preuertere flumen.  
 Maturate viri surgens Rex protinus (inquit).  
 Trans vada Iordanis quæ sunt prope castra petamus.  
 Illic tui erimus: multis ex vrbibus illuc  
 Auxilia aduenient nobis; Galaditide terra.  
 Oppida sunt centum nostris defensa sub armis.  
 Seruatura fidem. illic Berselaus amicus  
 Noster erit dudum per multa pericla probatus.  
 Maturate igitur, dum nullus præpedit alueum:  
 Dum qui terga premat, nec qui vrgeat, imminet hostis  
 Nocte sub obscura prætergredientibus ergo,  
 Ipse genu posito in ripa Iessauis heros.  
 Extendens palmas in cælum & lumina supplex

C 2

Bartholomæi Bottæ.

Orabat pacem tacito sub pectora numen,  
Nec minus Abbiathar princeps, secumq; Sadochus  
Iustitia cultor, diuini numinis aram  
Nocte tabernaculum subeuntes pectora toto  
Atq; sacerdotes alii pia vota ferebant:  
Cum gemitu & lachrymis pacem pro Rege petebant.  
Thure vaporato, sacris & rite peractis  
Excessere omnes vigili Nathane reliquo.  
Sincero hic Regem Dauidem ardebat amore.  
Iustitiam admirans, probitatem, & fortia facta.  
Sed magis atq; magis diuino carmine vatis  
Mulcebat vates animum mirandus & ipse  
Hic superum Regem lachrymans affarier ausus  
Pro Dauide graui & supplex pulsare querella.  
O pater omnipotens rerum moderator & autor  
Qui pius & clemens mortalia respicis acta:  
Quiq; hominum errores virga miseratus ab alto  
Corrigis: ac miti aspectu dignaris adesse.  
Correctis: duro sed tundis fuste rebelles.  
Quo te iterum admisso potuit percellere tantum  
Noster hic Isaides, cui sceptrum tu ipse dedisti,  
Cui vatis psaltiliq; tuo, mysteria Christi  
Tanta reuelasti & dederas cui munera multa,  
Pluraq; pollicitus, quo te inquam laedere facto  
Dauides iterum potuit & propellere regno  
Ut sineres miserum tanto discrimine parto?  
Atq; exanclatis sine fine laboribus auctor?

Imperii

Dauidiados Lib. I.

19

Imperii in specimen multorum & sanguine fuso?  
Per scelus atq; dolum fraterna cæde cruentus  
Proditor hoc potitur & mox & paricida futurus?  
At nudis pedibus fugit ille per auia sylua.  
Exul egens iterum saltus deserta peragrat.  
Sicubi deliteat per lustra relista ferarum.  
Ut se se eripiat gnati crudelibus ausis.  
Tu tamen hæc oculis Deus & pater aspicis equis?  
Plura locuturus vates erat, & prece casta  
Cum lachrymis fuerat pacem oraturus amico.  
Verum, e sede sacra tenui vox missa susurro  
Mox interrupit lachrymas, & verba loquentis.  
Define me tandem ingratis pulsare querellis.  
Dauidis miserebor enim: finemq; labori  
Ipse dabo: atq; tuis precibus in regna reponam.  
Actutum & meritas soboles dabit impia penas.  
Debita pollicitis inerunt sua pondera nostris.  
Improbis interea tamen hic descendus amicus  
Pro graibus lapsi, quibus hanc excusserat urbem  
Exercendus erat curis maioribus istis,  
Et mollita caro grauiore labore domanda:  
Concretam ut lueret lachrymis mens anxia labem.  
Vtq; ego ceu clemens, ita possem iustus haberi.  
Esse meæ ac norint homines mortalia curæ.  
Praterea Christi Dauiden esse figuram  
Tu meminisse mei debes: mysteria cuius  
Alta mente videns dum vita purior esset

C 3

Bartholomæi Bottæ.

Iam pridem cecinit perflatus numine nostro.  
Namq; arcana tibi quando hæc te cura remordet  
Summiatim exoluam, & quæ sunt ventura docebo.  
Parvulus hic Salomon tuus & dilectus alumnis  
Sceptra manu capiet iuuenis genitore iubente.  
Rex ut erit sapiens populos in pace tenebit.  
Templum, augustū ingens, solido mibimarmore cōdet.  
Intus odorata cedro quod & induet auro.  
Hic prope quingentos solemnia festa quotannis.  
Stirpe sub Isacidum patiar celebrarier annos.  
Et mea sacra coli. Verum in contraria versis  
Cunctorum studiis, templum populabitur ignis.  
Vrbe quoq; excisa, procul hinc Babilonis ad horas  
Reliquiasq; sobolis proani Davidis amore  
Migrari iussas seruabo: iterumq; reducam  
Eis septem in patriam Lustris Babilone peraffis.  
Restituet rursus templum Iessæius hæros  
Zorobabel, muros reparabit & vrbis auita.  
Casibus hinc variis per centum lustra laborans,  
Regia progenies nostrum versabitur vsq;  
Ad Christum. quem more nouo Iessæia virga  
Proferet alma parens congressu intalta virili.  
Decolor in melius sensim mutabitur ætas.  
Hunc Salvatorem conuersus sentiet orbis.  
Huic ego seletisq; viris quos scripscerit ipse  
Imperium sine fine dabo per secula cuncta.  
Quas pius is mecum moderetur & orbis habenas

Ante

Dauidiados Lib. I.

20

Ante tamen veluti Dauidi perditus alter  
Absalon ingratis sustollet in aere calces.  
Atq; rebellis ei temptabit funera dira.  
Clinus olinarum nudas quoq; vertice plantas  
Ipsius orantis feret, ac vestigia diui.  
Tunc quoq; res bello (ut cernis) versabitur acri.  
Ut modo nam populi gentesq; ferentur in illum.  
Ut dura ceruice ingum colloq; parata  
Vincula discutiant, sed erit conatus inanis.  
Namq; vti nunc cernes instanti millia bello  
In infinita manu Dauidem sternere parua:  
Atq; alacrem parto in sua regna redire triumpho  
Sic quoq; tunc cernes prostratis gentibus illis  
Deficere aspicies similesq; volvere penas  
Informi lato, corruptaq; viscera tabo  
Cuncta fluent: & honore carebit vterque sepulchri  
Infando sceleri condigna hæc præmia sunt.  
Luciferum verò qui filibat ore trifauci  
Surgere viatorem Christum, virtutis & altæ  
Exiguos numero socios astare triumpho.  
At duo suspensos per funera dira rebelles  
Infuriasq; trahit gentes, post dira suorum  
Funera marentem, manibus post terga ligatis  
Immergi baratro, tormentaq; ferre videbis.  
Hæc ait: & celeres Galilæa per oppida mittit  
Ut regem exciperent fugientem manibus altis.  
Vtq; ministrarent annonam opibusq; fouerent.

C 4

Bartholomaei Bottæ.

Castrorum in morem fossis atq; aggere cincta  
Urbs ibi Manaima fuerat : sic dicta vetusto  
Nomine ab euentu falici . Namq; Iacobus  
Isacides tribuumq; parens Galaade relicto  
Post dorsum , patriam Dives remeabat ad urbem .  
Cum supplantatum nimia formidine fratrem  
Sanguinem horreret , se se exhortantia mille  
Agmina vidit ibi aligerum mirabile dictu  
Ne paukas ( aiunt ) tecum sumus . acrior ille  
His visis factus , solitoq; audientior ibat  
Et simul admirans ( ait ) hic exercitus ingens  
Militiae sunt castra Dei : timor omnis abesto .  
Quare Manaimen urbem dixere priores  
Nomine mutato Gola nunc munita vocatur .  
Hanc subiit fessus Dauides , robore tanto  
Præsidii angelici , & diuino numine fretus .  
Hunc ergo excipiunt Et Bersellaus amicus  
Et Machir ille potens , terræ Galaditidis ambo  
Primores summo Regem venerantur honore .  
Atq; fatigatos opibus solantur amicis .  
Tum victu reuocant vires , oblataq; sponte  
Munera suscipiunt tanti solatia casus .  
Nox erat & fessos paucis recreauerat horis  
Admissus per membra sopor : nec Lumina somnum  
Ulterius auris capiebant excita curis .  
Tum senior multa Ductorum astante corona  
Bersellaus ait , nostri Rex inclite regni ,

Casibus

Dauidiados Lib. I.

21

Casibus innumeris durisq; exercite fatis ,  
Per sacra cuncta precor suppplex , edissere nobis  
Hoc adamante tuum peltus si firmius , inquam  
Tanto erumnarum , grauioreue pondere pressum  
Extiterit ? vitamq; tuam iuuenilibus istis  
Inserere pectoribus : discant ut ferre labores :  
Barbara nec timeant virtute retundere bella .

Libri primi finis .

Monosticon Lib. II.

S V N T C A S V S V A R I I : E T I V V E  
nilia fata secundo . Argumentum .

Rex narrat , veluti puer a Samuele perunctus  
Virtutem induerit pugnandi : atq; inde Leones  
Infestos pecori , turpes lacerarit & vrsos .  
Prostratum saxo Goliam truncavit & ense .  
Inuidia hinc Saulis cum multa indigna tulisset ,  
Cogitur externas etiam male tutus ad urbes  
Configere : incurrit subiti discrimina leti .  
Vexatum furii reuocatus liberat : ille  
Perfidus insontem petit : euolat , inde fugatus  
Solus adit Nobem , panes gladiumq; poposcit .  
Ille sacerdotes necat : urbem exiuit eorum .  
Hortatur Samuel profugum : petit inde Zipheos .

Dauidiados

## DAVIDIADOS

## LIB. II.

**I**srides autem suspiria pectora ab imo  
Alta trahens, solioq; sedens sic farier orsus.  
Audite, o proceres, intenti q; ora tenete.  
Quos ego per casus, per quæ discrimina rerum  
Transierim iuuenis, referam modo voce senili.  
Ut maestri virtute viri possitis adesse  
Instanti bello: & duros tolerare labores.  
Multa quidem grauiora tuli florentibus annis:  
Omnia quæ fido multorum audita relatu.  
Amne licet medio, tu Berselae per aium  
Ut senior meminisse potes: nisi grandior atas  
Quæ minuit, sensus, affertq; obliuia rerum,  
Haec tibi iam tulerit: sed tanto pondere nullum  
Omnibus ex aliis iuuenilia pectora pressit.  
Namq; inerat maius feruenti sanguine robur:  
Vulnus & externo mibi tunc veniebat ab hoste.  
Conscia mens recti non villo crimine lefa  
Constantes animos, & mundo pectora vires  
Tunc mibi praestabat. Deus & protector ubiq;  
Defecere seni iam nunc hac omnia fesso.  
Mors optanda mibi fuerat: nisi nuper ab alto  
Quod supereft cunctis, supplet quod & omnia solom  
Iam mibi paccatum rediisse ex aethere numen

Sensissem

Sensissem præfens: dulcesq; in pectore flamas  
Incaluisse mibi, quas in puerilibus annis  
Tum primum sensi sacro perfusus oliuo,  
Cum senior Samuel populi pater atq; sacerdos  
In patriam Bethlem diuino munere plenus  
Exquirens Regem venit: pater hospite tanto  
Letatus, prolemq; omnem mox obtulit illi,  
Meq; simul vasti reuocatum e saltibus agri.  
(Nam puer officium iam tum pastoris agebam:  
Consonaq; articulis brevibus psalteria pangens  
Mulcebam superum modulato carmine Regem.)  
Ut vedit raves, hunc Rex hunc poscit olympi  
O felix tacito pater inquit in aure susurro.  
Pro gregibus populos supera Deus arce regendos  
Huic dabit, hinc paruo cornu redolentis olini.  
Aspergit caput: & summo lux aurea cœlo  
Confestim emicuit, crinem lustrauit, & ora  
Ingrediens magnos animos, magnam quoq; mentem  
Mox inspirauit, validasq; in pectore vires.  
Firmavitq; thoros neruis, solidauit & ossa.  
Crura super plantas stabiliuit: & acria fecit  
Velocem ad cursum, fortesq; ad bella lacertos.  
Robur & inuictum perfudit corpore toto.  
Vnde nec expauit tanto munimine fretus  
Vrforum dentes, rugientis & hora Leonis.  
Nam puer eripui diris e faucibus agnas  
Semineces: in me conuersa deinde ferarum.

Ora

Bartholomæi Bottæ.

Ora fame rabida, amissaq; furentia præda  
 Nil metuens dextra appendi, tenui, & lacerau,  
 Saxo etiam tutudi dentes, ac fuste peremi.  
 Non tamen elatus prostrati cæde Leonis  
 Aut vrsi turpis superorum a laude vacu*i*.  
 Quin magis hinc supplex puerili carmine grates  
 Reddebam, & psalmos maiori voce canebam.  
 Nominis vnde mei volitare per oppida cepit,  
 Et circumferri celeberrima fama per vrbes.  
 Benniameas, Gabæ donec peruenit ad oras.  
 Rex vbi saulus erat solio sceptroq; superbus  
 Quod sibi caelesti dederat fors numine dulta.  
 Attamen ingratus ceruicem erexerat altam,  
 Contempto omnipotente deo regniq; datore.  
 Ammalechitarum spoliis ditatus opimis  
 Atq; triumphali erecto sibi fornice victor  
 Ingressus patriam nam dum tumefactus in urbem  
 Ab demens ampla se se iactaret in aula,  
 Heu misera stigia subito correptus Erynni  
 In furias abiit flammatus pectore toto.  
 Viscera torta diu spumas ex ore pomebant.  
 Tunc illi ruere, ac retro sublapsa referri  
 Omnia: nec mirum, quia destruit omnia fastus  
 Tunc ego ceu scitus puer, & psalteria doctus  
 Tangere, sum Gabaam confestim accitus ad urbem  
 Ut mentem accensam diuino carmine & hymnis  
 Lenirem, dulciq; furentia pectora cantu

Mulcerem

Dauidiados Lib. II.

23

Mulcerem: ne forte sacri violentia morbi  
 Armatam in se se, Regem conuertere dextram.  
 Vrgeret: quemquam vel cominus ense necare  
 Auratam quoies cytharam (mirabile dictu)  
 Vix ego vel digitis vel peſtine letus eburno  
 Contigeram, primas modulatus in aere voces:  
 Protinus arreptum corpus velut acta flagello  
 Territa psalmidico cantu linquebat Erynnis.  
 Tum me ceu plenum diuino pneuamate blando  
 Suspiciens vultu charum Rex ipse tenebat.  
 Tum mihi dilecto Regi, armigeroq; creato  
 Et procerum cætus, tota arridebat & aula.  
 Sed quantum Golia victoria deinde secuta  
 Hunc aura dulci lætum spirante fauorem  
 Auxerit, inuidia didici subeunte maligna.  
 Namq; Palestini dudum conicita dolentes  
 Frena super gentem nostram perfracta creato  
 Rege nouo: rursus venere in bella parati.  
 Millibus innumeris fisi, quibus arua tegebant  
 Stirpis Arapheas quidem robustus & acer  
 Ennachides Golias acies armatus agebat  
 Monstrum horrendum, ingens turris procerus ut alta,  
 Mole valens magna membrorum, montis & instar.  
 Ponderis immensi celsum caput ærea cassis  
 Vix poterat tegere: expâsum dehinc pectus, & armos  
 Dorsum immane viri conserta trilicibus hamis  
 Squammeaq; exterius crepitans lorica tegebat.

Cruribus

## Bartholomæi Bottæ.

Cruribus atq; graues ocreas adtauerat altis.  
Insertum & laue clipeum septemplicis aris  
Lancea persimilis malo de naue reuulso.  
Hisq; Gigas armis acies instructus obibat.  
Agmina nostra quidem super alto vertice montis  
Oppositi praefixa diu tentoria habebant:  
Sed conferre manum horribili perterrita monstro  
Non prius ausa metu quam me pugnante soluto.  
Tunc etenim me forte pater, quem cura premebat  
Auxia, sollicitum patriæ, transmiserat illuc:  
Tres alios fratres ut quartus & ipse viderem.  
Quæ fierent castris scitarer, & omnia fidus  
Mox rediens ea quæ didicissem facta referrem.  
Vix castra attigeram, quæ tunc Azecha Sochoneq;  
Hinc atq; hinc colles cingebant vallæ virenti.  
Qua memorant nostros olim sedisse parentes  
Cum gregibus: syria postquam rediere relita.  
En video nostras acies astare paratas  
Ad bellum. unde tubæ clangorem ad sydera tollunt  
Ingens fit strepitus: resonat clamoribus æter.  
Nec tamen e castris procedere longius audent.  
Admirans oculos ego circumquaq; ferebam  
Vnde moræ tanta, vel quæ noua causa paurois.  
Cum procul, e castris hostilibus ecce Gigantem  
Monte sub aduerso magna se mole mouentem  
Aspicio, quem stræta phalanx peditum agmine dœso  
Ponè sequebatur, donec stetit agmina contra

E regione

## Dauidiados Lib.II.

24

E regione procul nostra: illinc unde videri  
Totus: & audiri poterat vox horrida nostris.  
Atq; ibi se figens sylua ceu quercus in alta  
Arduus ostentat se se, qui & quantus in armis:  
Corporis immensam molem, proceraq; membra,  
Grandia crura pares vlos, a stipite dicas.  
Surgere paulatim, & truncum coalescere in vnum.  
Latæ fluamq; aluum velut utrem, aut dolia credas  
Pectora uasta debinc, sinuosaq; brachia iælla  
Quales extendit ueteres Terebinthus in altum  
Adsychimam ramos, ubi sunt Idola Labanis  
Fossa dei syriæ, calataq; furta Rachellis.  
Ipsius ad tumulum luctus annosauè quercus.  
Tum de forme caput ceruice insurgit ab alta.  
Lumina torua sedent franti mittentia flamas.  
Naribus, e patulis nebulæ spirantur & atræ.  
Quin etiam dentes exertis rictibus oris  
Exacuit frendens ut aper, uel barrhus ab indis  
Cæruleæ unde fluunt spuma ceu fauibus orci.  
Queis concreta riget prolix hirsutaq; Barba.  
Tu pater omnipotens dignare auuertere terra  
Talia monstra tua, talem & disperdere pestem.  
Isq; ubi quantus erat se se ostentauit in armis  
Agminibus nostris: horrendam ad sydera uocem  
Extulit assimilem tonitru: qua mugitur ether,  
Intremuit tellus: fremuere & littora ponti.  
Et conuexa poli liquere uolatile quassa.

Compellere

Compellare debinc clamans nostra agmina cœpit.  
 Gens Hebræa mibi pugilem transmittite vestrum.  
 Ut litem regni liceat decernere ferro.  
 Cur totas acies potius disperdere vultis?  
 Ecquis erit vestrum tam fortis pectore & armis  
 Audeat ut mecum hanc litem decernere ferro?  
 Eminus aut hasta, stricto vel cominus ense?  
 Quod si nullus adeſt, summittite colla volentes:  
 Ut quid adhuc pro libertate peribitis omnes?  
 Quis Deus, e, cœlo nostris vos cruet armis?  
 Talibus ignauum populum increpitauerat audax.  
 Atq; Deo vero detraxerat ore procaci.  
 Tunc nostri nimia monſtri formidine capti  
 Dissoluere acies, campo & fugere relicto.  
 Ast ego ( cui diuinus bonos & gloria summi  
 Regis erat cordi, quem tum incusauerat amens )  
 Impatiens factus, puerili ætate relitta  
 Præsumens animos ipso inspirante viriles  
 Ausus & id facinus, quod erit memorabile in eum  
 Multorum in medio clamaui: solus adire  
 En mihi fert animus, vastumq; hunc perdere homone.  
 Increpet Helliabas quantumlibet, atq; minetur.  
 Forte superueniens is enim me viderat ante  
 Atq; redarguerat fraterno iure minorem:  
 Me nimis audacem increpitans puerumq; superbum,  
 Quod grege deserto properasse inuise bellum  
 Bellua nunquid erit ( sequor ) ista ferocior urso:

Cunctorum

Cunctorum horridiorue animantium rege leone?  
 Quos ego ſaſe manu laceravi fortiter vrgens.  
 His dictis properè feror ad tentoria Regis  
 Multorum applausu, qui ſe gaudere ferebant  
 Inueniſſe virum fortem iuuenilibus annis.  
 Rex animos grandes & ſi miratus in auro  
 Tam paruo: tamen annos deſpiciebat inermes  
 Et detraſtabat puero committere pugnam.  
 Tunc ego Rex ( inquam ) pueri ne deſpice vires:  
 Robur inef animo, non ſolo corpoſe firmum.  
 Firmius adſit rbi numen caeleſte: quod annos  
 Nullius attendit, ſed riuam in pectore flammam.  
 Numen rbi preſens, vitoria certa paratur.  
 Me Deus audentem ſeuis ex rnuq; vris  
 Reddiſit incolument, direpta e fauibus agna  
 Me Deus audentem tutatus ab ore Leonis:  
 Ariete cum rapto inſequeret per deuia saltus  
 Nam pecoris caudam apprendens violenter ab ore  
 Excufſi prædam: mentum rugientis, & in me  
 Conuerſi, his manibus tenui, lacerumq; reliqui.  
 His inquam manibus lacerauimus ora ferarum  
 Exhornenda viris, rerum preſente fatore.  
 Et dubitatis adhuc virtuti fidere noſtræ?  
 Nempe quis iſte Gigas? ſimilis niſi bellua quedam?  
 Non impune ſibi Deus hunc maledicere paſſus.  
 Conciderat hac noſtra, attutum mihi crediti dextra.  
 His animum arreſti, me me incunſtanter in hostem.

Bartholomæi Bottæ.

Ire iubent: meq; ipse suis Rex induit armis,  
Loricam propriis manibus Rex ipse trilicem  
Dorso aptat pueri letus, capitiq; galerum  
Imponit: Longum & lateri mibi subligat ensem.  
Tunc ego: tentaui, si possem armatus adire.  
Non etenim fueram circondatus hactenus armis.  
Inter oves versatus eram puerilibus annis  
Pastor ad arma rudit: potiusq; grauabam ab illis.  
Protinus auferri dorso insueta arma rogaui.  
Ipse manu galeam posui: fundamq; plagamq;  
Confestim accinxii mibi pastoralia tela.  
Armatusq; pedo rapidi torrentis ad vndam  
Quinq; tuli nitidos lapides: plagulaq; recondi.  
Tum leuis accurrens tacita mibi mente precabar  
E cælo solidas augeri in pectora vires.  
Armaq; volebam si dirripienda gigantis  
Si spolia illa daret Deus excutienda superbo,  
Me suspensurum summi ad fastigia templi.  
Audiit ex alto armipotens mea vota, precesq;  
Accessisse nouas sensi mibi pectora flamas.  
Aerior iis igitur contraq; audientior iui.  
Ast vbi me vedit venientem maximus ille  
Tam minimum: fortisq; imbellem: armatus inermem,  
Asperitu toruo pugilem despexit. & iræ  
Impatiens vt erat, dira in me lumina torquens.  
Numquid (ait) me forte canem ratus esse, petisti  
Hoc baculo male sane puer? te crinibus istis

Arreptum

Dauidiados Lib.II.

26

Arreptum saxo collidam: corpus & ipsum  
Membratim manibus discerpam, auibusq; relinquam  
Hic ego nil vasta membrorum mole, nec ipso  
Asperitu toruo, uerbis neq; territus istis.  
Quid mibi tu peruerse Gigas immane minaris?  
Quid mibi te credis facturum viribus inquam  
Corporeis fisis, membrorum & robore vasto?  
Ast ego te contra diuino nomine fretus  
Impie cui nuper rakida maledicere lingua  
Non expauisti: caput aceruice superba  
Abscindam: carnesq; tuas aut igne cremabo  
Aut linquam alitibus cali, canil usq; vorandas,  
Nec plura his, fundam, lapidemq; repente rotundu  
Apprendo, velut ad metam diuinitus ictum  
Sublata sursum leua cum lumine libro.  
Vndantes circum caput inde rotatus habenas,  
Terq; quaterq; manu laxato pollice saxum  
Eiaculor, dicto citius volucriq; sagitta  
Euolat vt fulmen contortum flantibus austris,  
Perculit & vacuam frontem, illisitq; cerebro.  
Nec minus ac celam si torta phalarica turrim  
Fulminis acta modo concusserit eminus: illa  
Pulsa tremit: procumbit humi, neq; sustinet ictum.  
Fulmine casis ille petra cadit ictus, humiq;  
Retrosum extemplo labens prosternitur vt Bos  
Tempora post, claua sacram mactatus ad aram.  
Protinus accuri, vaginaq; ipsius ensem

D

## Dauidiados Lib. II.

Exolu*si*, secuiq; caput deforme Gigantis.  
 Implicitumq; coma Linquens immane cadauer  
 Sustuli: & borrendum spectantibus hostibus ipsis  
 Obieci: quorum tanto concussa pauore  
 Pectora sunt: signis dederint ut terga relittis.  
 Arripuere fugam simul omnes ocius euro.  
 Ast acies nostra magnos ex hoste perempto  
 Sumentes animos, solitasq; in pectore vires  
 Ingenti plausu tremere, & clamore secundo  
 Tum rapuere viam porrectis vndiq; telis  
 Hostem insectantes, fugientum & dorsa prementes  
 Contendere diu longo per littora cursu.  
 Addiderat celeres timor iis fugientibus alas:  
 His furor, & summo demissus ab aethere fenuor  
 Corda perurgebat, cursumq; innoxia alebat.  
 Fulminis instar cunt, veluti talaria plantis  
 Flammea cincta forent pernicibus: illicet ergo  
 Conuersis hostes oculis instare cornusca.  
 Cuspide telorum ut cernunt: iam iamq; tenere  
 Tum nouus insinuat se se pauor artubus intus.  
 Defessis, gelidaq; coit formidine sanguis.  
 Tum tremefacta solo cunctis vestigia passim  
 Iam titubant, genua agra labant, cursumq; moratur.  
 Poplitibus flexis labuntur & vndiq; multi:  
 Quos tremor ante necē, quosq; ager anhalitus angit.  
 Torpentes alii dorso foduntur aperto.  
 Caduntur passim: sternuntur inertia passim

Corpora

## Dauidiados Lib. II.

27

Corpora quassa fuga, fluit, & crux vndiq; riuis.  
 Ac veluti pñni ceso pastore Leones  
 Discerpunt armenta, gregemq; per aua sylva.  
 Dilacerare solent ursi tutore perempto.  
 Sic pugile extinto, nostri sic minus hostes  
 Confodunt, iugulant, lacerantq; per arua cadentes  
 Millia casा virum terrena in ingere paruo  
 Cernere erat, totidem quoq; saucia vulnere capti  
 Sicq; palestinis induiti robore firmo  
 Reddidimus, nobis irato numine quandam  
 Qua sibi plaudentes tulerant mala, quando sub Helis  
 Prole parum cauta, & se se petulanter agente  
 Et qua sacra Dei riu violare nefando  
 Haud fuerat verita: incestu & maculauerat aras.  
 Vnde lacestisti bello bis terga dedere.  
 Cesaq; sunt totidem nostrorum millia patrum.  
 Est dirupta filos urbs inclita patre perempto.  
 Qui sella cecidit fractis ceruicibus alta.  
 Cum populi stragem audisset, cademq; suorum.  
 Insuper amissam & diuini fæderis arcam.  
 Infula non illos, non iuuerat vñctio sacra.  
 Quin super adueniens (ut turba asciuerat omnis)  
 Infensus Deus ipse patrem, natosq; perosus  
 Cum populo, ædituos, sua pignora ab hoste teneri  
 Maluit (Horrendum dietu.) quam fulmine missio.  
 Calitus ut moris fuerat sua casta tueri.  
 Talibus auspiciis siquidem duelluq; malorum

D 3

Bartholomæi Bottæ.

*Ante sacerdotum fuerant sua sacrâ relicta.  
Non tamen inde diu tellus hostilis opima  
Hac præda, parcoq; fuit ganis triumpho.  
Nam tulit e templo meritas temeraria pœnas.  
Diis Mutilata suis & turpi tabida morbo:  
Quo nimis affeclii satrapæ consultins arcam  
Sponte remisserunt testati munere plagas.  
Quam septem gemini durissimus incola Nili.  
Qui toties caelo, terra, percussus & vndis  
Vix primo tandem genitorum funere quassus  
Cedenti populo tortas laxauit habenas.  
Quem nece paruorum, durisq; laboribus ante  
Impius afflitum teltaq; oppresserat arte.  
Hostibus at partim cassi, partimq; fugatis,  
Victores nostri redeunt: hostilia castra.  
Diripiunt alacres terebinti in valle relicta.  
Hic ego Victor ouans, spoliis & onustus opimis  
More triumphantum Regem præcedere iussus  
Horrendum dextra Goliæ caput ipse tenebam.  
Ast alii vestes, immaniaq; arma gigantis  
Ut comites fidi a dextra lauaq; ferebant,  
Ponè sequebatur cantans exercitus omnis  
Diuinæ laudes, ac vincitos fune trahabant.  
Cumq; propinquarem solymorum mœnibus altis.  
Ecce puellarum, matrumq; exire videmus.  
Seiunctos hinc inde choros, quæstrâ tenentes.  
Alterno plausu modulata voce canebat.*

Nam

Dauidiados Lib. II.

28

*Nam Regi matres, mihi virginea ora fauebant.  
Millia dicebant uno sunt impete matres  
Casæ virilim sub Saule Duce & fælicibus eius  
Auspiciis. Quid nî? sed multo augustius illæ  
Augustium iuuenis nostri præcesserat ( aiunt ).  
Millia dena virum caso qui perdidit uno:  
Qui lapide, & funda caput hoc iacularier ausus,  
Qui tulit hebræa subeunda opprobria genti.  
Hinc mihi prima mali labes, ea causa laborum  
Ærumnasq; graues ea carmina leta tulerunt.  
Atq; ego vix siccis oculis ( mihi credite fratres )  
Quæ mala pipereo tulimus liuore suborta  
Commemorare gemens potero, vel cuncta referre.  
Nam mihi preteritos videor renouare dolores.  
Sed quia virtutem iuuenes verumq; laborens  
Ex his quæ passi fuimus captare periclis  
Est animus vobis, experto credite Regi.  
Discite cuncta pati quæ Liuidus obiicit hostis.  
Namq; aciem ferri prædura vt cote retusam  
Exacui nostis: iuenum sic pectora tabes  
Inuidia alterius succedit ad inclyta facta.  
Incipiam casus varios discrimina vita  
Regis ob inuidiam quecumq; & dura fuere  
Insonti immeritoq; mihi tolerare necesse:  
Promisso vt tandem regno scæptroq; potirer.  
Rex opera victor nostra superumq; receptis  
Quas prius ex culpa fastus excluserat, auris.*

D 4

Bartholomæi Bottæ.

Tantarum auditu percusus carmine laudata  
 Inuidia subitam fuerat succensus in iram :  
 Dixerat & secum : mihi millia sola dedere,  
 Dena sed huic pueru signarunt millia nostro ?  
 Quid superest illi , regni nisi sumere scaptrum ?  
 Hoc etiam iubeant . hinc torua fronte tueri ,  
 Obliquis oculis hinc me spectare , salutis  
 Autorem populi cepit , procul atq; tenere .  
 Præcipuæ recolens qua dudum oracula vates  
 Reddiderat samuel redeunti a cede superbo  
 Ammalechitarum sibi iussa ob numinis iram .  
 Olim contraham nec strage minore solutam .  
 Propter avaritiam turpem populiq; suamq;  
 Traxerat ingentem prædam , captiuaq; multa  
 Corpora nobilium , Regem quoq; gentis Agagen .  
 Quem pinguem , et tremulum Samuel discerpere iussit  
 Victorem increpitans , scelus id cur viuere passus ?  
 Nec demollitus peccatum cuncta fuisse ?  
 Imperio magni dederat qui sceptra tonantis ?  
 Quare alium Regem proiecit calitus ipso  
 Elegisse Deum : qui iussa capessere promptus .  
 Duceret atq; nephas nisi cuncta facefferet ardens  
 Unde animaduertens solito se munere cassum ,  
 Et mihi perspiciens tam fœlix numen adesse ,  
 Meratus esse Ducem quem iam prædicterat ille  
 Ad regimen populi cœlesti voce vocatum ,  
 Ut successorem regni iam iamq; paratum ,

Quem

Dauidiados Lib. II.

29

Quem nollet ; sibi dum metuit , proliq; canere  
 Dum studet , exosum me odii infensus inquis  
 Persequitur : primumq; furenti pettore versat  
 Perdere quo pacto tacitus , quanè arte latenti  
 Et quibus insidiis incautum excindere possit .  
 Acceptum populo atq; Deo felicibus ausis .  
 Ah nimis imprudens qui contra numen adortus  
 Bellum intestinum , sibiq; exitiale futurum :  
 Nam qua calliditas , vel qua prudentia vasri  
 Artificis nisi valeant , vel tendere contra  
 Fata dei ? claro qui lumine corda tuetur ?  
 Qui tumidos Reges solio deponit ab alto ?  
 Qui vehit omnipotens humiles ad sceptræ vocatos .  
 Quam sapiens Deus est artes molimina dira  
 Insidiasq; omnes inimici , aut vertit in ipsum  
 Aut facit esse gradus minimis ad summa vocatis  
 Atq; illint scandant , detrudier unde videntur .  
 Sic & Iosephum nostri euexere parentes  
 Inuisum fratrem , quem duri penè necarunt  
 Talari exutum tunica , foueq; sepultum .  
 Deniq; & abstractum veluti minus vtile vili  
 Mancipium argento , solamen id omne parentis  
 Finibus abiecere suis : dominarier illum  
 Ut portendebant insomnia visa pauentes .  
 Quid tamen iis nocuere malis ? exercita virtus  
 Emicuit iuuenis : nam post discrimina passa ,  
 Rectorem Aegypti , seruatoremq; creatum

Orbis

Orbis adorarunt humiles , & panis egentes .  
 Sic mihi , sic Sauli infenso euenisce probauit .  
 Nam cum me inuisum procul eieisset ab aula ,  
 Atq; tribunatum specimen donasset honoris .  
 Ecce iterum quæ me præsente silebat Erynnis  
 Nacta per inuidiam tempusq; locumq; nocendi .  
 Arripuit Regis grauiori turbine pectus ,  
 Nec solum furere , & vitiata mente profari  
 Quæ ventura forent insani more prophetæ .  
 Quem genti illudens olim cacodemon Apollo ,  
 Iuppiter aut falsus , vino vel plenus Hiachus ,  
 Aut fœtæ Aonides prædicere vana iubebant .  
 Quin ipsum corpus vesana mente relictum  
 Collidebat humi , spumasq; ex ore vomebat ,  
 Protinus accessor , rursum reuocatus ad aulam  
 Semianimem inuenio rursus , vitamq; furore  
 Penè exhalantem , diuino carmine psaltes  
 Mulcere incipio digitis psalteria tangens .  
 Dira fugit pestis . furor ille remittitur acer  
 Taulatim , corpus , pacataq; membra quiescunt .  
 Non tamen insano concretus pectori cessit  
 Liuor edax . vt me inuisum confexit adesse ,  
 Obliquis oculis torquens cœn vipera collum  
 Tollit humo corpus : fixam laquearibus hastam  
 Corripit extemplo : simulato deinde furore  
 Pro meritis , & pro vita , atq; salute recepta  
 In me contortam multa vi coniicit : ictu

Secum

secum posse putans valido mea pectora figi ,  
 Pariete cum solido , cui dum modularer eburna  
 Hærebam cythara , at diuino munere tutus  
 Declinaui hastam venientem corpore flexo .  
 Indeq; prosili male fida cautus ab aula .  
 Nec reuocare pedem volui persepe citatus .  
 Tum cernens odium quod texerat hactenus alte ,  
 Atq; similitatem detectam : crimina fingit .  
 Prodictione palam falsa me accusat iniquus  
 Cæde intentata saceri , reus arguor ecce  
 Et domini , & regis : quasi sceptra libidine ceca  
 Regnandi propere affectarem : nocte sequenti  
 Ergo improuisus quæstor demissus ab arce  
 Quem robusta cohors prætoria milite multo  
 Accingebat adest : vt me obruncaret inermem .  
 Fecissetq; , nisi nostro quæ ardebat amore  
 Regia sponsa mihi pariter dilecta repente  
 Surge age . Dauides dixisset : & effuge mi vir :  
 Heu fuge , namq; fores armato milite complent .  
 Corripio estratis corpus ; tunicaq; volutus  
 Fune interiecta speculis summittor ab altis  
 Per sportam : fugio tacitus per operta locorum .  
 Vrbis adhæabant nostræ nam mœnibus ades .  
 Deforor huc illuc tenebris defensus opacis .  
 Nec metus abscessit : donec diuertia quadam .  
 Venatu assiduo dudum mihi nota petui .  
 Tum patuere doli : tum mens mihi Regis iniqui

Cognita

Bartholomaei Bottæ

*Cognita : quægnatam lateri mihi iunxerat agro.  
Ut patris obsequio quasi delinita peralto  
Proderet arte virum, digno nuptura marito.  
Hostibus inuitum veluti deuinxerat olim  
Dalida Sansonem succiso crine sacrato.  
Quæ mala, quos casus, vel quæ discrimina post hac  
Deniq; sum passus fugiens : quis talia fando  
Ammalechitarum, durus Moabita, vel Assur  
Temperet a lachrymis ? non illum filia, coniunx  
Fida mihi, flendo potuit cohibere : nec illum  
Continuit Ionathas natorum maximus vnus  
Et comes, atq; leuir, fraterno & iunctus amore  
Fædera amicitia genitor quia nouerat esse  
Relligione patrum iurato & numine firma:  
Consilia, atq; dolos natum calauerat omnes;  
Cognita sunt illi sed postquam crimina patris,  
Ah quoties pro me iusta ratione parentem  
Tempore captato fidus superabat amicus.  
Quid tibi Rex ( inquit ) Dauides obfuit unquam ?  
Aut in quo genitor lasti fidissimas vnus  
Armiger atq; gener tua iussa faceffere promptus ?  
Maxima pro populo illius remini; cere facta.  
Officia inq; domum nostram collata memento.  
Opprobrium genti nostra puer abstulit ingens.  
Ille feros hostes cæsi Ducis ore fugauit.  
Ille insperatam sublato morte Gigante.  
Atq; tibi illustrem palmam donauit habere,*

*Vnde*

Dauidiados Lib. II.

31

*Vnde triumphator deueitus es alite curru'.  
Hostibus ac cæsis per eum spolia ampla tulisti.  
Isq; palestinos ex multa strage recepta  
Perdomuit, finesq; intra retinere coegit.  
Ille tuo iussu sexcenta hostilia monstra  
Attulit ante pedes truncis auulsa relictis  
Regius ut fieret gener hac mercede redemptus.  
Te quoq; cum fureres pulso cacodemone cantu,  
Et molli cythara, quoties reuocauit ab atra  
Morte prope extinctum & vitam dedit, atq; salutem.  
Attu care pater meritis pro talibus illum  
Insontem insequeris lingua sedulitus iniqua.  
Forfitan aut odio ( quod uolem ) accensus amaro.  
His licet affatus gnato tam iusta monentii  
Caderet interdum, & lenita quiesceret ira.  
Attamen in furias post paulum excottus abibat.  
Suspeditumq; neci me dedere sepe inbebat.  
In Ramathan igitur sancti Samuelis ad urbem  
Configlio, quæ passus eram cuncta ordine narro.  
Condoluit senior : Naiotha recedere secum  
Meq; bono iubet esse animo : & confidere magno  
Orbis rectori, superumq; hominumq; parenti.  
Pectora qui Regum mulcet, qui temperat iras.  
Colla superborum qui deprimit : atq; potentum  
Dorsa quatit : iuuenumqui animos exercet inique  
Fasce erummarum : Ceu tauros pondere rastri  
Agricola indomitos paulatim exercet aratro.*

*Præterea*

Præterea quicumq; studet descendere celsam  
 ( Ut tollatur humo ) inuicta virtutis ad arcem :  
 Pectore magnanimo debet tolerare labores ,  
 Anfractusq; viæ, insurgentia tollere monstra ,  
 Vimq; sibi inferre : & rabidos cohibere furores .  
 Algoremq; hiemis , signi feruentis & astum .  
 Quin famis , atq; sitis ieunia multa necesse est  
 Sæpe pati : duramq; extrema per omnia vitam  
 Ducere : ut auratam summa de rupe coronam  
 Accipiat : sedeatq; throno spectabilis aurèo .  
 Et nisi quisque graues inimicos duxerit intus  
 ( Dum Deus hos suffert ) tolerandos esse : nec ipse  
 Emicat inuictus , propria superatus ab ira .  
 Nam nisi pressa lacu sub iniquo pondere prælii  
 Ante sit vua recens , & amaris pausia baccis  
 Non erit ille liquor superis gratissimus ipsis .  
 Sic exerceri fortis heroas oportet  
 Nequitia alterius dudum liuentis amici ,  
 Non erit ullus Abel , quem non premat ante Caymus  
 Sic fuit ille sethes multis exercitus annis ,  
 Inclitus ut fieret primi successor Adami .  
 Sicq; fatigatus diuini nominis AEnos  
 Nobilis excultor , dum propagare per orbem .  
 Inuitum id satagit : cultumq; sacrare per aras .  
 Sic grauis eloquio , vitaq; & moribus AEnox  
 Antedeo placuit , per multa pericula notus ,  
 Quam dignus fieret , qui transferretur ad AEdem .

Diuini

Diuini electus custos fidissimus . horti .  
 Ver ubi perpetuum : floretq; tepentibus euris  
 Semper ager : pendentq; sua super arbore poma .  
 Fons ubi confurgit liquidis argenteus vndis :  
 Quattuor vnde fluunt præclarri nominis amnes  
 Gurgitibus quorum perfunditur vndiq; tellus .  
 Non hominem infestant morbi : non curua senectus  
 Aggrauat hunc annis : neq; mors ius qudet in aruis  
 Sena licet cupiat , duras immittere falces .  
 Nam quoties propiat rumphea expellit ignea .  
 Ligno alitus vta incolumis perdurat in ænum .  
 Hinc prothoplastes fuit olim explosus , ut acre  
 Experiando ; bonum quod non agnouerat ante  
 Discret amissum : & sic suspiraret ad illud .  
 Centum annis sic est exercitus ipse Noahus  
 Alter in orbe parens magnam dum fabricat arcem  
 Qua superesse queant animantium semina viva .  
 Dilluio ex illo quo terras æquora cunctas  
 Sordibus abluerent corrupta carnis ab ævo .  
 Sic denota Semem soboles exercuit ipsum  
 Qui fuit Irrisor nudi Camus ante parentis .  
 Hunc etiam infestum linquens , ( ne cæde maderet  
 Fratris ut ante manus ) alias migravit ad oras .  
 Iapetus pater , occiduas qui semine multo .  
 Impleuit terras , populisq; ferocibus urbes .  
 Quas sua progenies partim , & quas condidit ipse  
 Sic quoq; te filiam nunc pacienter oportet

Hunc

Hunc tolerare malum Regem , et superare ferendo  
 Vris ut ardorem superauit Abramus et ignem  
 Caldaos patiens infestos ; vtq; propinquos  
 Isacus est passus : Reges , superauit et illos .  
 Utq; pater nostri generis tolerando fugauit  
 Gentis Idumae autorem , fratremq; ferocem .  
 Sic et Iosephus duros pro tempore fratres  
 Sustinuit ; viatosq; fame tolerando subegit .  
 Tu quoq; Dauides quanto grauioribus vrget  
 Ferreus ille malis , tanto , constantior esto .  
 Namq; viam inueniet cali regnator et orbis  
 Quate preficiat , quite delegit et vnxit .  
 Et ne iterum paucas , ipsum ( mirabile dictu )  
 Aduentare ferum Regem tibi nuncio , et armis  
 Confestim positis , te coram ludere nudum .  
 Voce vel inuita et diuinis promere laudes .  
 His animum dictis arreverat ; atq; parentum  
 Exemplis veterum mentem firmauerat agram .  
 Cum procul ecce globum concendere pulueris , atra .  
 Persimilem nebulae , aut fumo egrediente caminis  
 Cernimus : at nimia pulsi formidine rages  
 Qui nobiscum aderant voces Liquere canoras  
 Dissoluere choros circumq; dedere videntem .  
 Hostis adest , clamant , pater heu fugiamus ad arcem  
 Nil metuens Samuel , ( vt erat sub vertice montis .  
 Rupe sedens celsa summus moderator eorum )  
 Surgit : et in medio palmas , vocemq; leuauit .

Quid

Quid formidatis segnes? nolite pauere :  
 Tlures nobiscum sunt , lumina tollite vestra :  
 Fortia castra dei sursum non cernitis ? ( inquit )  
 Pergite cel astes hymnos depromere cantu :  
 Rumpere diuinam rem , summa piacula suntu .  
 Vix hac ediderat senior : rediere profeta .  
 Ad solitum cuncti obsequium , vocemq; dedere .  
 Mira Duces vobis reffero , sed vera : repente  
 Ut cepit genibus positis orare sacerdos ,  
 Prorsus id omne ferox , quod me comprehendere iussim  
 Venerat agmen ; equis descendere , tela videmus  
 Omnia proicere , exuere arma , sagisq; relittis  
 Vatibus adiectos predicere prospera nobis  
 Voce vel inuita vitiato pettore diris ,  
 Maior enim saliens in eos furor ipse profari .  
 Corde renitentes stimulis vrgebat acerbis .  
 Ac veluti Balaas olim conductus aruspex  
 Quem neq; iumenti vox terruit ore loquentis ,  
 Pettore deuoto quoties maledicta pararat  
 Congererere in patres nostros , ac dira minari :  
 Spiritus hunc toties supera delapsus ab arce  
 Prosliens in eum contraria dicere menti  
 Ingratum vrgebat , et prospera cuncta precari .  
 Sic quoties celsa misit Gabaone ministros  
 Rex Saul armatos vt me comprenderet , arma  
 Ponere et exutos toties mihi fausta precari  
 Spiritus atherea delapsus ab arce coegit .

E

Bartholomæi Bottæ.

Donec & ipse furens auditis talibus, ira  
Succensus nimia multo cum milite venit.  
Demens, spiritui, quo spirant omnia, qui se  
Dentibus infrendens obsistere posse putarit.  
Immemor accensum se quondam pneumatice tali  
Tota luce inter medios cecinisse profetas.  
Sed furor, ac precepis mentem turbauerat ira.  
Ergo ubi cantatum vocem Rex auribus hausit.  
Desilit altus equo, festinus, & abiicit arma.  
Exxit & clamidem, nudusq; canentibus hæret.  
Nudati comites secum, ventura caneabant  
Multæ aduersa sibi, verum fælicia nobis.  
Interea Ionathas animum mihi Regis amicum  
Reddidit eloquio dulci, secumq; reduxit.  
Nam fauor iste dei mihi tam præsentis ubique  
Securum medios iam fecerat inter & hostes;  
Explorata fides Ionathæ, cognataq; dextra  
Inserat infido ne me concredere patri.  
Ambigerem, pro me excubias ducturus & ipse.  
Coniugis & desiderio renocabar amata:  
Cessi igitur, patriam, affines, sponsamq; reniso.  
Dum gener vtq; prius blanda versarer in aula,  
Ecce palestinos iterum noua bella parare  
Finibus egressos patriis fert nuncia fama:  
Dux iterum populi leitus, soceroq; iubente  
Progrederior medios confestim armatus in hostes.  
Millia congressu primo prostrata fuere

Dena

Dauidiados Lib. II.

34

Dena virum: fugere alii, castrisq; relictis  
Turbati Azotum petiere: nec ante morati,  
Quam subiere domos celæ sub mænibus verbis.  
Nos alacres spoliis & adepta celitus armis  
Insigni palma: ad Regem inde redimus ouantes  
Occurrunt populi, & viceritia signa salutant.  
Excipiunt fessos: & fancia corpora curant.  
Divisæq; choris ludunt noua cantica matres.  
Ingentem prædam letæ mirantur, & auro  
Captionam vestem texto, argentoq; rigentem.  
Crateras auro solidos, cælataq; in auro  
Barbara facta Ducim: quin & mirantur auorum  
Vincula, quoq; granis ira Dei subiecerat hosti.  
Sacra Deo sunt, oneratur & ara iurencis.  
Vistima multa cadit, ducta ex hostilibus aruis.  
Signaq; capta tholo suspensa locantur in alto.  
Exultat populus; festa plebs fronde per urbem  
Letitiam ingentem, atq; epulis testatur opimis.  
Non tamen hostilis tantæ hæc victoria Regem  
Exhilarare potest: quin tabida pectora torques  
Maiori iniuria: ægræ fert mea prospera faita.  
Successuq; dolet generi, & victoris amici.  
Ergo nocta locum liuenti in pectore Erynnis  
Occupat hunc, furiis, solito & granioribus urget  
Expunctum stimulis: ferit aurea sydera clamor  
Horrendus: spuma rabido eructantur ab ore  
Caruleæ: inq; solo corpus prouoluitur omne.

E 2

Nec retinere valent famuli : eiulatibus aula  
 Personat : & iam iam moriturum lumina deflent.  
 Me Ionathas iterum pius aduocat : atq; querelis  
 Mesimul ac lachrymis vltro manantibus implet.  
 Subueniam gener vt socero , vitamq; parenti  
 Iam fermè extincto reddam : quo munere queso ?  
 Scilicet vt surgens sceleratam torqueat hastam ?  
 In me iterum ? vita & feralia præmia reddat ?  
 Condoleo tamen , & lachrymis deuictus amici  
 Accurro : & sacris iubeo procul esse prophanos  
 Carminibus famulos : parent mibi protinus omnes .  
 Solus ibi linquo : digitis psalteria doctis  
 Tum moueo : & dulci modulor noua carmina cantu .  
 Ecce repente fugit torri ceu fumus obusto  
 Ex ore egrediens qua vexabatur Erynnis ,  
 Tartareaq; petit tenebras , & conditur orco .  
 Me miserum (horresco referens ) quam concitus ille  
 Surgit humo incolumis , simulac rapit , & iacit hasta  
 Que iacula volat , subito sed flamine torta  
 Pariete vicino cassò configitur itu .  
 Protinus effugio , suspeltaq; tecta relinquo .  
 Ille necem fugisse videns , comprehendite ( clamat )  
 Arma viri , ferte arma , cito succurrите Regi .  
 Proditor en vestrum voluit me perdere Regem .  
 In me concorsit fixam quam cernitis hastam .  
 Dum inbet accingi telis , atq; arma parari :  
 Nuncius ecce puer Ionatha clam missus ab ipso

Me monet , vt teclis excedam , vrbemq; relinquam  
 Vxor & ipsa ruens carpento vt cesserat arce .  
 Effuge cum lachrymis , miserande vir effuge clamat :  
 Iamq; aderit Quæstor multis cum millibus ardens  
 Qui te comprensum ac socordem fune latronem  
 Subliget : informi leto & te tollat in auras .  
 Dum potes infelix citus his te subtrahet teclis .  
 Cedo igitur (victor) portisq; patentibus vrbis  
 Concitus egredior nunquam redditurus ad illam  
 Heu species miseranda oris fugientis ab urbe  
 Quam gener vt Regis , Dux bellii , vt vñtor ouansq;  
 Intraram nuper rediens ex hoste fugato  
 More triumphantum residens super alite curru .  
 Hinc atq; hinc proceres , equitum , peditumq; tribuni  
 Ponè sequebatur cantans exercitus omnis .  
 Nunc vrbem excedo incomitatus , inermis , & expes .  
 Gaudia sic tristes luctus extrema sequuntur .  
 Sic vertit Rex ipse vices , qui temperat orbem .  
 Conscia mens recti sola exhortatur euntem ,  
 Solamenq; mali præsentia numinis ipsa  
 Quo duce sacratam lento sub vespere fessus  
 Aduenio Noben , vbi federis arca vetusti  
 Cumq; Tabernaclo confederat hoste remissa .  
 Direpta sylo culpa senioris Helia .  
 Prolis & ignaua ritio luxuq; fluentis .  
 Ut me sacrata fulgens in veste sacerdos  
 Expletis qui rite sacris adoleuerat aram

Bartholomaei Bortæ.

*Quam tener imbuuerat præceptus ab urbe fatus.  
Vt me ( quem uorat ) solum, atq; aspexit inermem.  
Obstupuit primum Achimelec, debinctalia fatus.  
Heus ubi sunt comites fili , gener inclyte Regis ?  
Quis te iterum casus , vel quæ fortuna fatigat ?  
Cur mibi solus ades ? nihil est pater optime (dixi)  
Quod mihi sollicitus timeas: ab Rege secreta  
Sunt mandata mihi, quæ concitus exequar : rnum  
Hoc oro , ut precibus facias placabile numen.  
Consule, num felix , velit & mihi dexter adesse .  
Ille prece effusa , & libamine rite litato  
Dexter ( ait ) postquam caelestes hauserat auras ,  
Omnipotentis adest tibi spiritus inclyte fili .  
Te tamen Erumna ( video ) duriq; labores  
Ecce manent : obeunda tibi & discrimina multa .  
Qui te persequitur tergo ferus imminet hostis :  
Quem tolerando tamen poteris superare : nec illum  
Vis tua bellando , sola at patientia vincet .  
Inq; manus aliquando tuas si uenerit vsquam  
Nam veniet, tibi fautor adest qui pertrahat illum  
Ne saui, ne te vindicta dira libido  
Ipsius in cædem moucat pietate relictæ .  
Interea ne cede malis . nam prospera cerno  
Aduentura tibi , scaptrum , regniq; coronam .  
Hec ait , & fesso mibi dat sacra liba roganti .  
Et fuerant Goliæ quæ fortia tela Gigantis .  
His monitis instructus Achis peto regna Gethei .*

Hostili

Dauidiados Lib.II.

36

*Hostili in terra reputans me posselatere .  
Sed mea me virtus , & fortia facta per orbem .  
Reddiderant notum , decus & spectabilis oris .  
Quare ubi sum visus , confessim & cognitus illis  
Inq; vicem , tenui ciues cepere susurro  
Dicere : Dauides hic est Hæbreus : ab alto  
Rex terra hostilis iam designatus olymbo .  
Cui pubes alacris cantantes atq; puella  
Sublato horribili percussa fronte Gigante  
Millia nostrorum decies occisa dederunt ?  
Territus his verbis me protinus esse furore  
Correptum effinxi rabido : discurrere cepi  
Huc illuc , caput impingens in pariete duro :  
Hostiaq; interdum confringere clausa minabar .  
Meq; meis manibus repens quandoq; ferebam .  
Auersis sursum plantis velut arbor in auras .  
Turbatasq; frequens tollebam ad sydera voces .  
Quin etiam ficto spumas ex ore vomebam  
Saucius incerto veluti percussus ab illu  
Ante aram taurus , mox stupe a vincula rumpit :  
Leuigenumq; manu vi multa elabitur atrox ,  
Ferrea dis fugiens buc illuc cornua iactat .  
Mugitus simul horrendos extollit ad auras .  
Sic ego , sic manibus famulorum elapsus ab aula  
Quo me iustulerant nihilominus arte furentem ,  
Protinus excludor : tota quoq; pellor ab urbe .  
Di grediens liber tanto discrimine leti ,*

E 4

Bartholomæi Bottæ.

In patriam redeo : caros accerso propinquos ;  
Ne furor irati Regis simul auferat omnes  
Conueniunt multi , fratres , ipsi⁹ parentes ,  
Et quibus acer erat metus , & commune periculum .  
Aut quibus infensus fuerat quandoq; tyrannus .  
Conueniunt inopes etiam quos durus agebat  
Exactor longo ac crudeli fœnore pressos .  
Et quoscunq; animo res dura premebat amaro .  
Iamq; quadringenti glomerarant vndiq; nostros  
Affixi lateri , telis ac mente parati  
Me quocumq; sequi du&torum , siue morari  
In patria malim , donec miserator ab alto  
Prospiceret nobis , qui regna & tempora mutat .  
Dumq; ibi vicinos saltus coleremus O dolla  
Infensi nullis : nec enim vexare sinebam  
Finitimos , aliunde raptas ducere prædas  
Sed gregibus nostris quos pingua pascua alebant  
Contentis paruo placuit traducere vitam .  
Ecce autem fido solum comitatus alumno .  
Infelix puer Abiathar sacra pignora amici  
Acchimelecis adeſt saua vix lapsus ab ira  
Principis iniusti , & flammis populantibus urbem .  
Ille refert cæſi crudelia fata parentis  
Ob nostrum hospicium suspecti : Namq; paterna  
Nuper Idumea veniens ex urbe Doeches  
Prodiderat Regi templo vidisse sub arceo .  
Cum mibi tela daret senior panemq; sacerdos .

Ergo

Dauidiados Lib.II.

37.

Ergo patres ipsos crudelia iussa secutus  
Tercentum sacris induitos vestibus omnes  
Impius ipse suo velut agnos ense trucidat .  
Nempe Deum veriti lictores improba dicta  
Hac detraſtarant taciti scelus atq; nephandum .  
Quiq; latus Regis celeres de more propinquū  
Benniamida ambibant , facinus crudele fatentes  
Horruerant fædare manus in sanguine sacro .  
Trux Syrus immani Saule & truculentior ipso  
Patribus hic cæſis , famulis comitatus ad urbem  
Sanctorum Nobem delendam iussus anholat .  
Non domus illa dei , non faderis arca cruentum  
Ascelere infando pietas non illa retinxit .  
Hælienas omnes , paruosq; ex ybere raptos  
Infantes atrox iugulat cum matribus ipsis  
Sic placitum Regi superum . vt phyneia proles  
Ante diem caderet , caderent Ophniq; nepotes .  
Dehinc urbem sanctam ferro populatur & igni .  
Sic veteres inimicitias fraternalq; bella  
Exaturare volens odia aspera gentis iniquæ .  
Hoc igitur tanto nos funcre gentis amicæ  
Excidioq; urbis perculsi , fleuimus omnes .  
Vestibus & scis cinerem conspersimus atrum .  
Extulimus triduo moestas ad sydera voces  
Pectora plangentes , ieundaq; corpora largo  
Noctes atq; dies lachrymarum affiximus imbre .  
Funereo officio funtis decidere visum

Tutius

Bartholomæi Bottæ

Tutius: & Regis tam scui linquere fines :  
Ne indea tribus cognato sanguine iuncta  
Pro nobis similes luceret flue crimine pœnas .  
Sumpto igitur puero taciti migranimus inde  
Proxima quæ; habitant Arabes Rabathæia regna  
Ipsius antiquos Sanlis contendimus hostes .  
Regem adeo supplex ; & suspicione subortas  
Exilii doceo causas, remq; ordine pando .  
Inlyte Rex arabum cui me mca fata precari  
Casibus excussum variis voluere : vel ipse  
Regnator superum, nostri moderator & orbis ,  
Qui nos mortales fortuna exerceat inqua ,  
Menibus ut nostris eluceat abdita virtus .  
Non scelore extorres ad te configimns vlo ,  
Sed procerum inuidia , Saulisq; furentis iniquo  
In me odio , quem liuor edax succendit ab illo .  
Tempore quo Goliam puerili strauimus æuo :  
Atq; palestinos persæpe fugauimus hostes .  
Vnde sibi , ac proli metuens noua crimina singit :  
Tollat ve immeritos , gratisq; trucidet amicos  
Impius insontes , sic nos in regna reponens .  
Quæmili pollicitus rerum qui torquet habenas .  
Præsidii ergo locum desertam in finibus urbem  
Exposco , fessos vbi longa estate parentes  
Insuetasq; pati tenero cum pignore matres ,  
Et profugos ciues in tuta sede reponam .  
Non regno indeciores , nulli damno esse futuros

Pollicor

Dauidiados Lib. II.

38

Pollicor : pecorum fructu quæ traximus ipsi  
Vbere contentos duris & frugibus omnes .  
Præterea scito nostris maioribus vnum  
Antiquumq; genus , fratresq; fuisse parentes  
Gentis vtriusq; & veteri Babilone profectos  
Vnde Moabitæ , inde Abrantiadæq; ercati .  
Namq; semæus Heber, gens a quo Hebreæ vocata est  
Communis generis pater est : post quinq; nepotes  
Inde Thares ortus , Syrium qui procreat Arram .  
Hebraumq; Thares Abrantem procreat idem .  
Sicq; genus nostrum descendit stipite ab uno .  
Nam gemini fratres caldaæ ex vbre profecti  
Mænia ad Eufratem posuerunt prima, sed vrbì  
Qui mansurus erat proprio de nomine nomen  
Imposuit vester Syriorum maximus Arras .  
Ex Arra genitum immatura morte perempto  
Maximus inde lothum cœlesti voce vocatus  
Decedens Alras secum tulit . Isq; recessit  
Dives opum factus , sodomisq; habitavit in ipsis  
Vnde tamen fugiens superum munimine fretus  
Ulricæ flammas evasit ab aethere missas  
Mirificam Lothus hic de stirpe superstite prolem  
Nescio quo pacto somno vinoq; sepultus  
Suspicit Ammonem primum , vestreæq; Moabum  
Autorem gentis , nostræ creat Isacon Abras .  
Nos vnde Isacidæ dicti qui mansimus illuc .  
Inde Moabitæ vos , qui has migrasti ad horas .

Sed

Bartholomæi Bottæ.

Sed quid ego hac recolo patrum monumenta vetustis  
 Antiqua ex cedro qua commendata libellis?  
 Te mihi Rex iungit fraterna recentior orta  
 Proximitas, & sanguinis arctior vno nostri.  
 Namq; Moabitis proavi gnata inclita vestri  
 Principi Iudeo Bethleemitaq; moranti  
 Tunc peregre vestra regione hac tempore multo  
 Nupserat, illo autem defuncto, est iuncta Booze.  
 In patria nostra socrumq; secuta No&min.  
 Rutha vocabatur mulier, qua natus Obethes  
 Pulcher annus, pater atq; mei genitoris Iesse.  
 Cognatus vobis igitur cognata reposco  
 Auxilia, atq; locum modico pro tempore tutum.  
 Annuit oranti latatus origine gentis  
 Audita Rex ipse Naas, proceresq; propinqui.  
 Cognatam agnouit gentem, nostriq; misertus.  
 Et consanguineo dans oscula blanda parenti,  
 Heu quis te casus, vel qua fortuna fatigat  
 Frater ait senior? gnati felicibus ausis  
 Inuidet illa tui iuppenis quoq; fortia facta  
 & Emula per sequitur. sed deniq; vita quietet.  
 Hæc vtinam dudum mihi fas audire fuisset.  
 Quæ de communi genere memorasti amici:  
 Non in cognatam gentem bella improba quondam  
 Mouissem durus: nec me Galaditis labes  
 Extima pars vestri tunc hostem experta tulisset.  
 Cum simul obsoflos effosso lumine dextro

*Deformare*

Dauidiados Lib. II.

39

Deformare ferox voluisse, & perdere ciues.  
 Nec mihi (rex hominum qui nutu dissipat vno)  
 Propterea iratus (quod nunc aduerto) fuisset.  
 Nunc igitur fratres fratrum succedit testis.  
 Dixit, & hospitio cunctos solatur amico.  
 Praesidio demum firmo locat vrbe petita.  
 Ast ibi per paucos lenta ocia duce Gades  
 Fatidico finit ore dies: iam iamq; labantes  
 Ad simulachra Deum traheret mora nequa iuuentam  
 Instabiles animos, & amaro pectore plebem.  
 Linquimus ergo senes illic, & inutile vulgus.  
 Est vrbis extremis in Iuda finibus apta  
 Exilibus: facile vnde queant excedere regno.  
 Cum formidarint instare pericula rursus  
 Tre redire uiam quoties & oporteat illos:  
 Hanc placuit nobis colere, vnde recedere tui  
 Possemus; si forte malo vngeremur ab hoste.  
 Ecce autem taciti dum versaremur arethæ.  
 Nomen id urbis erat, Ceyla venere rogantes  
 Auxilium a nobis ciues: vt ab impete vasto  
 Accbatonitarum nostris tegerentur ab armis.  
 Consului numen prius hic cælesti, sacerdos.  
 Abbiathar quo plenus erat vestitus Ephode  
 Quod secum tulerat fugiens, insigne paternum  
 Ita ait intrepidi ceylamq; instanti ruina  
 Eripit. Ecce Deus vobiscum dexter ab alto  
 Qui tonet occultas & vestro in pectore vires

*Suggerat*

Bartholomæi Bottæ.

Suggerat En video pallantes eminus hostes  
Terga dedisse fuga prospeltis ilicet armis.  
Iam prope sexcenti gradimur castrisq; propinqui.  
Ut sumus, immensum clamorem aut sydera cuncti  
Tollimus : addiceto horribili clangore tubarum  
Vnde Aer pulsus reboat, tonitruq; secundo  
Ingeminat strepitum : quo territus abiicit hostis  
Arma, sibiq; fuga mox consulit, agmina cernas  
Confestim corupta metu disiecta vagari.  
At veluti quondam Madianum exercitus ingens  
Sicut arena maris sonitu Gedeonis ab alto  
Concussi rapuere fugam cum Regibus ipsis.  
Hostes insequimur stricto mucrone corusco.  
Pallantesq; metu passim laceramus inertes  
Occurrunt hyulares redeuntibus hoste fugato  
Expansis ciues portis & carnine dignus  
Pro meritis grates reddunt, ac munera donant.  
Excipimus fessi, dapibusq; epulamur amicis.  
Pas hominum nulli blandis confidere rebus  
Nam simul ac Regi victoria nostra relata est,  
Protinus arma parat zelo percussus amaro  
Insidiasq; struit ceyla cum cinibus ipsis  
Noctis ut obscuræ Lunæ sub luce maligna  
Incantos veniens superet tradentibus illis.  
Non est consilium; non est sapientia contra  
Omnia cernentem: patuere doli, insidiaq;  
Nam natus Abbiatar nobis pro patre sacerdos

Veste

Dauidiadæ Lib. II.

40

Veste sacra induitus, diuina afflatus & aurum  
Hinc fugiamus ait, cerno mihi vincla parari.  
Subdola texerunt ingrati retia cines:  
Hostibus erepti, nos hosti prodere tentant.  
Hanc quoq; deserimus terram: profugiq; vagamur  
Huc illuc, vastam donec peteremus Eremum  
Iuxta Zipheos, q; erant mibi sorte tribules,  
Securas puteram penes hos sperare latebras.  
Tuta sed exilibus profugis loca nulla: nec usquam  
Tuta fides miseris: cognataq; pectora cedunt.  
Regis enim blandum Ziphei ambire fauorem  
Dum querunt, ultro nostras bis terq; latebras  
Scrutati, Saulem traxerunt indice certo.  
Qui tribus armatis cum millibus auia sylua  
Improuisus adit, vestigia pondescens.  
Ut venatores latrantibus ante molossis  
Selvantur prædam, disponunt retia circum.  
Sic quoq; Zipheis nostri precuntibus hostes  
Sollicita cingunt omnes indagine saltus.  
Nos tamen ante citi monitu senioris amici,  
Saltibus egressi Zipheis, nocte silenti  
Per vallem obscuram, ad celsi deserta Maonis  
Inde procul vigiles ieramus: & antra ferarum  
Si qua forent nostris demum opportuna latebris  
Exquirebamus, specula cum noster ab alta  
Infestos hostes per denia quæq; securos  
Aduentare vigil fremitu cognoscit equorum:

Surgimus

Bartholomæi Bottæ.

Surgimus arreptis ut nos tueremur in armis.  
Sed tamen aspirans diuinitus aura monebat  
Omnia pertentanda prius quam vertere tela.  
Debita in allophilos aduersus viscera nostra.  
Inter & Isacidas plusquam ciuilia bella  
Esse nephas duxi præsumere, abiuimus ergo  
Trans petram nemorosi montis ad ima Maonis.  
Ad pugnam instructi, tantum si forte pararent  
Vim nobis inferre. necem propellere cuiq;  
Fas & iuras inunt, docet ac natura tueri.  
Nec potis effugere, aut pacis spes nulla dabatur.  
Praueniens equitum syluam quia cinxerat omnem.  
Circumfusa manus, rararum more plagarum.  
Cum desperarem me saltu euadere posse  
Absq; graui pugna: regni de finibus ecce  
Nuncia fama venit se se effudisse Gethæos  
Perpetuos hostes captato tempore belli  
Ciuilis: nostra & late popularier arua.  
Ergo metu damni grauioris ab hoste retusto,  
Conitus inde abiens Rex Saul consultius esse  
Duxit in aduersas conuertere tela phalanges.  
Quæ nimia in ciues feruens exererat ira.  
Publica bella sequi potius quam ciuica: prudens  
Perpetuo & felix: ea si sententia menti  
Durasset stabili: dubio procul ille fuisset.  
Plura quidem fuerat Danides ore diserto  
Inde locuturus, strepitu ni intrantis amici

Concio

Dauidiados Lib. II. 41

Concio Barbarici Duciis interrupta fuisset.  
Totus enim herorum chorus assurrexit illi.

Dauidiados II. Libri finis.

IO. AVGUSTI BOTTAE

F R A T R I S N O S T R I ,

In tertium Dauidiados Argumentum.

Monosticon tertij Libri.

Tertius erumnas exponit Saule sub hoste  
Argumentum.

Dona Syphax offert: ducibus quo diuidit aula  
Istaides: princeps Ioabus cum fratre iubentur  
Agmina militibus complere, & castra locare  
Ad Manain: Nati fugiens hic arma rebellis  
Venerat: hospitioq; vsus senioris amici  
Prosequitur duros casus, altosq; labores.  
Ut spirans immane socer scua agmina contra  
Insontem intulerit, tenebris cui forte petenti  
Secessum chlamydis retro præciderit oram.  
Fædera componunt, sequitur fatum inde Nabalis.  
Opprimitur rursum a socero: sic lechida paruam  
Liberat vxore intulta, natisq; receptis.

F

# BARTHOLOMÆI

BOTTE

## Dauidiados. Liber III.

**E**grediens Arabū nouus hic de finibus hostes  
Audierat subitos fama referente tumultus,  
Vnde cito alitū cursu properarat equorum,  
Penderet ut iusto domino imposita ante tributa:  
Ut simul acceptā memorem se reddere regni,  
Et si quas posset iam tum pretendere grates  
Pro meritis regi inciperet persoluere dignas.  
Ergo intromissus, multoq; exceptus honore,  
Ut stetit ante pedes, hac Regem voce salutat.  
I facidum salue populorum acerrime index,  
Inclite Rex regum salue; tua bellica virtus  
In nostris experta malis, et fortia fulta  
Quæ nostri sensere Duces, collutaq; regni  
Maxima in hostilem puerum nil tale merentem:  
Gratia apud memorem stat adhuc, et stabit in eum.  
Non tuus hic casus, me non aduersa morata est  
Instabili facie, quæ te fortuna fatigat:  
Nec puer infelix aura seductus inani  
Plaudentis vulgi (licet illum multa sequantur  
Agmina turbarum) venientem ad munera iussa  
Persoluenda tibi domino, absterrere potens est.

Quin

## Dauidiados Lib. III.

42

Quin properare magis me instans ea cura coegit:  
Ne tibi sollicito stipendia forte deessent:  
Danda nouo pediti, Ducibus reddendaq; fidis.  
Hec ait, atq; offert argenii mille talenta,  
Auri quingenta, et panchaeos addit hombres.  
Sexcentos adiecit equos astare volucres,  
Præ foribus, totidem iumentaq; fortia dorso.  
Annua quæ fuerant victori debita Regi.  
Munera præterea domino, sceptrum, atq; coronam.  
Addidit, et vestes tenui quas vellere pexis  
Arboribus seres bombicibus inde remotis  
Texuerant auri mixto subtegmine fului.  
Inq; ministerium mensæ est addiceta supellex.  
Aurea, cum pateris crateres, cymbia, lances:  
Namq; Siphax Arabum multi diuissimus auri  
Argentiq; magis, tulerat quamplurima rasa.  
Celatos tripodas, fuluosq; ex ære Lebetes.  
Arma quoq; argento tulerat calata, virorum  
Quod solet esse decus, rapido et tutamen ab hoste.  
Aptaq; militia saga plurima, serica quædam,  
Argento virgata nitent quædam intertexto.  
Omnia dona Duces quæ Rex partitur in ipsis.  
Levia quinetiam veteranis omnibus arma  
Quingentos et equos Arabes largitur eisdem  
Peltore quod fido fuerant sua castra secuti.  
Este equites, inquit, preciosi muneris instar.  
Impera inde nouas omni ex Galaditide terra

F 2

Vrbibus & populo plenis Basanidis ora  
 Ascribi legiones, armariq; iuuentam.  
 A facie Regis confessim egressus Iobas  
 Militia & princeps Galadinam circuit omnem:  
 Sæoniæ Abbisais montana per oppida frater,  
 Inde legunt iuuenes, quorum sunt peitora bello  
 Fortia, & assiduis durata laboribus ossa.  
 Cogenda accipiunt ductores agmina certi,  
 Magnanimi, bellis assueti, robore & acres.  
 Prælia quiq; manu certatim singula forti  
 Confecere, viri prudentes, arte magistri.  
 Instructas acies regere, ac versare parati.  
 Tum Rex Dauides surgens, & Amantius heros,  
 Una diues Arabs, ac Berselaus amicus,  
 Atque aliq; proceres portas & mœnia longo  
 Circuitu lustrant: custodibus omnia compleant.  
 Debinc refici muros, fossis atq; aggere cingi  
 Si qua labant, totam & muniri protinus vrbem  
 Precipiunt, statuuntq; locis qui fædere certo  
 Disponant onera: vtq; vices certo ordine seruent  
 Quisq; suas: instent operi, fabrosq; repungant.  
 Undiq; vt eminent vrbis munimina forma.  
 Opportuna locis & propugnacula siant  
 Dum pacat, hostiles & adhuc à flumine turma  
 Abstinere procul: nec enim bene firma parantur  
 Praesidia: exterius cum circumfederit hostis.  
 Festini ciues ergo, agricoleq; vocati

vna

vna omnes operi incumbunt: quin durus & ipse  
 Depositis miles miscetur ciuib; armis  
 Voce laborantes, factis hortantur & ipsiſ.  
 Namq; manus humerosq; oneri supponere iusto  
 Haud deditantur: leti venientibus vltro  
 Occurrunt, onera accipiunt, fabrisq; reponunt.  
 Non aliter quam cum stagnantem Aegyptia Nilum  
 Permetuens Ales astiuo tempora ripas  
 Opposita reficit nidorum mole labantes.  
 Feruet opus, gaudentq; Duces munimine tanto,  
 Tempore tam paruo gliscenti: letus & ipse  
 Rex sperans meliora sibi succedere tandem  
 Exhibilat faciem: socijs moderata parari  
 Hospitibusq; iubet iam tum coniuia fessis.  
 Post epulas iterum audet Berselaus amicum  
 Compellare virum, blandisq; inducere Regem  
 Compleat vt ceptum sermonem: exhausta pericla  
 Commemoret: quibus & successibus omnia Letis.  
 Transferit tandem: præsentibus atq; futuris  
 Impositura modum sint exanclata pericla.  
 Hinc iuuenes nostri spem viuam, animosq; viriles  
 Concipient: atq; hic nouus oblectabitur hospes.  
 Militiam atq; grauem sub te tolerare magistro  
 Tam multa experto, tam duris casibus acto,  
 Euentusq; Ducum varios didicisse inuigit.  
 Hæc senior: sponda tum Rex subnixus in alta  
 Sopitos inquit, tu me renouare dolores

Bartholomæi Bottæ.

Dum petis euentus varios , hortaris amice .  
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros ,  
Ut per successus duros tolerare labores .  
Hi iuuenes discant , vera virtutis amore ,  
Prosequar . Ereptus dubia discrimine pugnae  
Quam nimis horrebat propter ciuilia dama .  
Ne cognatorum mea dextra cruore maderet ,  
Ne Dominum, Regem , ac sacerum fortasse necarem  
Impius ipse manu , dum me defendere velle ,  
Finibus ijs modicum sedata mente quieti .  
Ad compescendos igitur dum nuper obortos  
Ac charonitarum grauiores ipse tumultus .  
Rex digressus abit , nobis in monte reliquit .  
Cum socijs pugna faxi dirimentis iniqua ,  
Ulteriora tamen diuino flamine recti .  
Engada deserto contendimus ire Diaone .  
Sed nec ibi diurna quies latitantibus esse  
Tunc valuit , nam cum vietto rediisset ab hoste :  
Nuncius ecce ferox vestigia nostra secutus  
Engada nos omnes retulit petuisse , latebras  
Rupibus inq; cauis super alto monte fouere .  
Saul igitur sumptis equitum , peditumq; cateruis  
Interitum sitiens nostrum venator ut acer  
Protinus accurrit , Sylvas et milite cingit .  
Nos quoq; scrutatur feruens per opaca ferarum  
Antra , per abruptas rupes , per scruppea saxa ,  
Per inga verticibus celsis : qua confita dumis

Pernia

Daui diados Lib. III. 44

Pernia sunt tantum capreis sylvestribus : vnde  
Cornibus appensa vix frondea pabula carpunt .  
Per foueas omnes vestigat & omnia lustra .  
Defessus tandem cura frustratus abibat .  
Agmina pond sequens corrödebat & intus .  
Est specus ad caulas ouium redcuntibus vltro  
In latus ore patens , vastoq; immanis hiatus ,  
Inde cauernoso traectu torquetur in amplam  
Speluncæ faciem , longa sub rupe cauata ,  
Per densos frutices illi spiracula raro  
Luminis angusti latitantibus aeris vsum  
Exiguum præbent : intrantem vt cernere possint  
Inuisi : verum in postremis faucibus antri  
Exitus arctus erat , rapido descendere saltu  
Vnde quis in vallem obscuram queat hoste reuiso ,  
Solicitam intrantis facile & deludere curam .  
Visceribus tortus , rapido ac concoctus ab astu  
Pectora , præteriens hostis viridantis in umbra ;  
Oris speluncæ tantisper ab agmine toto  
Secessit , donec mentem corpusq; leuaret .  
Nos intus trepidare prius , debinc nemine viso  
Cum Rege infenso , tenui sub murmure quidam  
Ecce tibi promissa dies , qua perditus (aiunt)  
In nostras aliquando manus hic decidat hostis .  
Quid reueneris eum ? qui nos venatur ubique ?  
Perdat ut inuentos & cruda morte trucidet ?  
Surgo igitur , tacitis nudatum & gressibus ensem

F 4

Bartolomæi Bottæ.

Ante manus stringo : debinc exitiale perofus.  
 Mente pia facinus: Regi potuisse nocere.  
 Esse satis duxi . clamydis sed forte reiectæ  
 Vepribus hærentis placuit succindere limbom .  
 Praeclarum exhibetæ indicium pietatis in illum .  
 Verum etiam fasti leuis huius (testor Olympi .  
 Redoris numen) me penitusse repente .  
 Ac pectus pupugisse , vt me Metanæa momordit .  
 Ad socios, intus redeo : frangoq; furentes .  
 Inde dolore leuem , causaq; doloris ex æstu  
 Prosequor egressum Regem comitesq; sequentem .  
 Namq; volente deo totum præcesserat agmen .  
 Nil igitur metuens videntem voce vocau .  
 Conuersum atq; gradum sistentem protinus illum .  
 Pronus adoraui: tum sic affariorfus .  
 Sit mihi fas (oro) iustis exponere questus .  
 Ante meum Dominū ex Regem, sacerorumq; patremq;  
 Tam faciles miserum in me delatoribus aures .  
 Hactenus vt patuere tua , semperne patebunt  
 Danides(aiunt) quærunt tibi demere vitum .  
 Ambito ante diem vt regno queat ipse potiri .  
 Te Deus ecce meis manibus te trædidit ipsum .  
 Nunc in spelæo , mœrens dum forte iaceres .  
 Nec gener in sacerorum volvi consurgere dextram .  
 Nec passus maculare piam: licet ipse cruentum .  
 Tu sicut haurire meum implacabilis hostis .  
 Siceine sum meritus de te mihi talia reddis .

Premia

Daudiados Lib. III.

45

Premia pro regno, vita, atq; salute recepta .  
 Viderit ista Deus: iustus quoq; vindicet vltor .  
 Per me illesus eris: regno incolumisq; manebis .  
 Quem Rex persequitur perdicem in montibus altis .  
 Aut leporem parvum magnus venator in antris .  
 Haec agnosce tuæ succisa lacinia vestiss .  
 Si te (ceu latranti) voluissim perdere crudus .  
 Sic caput ingenti putuissim abscindere truncu .  
 Dum potes ergo præcor mentem depone malignus .  
 Atq; insestari iam nos desiste precamur .  
 His ille auditis animaduersaq; recisa .  
 Parte suæ chlamidis , tanto necis atq; periclo .  
 Obstupuit primo , veluti cum forte viator .  
 Tergo improuisum respexit adesse leonem .  
 Qui tamen illius passim vestigia seruet .  
 Non auditus prædæ , sed opem medicantis anhalo .  
 Qui gemitu imploret , laeso pede sentibus aspris .  
 Sic ille intuitu nostro prius horruit amens .  
 Dehinc pietate mea , mira ex charitate , fideq;  
 In se constanti sunt viscera mota: subortas .  
 Nec tenuit lacrymas nec enim ignea semina prorsus .  
 Innatae virtutis gerant extincta tametsi .  
 Concreto liuore diu sopita iacerent .  
 Sub cinere interdum velud ardens pruna litescit .  
 Flens igitur palmas vocemq; levauit ad astra .  
 Talia dñe fatur sacerdos tu mitior acri .  
 Me tua Danides pietas , tua maxima uirtus

Exuperat

Bartholomæi Bottæ.

*Exuperat : moliturq; animos clementia duros,  
Cum tibi reddiderim mala multa infensus ut hostis  
Hucq; aduentarim grauiora inferre paratus,  
Si manibus nostris te fors inimica dedisset,  
Tu, tamen infesto mihi (quem Deus arbiter aequus;  
Seu dira ultrices manibus fortasse necandum  
Obiecere tuis) potuisti parcere tandem,  
Victus amore pio soceri . quis talia fecit  
Habentus aut falturus erit post saecula multas?  
Hinc ega conatus in uentos tendier omnes  
Coniicio nostros : incassum & uelle uetare,  
Quominus accipias regnum Israelis olympos  
Præfixum tibi : non igitur te persequar ultra.  
Si mihi iuraris te nosrum nomen ab omni  
Non erasurum populo , stirpe mea perosam  
Non succisurum surgentem a stipite nostram.  
Hac mihi conditio placuit , iurauimus ambo.  
Manisset dictis ritinam: nec fædera pacta  
Fregisset prior : eius adbuc stirps inclita staret.  
Sed quem liuor edax valeat præstare fidelem?  
Constantemq; virum ladedi tempore nacto?  
Digredimur . redit ille domum: nos auia sylue  
Concaua petrarum , contendimus atq; ferarum  
Lustra,nihil fidei verbis illius habentes.  
Nam licet exiguum requiem Samue lis ad horam  
Tristia præstiterint patis mihi fata secuta,  
Penitus non tamen exuta formidine vixi.*

Pectora

Dauidiados Lib.III.

46

*Pectora cuncta quidem populorum funera tanti  
Mæsta viri , patris patriæ , cultoris olympi,  
Cruda quoq; ipsius malegrati viscera Regis  
pulsarant: per eum si quidem sperabat adepto  
Posse frui regno incolumen ; dum uiueret ille,  
Qui precibus lacrymisq; suis placare tonantem  
Nouerat , aduersus populi peccata , Ducisq;.  
Verum collecto cum sanctis patribus illo,  
Intercessorem medium nequissimus ipse  
Quemue precatorem poterat sperare cruentus?  
Cede sacerdotum , sanctæ populatoꝝ & urbis?  
Nec tamen interea mala mens odia aspera prorsus  
In nos exuerat , quin saepe obducta cicatrix  
Corde diu labis concreta pulsæ susurris  
Aut delatoris syrii , vel laſa suapte  
Exolutebatur renouata in pectore plaga .  
At nos interea carmelli vertice tuti  
Dum versaremur prope septa Naballis Iudea ,  
Pastores ouium lento quaë vimine dudum  
Texuerant pecori tutos in nocte recessus.  
Accidit , vt stolidi verbis expunctus amaris  
Ipse furore nouò raperer(mirabile dictu)  
Vt tantis durata malis quaë passus ab hoste  
Infenso fueram , tum sit patientia victa.  
Sed nimis indignum vehementia pectora ducunt  
Nobilium Regum cognato a sanguine turpem  
Ferre ignominiam , qui debuit vltor haberi.*

Mos

Bartholomæi Böttæ.

Mos fuit (ut nos sis) coniuicia leta parari  
 Cum tondentur oves, pastoribus atq; propinquis.  
 Misimus ergo de cem iuuenes in tempore tali  
 Ad consanguinei cognataq; tecta Naballis,  
 Nos quoq; tam leta mandaret ut esse dici  
 Participes : fessos & solaretur amico  
 Munere; ceu natum pater atq; leuaret egentem.  
 Aspernatus eos Nabal, ac ceruice retorta  
 Nempe quis Isaides fugitiuus seruus (hic inquit)  
 Ut pingues epulas, & quæ pastoribus ipsis  
 Dulcia uina meis ; ac munera digna paraui,  
 Ad profugum erronee , quem prorsus nescio mittam  
 Scilicet emeritis tollam, indignisq; refundam.  
 His in honorati iuuenes , uacuiq; remissi  
 Ardentes animos sociorum acuere furore.  
 Intumuitq; meum iecur atra in peltore bili.  
 Arma amens capio. telis accingimur omnes.  
 Ut temere disti duras furibundus & ipse  
 Astolido exigerem pñnas, descendimus ergo  
 Succensi nimis , & disperdere cuncta parati  
 Ultrici ferro, Dominum , famulosq; domumq;  
 Cum stabulis armenta gregesq; exurere flammis.  
 In cassum (aiebam) uera pecora omnia fidí  
 Custodes huius seruauimus & inde fugando  
 Latrones auidos predæ, saeuosq; leones?  
 Atq; feras omnes telis ejecimus istis ?  
 Nullaque disperiere sub his turricibus armis?

Ei

Dauidiados Lib.III.

47

Et mala pro meritis etiam conuictia tantis  
 Ingratus rabido ac temerarius ore rependit ?  
 Hostibus ista meis uindex Deus addat, inuultus  
 Hanc ignominiam fuero si passus inertii  
 Rex animoquel si uiuens euaserit ullus ?  
 Dum furorem feruens, & dira minarer ad aurás  
 Quattuor ecce trahens ima sub ualle camellos  
 Annona ac dapibus coniunx illius onustos,  
 Occurrit festina ruentibus obuia nobis  
 Abigail speciosa quidem, facieq; uenusta ?  
 Sed magis atq; magis mulier speciosa decoris  
 Moribus interius, prudens fandiq; perita .  
 Eloquio mitis dulci , genibusq; uoluta  
 In me ( sic cepit ) Rex clementissime queso  
 In me uertatur furor hic tuus , iraq; uindex  
 Et non in stolidum hunc hominē meritoq; Nabalem,  
 Non aderam presens muliebri more reuenta,  
 Cum pueri venere tui , nec vidimus illos .  
 Nam tua si praesens o rex ancilla fuisse ,  
 Non vacui iuuenes rediissent : testor olympi  
 Tellurisq; Deum; nam onerassem protinus illos  
 Panibus , adiectis, qui ferrent dona , camellis .  
 Sed sero audiui puero referente recessum  
 Illorum: nec iam poterant audire vocati.  
 Confestim hac surgens congesta cibaria sumpsi.  
 Quæ precor exigui iam nunc vel muneris instar  
 De nostra tu carpe manu : potiusq; benignam  
 Denotamq;

Bartholomæi Bottæ.

Deuotamq; tibi famulæ Rex aspice mentem,  
Quam rudit ac fatui volitantiæ verba mariti.  
Quo furor iste tuus? quonam cadat iraq; præcepse?  
Tu prudens attende magis, mala quanta sequentur.  
Nam si cognato fueris nunc sanguine tintitus,  
Dum parat vlcisci se se tua dextera fortis:  
Quid poterunt reliqui de te sperare tribules?  
In te fortassis vertetur & omnis Iudea  
Desperata tribus correptis vndiq; telis;  
Quæ te prosequitur votis: Regemq; futurum.  
Iam dudum expectat: tali ut dignetur honore.  
Et si præterea nullus moueatur ad arma:  
Pæniteat Regem cedente furore necesse est.  
Et maculasse manus post horrida facta pigebit.  
Vince animos, iramq; tuam, sauumq; furem,  
Catera qui superas, ipsumq; per omnia Saulem:  
Iam tandem præcibus, lachrymisq; reflectere nostris:  
Sic tua voda Deus per sacula cuncta secundet.  
Imponat finem erumnis, longoq; labore.  
Detq; meo Domino regnis sceptroq; potiri.  
Hæc ait, & lachrymis manantibus ora rigabat:  
Amplexuq; pedum molli retinebat euntem.  
His verbis lachrymisq; mihi furor iraq; cessit.  
Mollitiq; animos socii posuere ferocios.  
Parcimus o prudens mulier, tibi parcimus inquam.  
Vade refer grates, & carmina digna tonanti,  
Quo duce in occursum venisti concita nostrum.

Nam

Dauidiados Lib. III.

48

Nam nisi venisses, ipsius numina sacra  
Teftor, in æde tua viuentem crastina nullum  
Lux oriens risura fuit, quo carmine dignas  
Æthereo Regi potero persoluere grates?  
Qui nostros etiam tenues circonspicit actus.  
Quiq; medetur eis opifex medicamine molli,  
Carmine tuq; meo laudabere docta uirago,  
Inter, & Heroidas sapiens numerabere matres:  
Quæ dulci eloquio potuisti saua Leonum  
Pectora mollire, ardentesq; extinguere flammam  
Rorifluo sermone tuo, noxa ecce remissa est.  
Quamquam indigna uiro per te: nec munera sperno.  
Vade tui uiuam memor: atq; aliquando rependam.  
Cum mihi Rex orbis diues beneficerit ipsi.  
Et quæ pollicitus toties, exoluerit olim.  
Leta redit: sobrioq; refert hæc gesta marito.  
Quem stupor ex nimia sabito formidine tantus  
Occupat: ut tremulos defuncta reliquerit artus,  
Pristina uis omnis, gelidoq; in corde coactus  
Duruerit sanguis: neruosq; atraxerit omnes.  
Fauctibus oclusis interceptoq; meatu  
Vocis & escarum iacuit, ceu lothea coniux.  
Bisquinos siluitq; dies a frigore torpens.  
In decimo calor omnis abit percussus ab alto.  
Dirigit moriens concretum ex frigore corpus.  
In lapidem dicas conuersa rigidia membra.  
Ac uelut i statuam gelido de marmore cussam  
Quis

Bartholomæi Bottæ.

Quis condat tenebris, sic condicur ille sepulchro,  
Obstupere omnes multatum morte Nabalem  
Hac immatura: nec defluere peremptum.  
Sed timuere Deum, qui non est passus inultum  
Dedecus id nostrum de promptum ex pectore duro  
Res tumulo signata, brevi stat carmine nostro.  
Durior in Regem Nabal hoc induruit antro.  
Ipso thoro coniuncta meo post tempora luctus  
Hec mihi narravit tædis melioribus usa  
Abigail nunc usq; mibi gratissima coniunx,  
Cui soli fas est (tumidum feruescere pectus  
Turbato ex nultu simul ac perpendere agra)  
Eloquio dulci, aut lachrymis lenire furentem.  
Non tamen in longum placita hæc sponsalia tempus  
Sunt protracta mihi; Carmello namq; Ziphæi  
Proxima deserti angusti iuga celsa colentes,  
Collis Achilli sub uertice forte morantem  
Cum me uidissent uestigia certa secuti,  
In me iterum Regem stimularunt fæderis atti  
Oblitum, atq; grauis quo subfuit ante pericli.  
Aduolat ergo iterum sperans prudentibus illis  
Hostem posse suum uel nunc comprehendere tuto.  
Ab nimis imprudens? qui contra immobile fatum  
Confiliuimq; Dei circumspicientis ab alto  
Non modo facta hominum sed Abyssi condita corda,  
Me successorem, populo diuinitus unctum,  
Selectumq; Duce, se perdere posse putarit,

Abneris

Dauidiados Lib. III. 49

Abneris auspicio, numeroſo & milite fretus,  
Inſidiis tectis ac proditione malorum,  
Debuerat tamen & meminiffe potenter Abramum  
Hoste manu parua multo exemisse nepotem.  
Ac ductore Deo struiffe ingentia caſtra,  
Exuuias Regum & viuricia ſigna tuliffe.  
Nonne duo fratres ſychimorum Rege perempto  
Raſtarunt urbem latam, & ſpolia amplatulerunt?  
Nonne duo fratres Symeon & ductor Iudas?  
Militibus paucis Chananaeos, atq; gigantum  
Horrendam gentem struere ad prelia natam?  
Nonne Pheræcos atrocia peſtora bello  
Sedibus euulfere ſuis caſo ante tyranno?  
Quod Deus autor eis pugna, & protector adeffet.  
Ut ſua compleret promissa fidelis in omnes  
Debitor, eius enim nulli confringere fata  
Fas fuit, impune aut peruertere iuſſa licebit.  
Hac minime aduertens inimicus noſter iniquo  
Per durans animo, prudentibus inde zipheis,  
Millibus hinc ſiſus multis cum principe forti  
Venerat: & montis cum caſtra locaſſet in imo  
Vesperis occaſu, ſera ſub nocte ſilebat,  
Mane putans totum ſubcingere milite collem:  
Inſidiias tacita nobis & mente parabat.  
Aſt ego premonitus redeunte ex vellite fido,  
Veste ſub ignota comitantibus atq; duobus  
Eſociis, facinus cunctis memorabile ſeclis

G

Bartholomaei Bottæ.

Nec temere aggredior (superum pater ipse monebat  
Interius spirante leui diuinitus aura)  
Nocte intempesta sopitum inuisere Regem.  
Atq; iterum monstrare fidem, qua prosequor illum.  
Territus ut saltem rursus discrimine vitae  
Vim fati agnoscat, mentem virtutis et alta.  
Definat ac tandem in celo præuertere fixa  
Scita Dei imprudens vano molimine nixus.  
Tres igitur iuncti per amicæ lumina luncæ  
Callibus attritis pecudum custodibus ipsis,  
Venatu assiduo et nobis per deuia sylua.  
Externis iam nota viris, contendimus vna:  
Gressibus hinc tacitis properamus ad aquora campi  
Omnia tutæ silent, tentoria sola videmus  
Tegmine populeo pendere sub arbore fixa.  
Tempus erat medium quo nox tendebat ad axem.  
Lunaq; descendens properabat in æquore mergi:  
Humida quo shadent labentia sydera somnos,  
Præcipue fessis operum mortalibus agris,  
Atq; labore via, cunctos sopor altus habebat.  
Oppressos igitur, stratosq; iacere sub armis  
Elettos vigilis ipsos prope castra videmus.  
Audentes ergo ingredimur: penetramus et vsq;  
Vexillo signata leui ad pretoria Regis.  
Hic currus, hic arma iacent, turbataq; vestis.  
Supposito capiti pedes hic vmbone recumbit.  
In viridante thoro requiem capit alter, in herbis

Frondibus

Dauidiados Lib. III.

50

Frondibus aut cæsis alius: dant stragula mollem  
Pluribus alta thororum duram nihilominus ipsa  
Alma parens requiem substratis ossibus infert:  
Illi præcipue quos alea lusit inanes:  
Exxit indociles vel quos male sana voluptas.  
Tendebant equites hinc inde tapetibus altis  
Exanimis similes perflabant ore soporem.  
Nec minus ipse ferox equitum peditumq; magister  
Proximus a dextra qui parte tetenderat Abner.  
Regius ut custos esset: leuaq; Doechus  
Nequitia inflator substratis ambo iacebant  
Mollibus: atq; graui somno compressa tenebant  
Lumina cum famulis uacua inter pocula stratis.  
Stant haste in terra fixæ, seuq; bipennæ,  
Præduram segetem tellus habet horrida pila.  
Intus erant enses, arcus, græuidæq; pharetra.  
Omnia quæ bullis pendentia plurimus auréis  
Baltheus expansas ueli religabat ad oras.  
Progredimur taciti, et suspensis auribus omnes  
Captantes auras buc illuc lumina passim  
Festimus: et Regem ecce iacere uidemus in ostro  
Sepositis grauibus compressaq; lumina curise  
Cernimus admisso tandem indulisse sopori.  
Tunc ait Abbais, qui mecum uenerat intra  
Castra, foris quasi pro vigili remanente Gethæo,  
Tu uiden, ut manibus nostris concluserit hostem  
Omnipotens Deus: hac igitur que prominet hasta

G 2

Bartholomæi Bottæ.

Per latera effodiam semel: haud iterare necesse.  
 Protinus aprensa quam iam defixerat hasta  
 Continui iuuenem, & summissa uoce repressi.  
 Absit ut in Christum sceleratam extendere dextram  
 Impius ipse feram, soceroq; patriq; nocere.  
 Perdere sit potuisse satis iuuet ista potestas.  
 Non erit id faxo: perterritus atq; recedet.  
 Quin hastam retinens, capiti quem cernis adesse  
 Sume sacrum calicem, lymphas haurire salubres  
 Vnde solet, tanti certissima signa pericli.  
 Atq; recedentes nihil amplius inde feramus.  
 His igitur sumptis, argentea pocula centum,  
 Crateres auro solidos, ostroq; decoram  
 Linquentes ultro uestem, pictasq; pharetras:  
 Et sciticos arcus, cortynia tela sagittas,  
 Cumq; ocreis leuibus clipeos septemplicis orbis,  
 Armaq; preterea uisu pulcherrima multa,  
 Protinus egreditur. tacitis & passibus extra  
 Omnia suspensi tentoria uadimus ambo,  
 Inuisi omnino, nec ab ullis auribus hausti.  
 Nec leuis auditus strepitus (mirabile dictu.)  
 Iam grauis irruerat super omnes lapsus ab alto  
 Letargo similis sopor: atq; immerserat artus.  
 Assumpto uigili socio transiunimus annem  
 Exiguum, campos media qui ualle secabat.  
 Oppositum hinc collem concendimus. unde uocantes  
 Fas erat audiri: quia cerni lumine nullo

E castris

Dauidiados Lib. III.

51

E castris longe positis poteramus ab illis.  
 Nam neq; tum stelle uolitabitibus aere denso  
 Nubibus obscuris sicut paulo ante micabant.  
 Cornuaq; occiduis argentea merserat undis  
 Luna prius fulgens dum uenissimus amica,  
 Sed nec amica minus nobis abeuntibus altos  
 Considerat radios, nostris accommoda furtis.  
 Nil metuens igitur celsi de vertice collis  
 In tuco positus Ductorem voce vocauit  
 Militia primum, quem sic affarier ausus  
 Fare age Dux prudens, positis & fortis in armis  
 Eximie o princeps non respondebis ab alto  
 Somno experrectus? nunquamne moueberis Abner?  
 Quisquis es in sylva qui vocem ad sydera tollis?  
 Nocte intempesta, lucem piget vsq; morari?  
 Scilicet (Abner ait) tua maxima cura quietum  
 Sollicitat Regem; nec te pudet improbe quiduis?  
 Egregiam verâ curam (cum subsequor ipse)  
 Sollicitum & studium vestro exhibuisti ad horam  
 Presentem Regis; incubentia munia vobis  
 Scilicet impletis vigiles? ingressus ad ipsum  
 Perdendum nulli vobis custodibus hosti  
 Nunc patui? sed ubi disquirire Regia cantu  
 sint vexilli si iam nunc insignia pilii?  
 Quod fuit ante fores, mostrans prætoria, fixum?  
 Et sacer ille calix argenteus, vnde salubres  
 Rex aurire solet sera sub nocte liquores?

G 3 Qui

Bartholomæi Bottæ

Qui capiti ipsius puluillo pendulus hastis.  
Quam bene seruasti Domini prætoria vestri  
Digni morte viri? sopitus perdere regem  
Nonne soporatis vobis custodibus ipsum  
Tum manus hostilis potuit, cum sumeret istas  
Territus extemplo notis Rex vocibus istis  
Corripit e stratis corpus, calicemq; requirit.  
Turbatiq; Duces pariter prætoria signa.  
Vox tua (Rex inquit) Danides vox tua fili  
Cognita nempe mihi est: quem perdere posse putauit  
Insidiasq; tibi meditantes venimus ultra  
Obiectare caput tantis immite, periclis  
Crimine flagranti inuento quis reddidit hosti  
Talia? tu mittis latum crudele paranti  
Retribuis vitam mibi, cum disperdere posses.  
Crimen erat nostrum, tu sancte reuertere fili.  
Per superum Regem qui cuncta tuctur vbiq;  
Iuro ego quem viuum seruasti: me quoq; viuum  
Pro meritis tantis habiturum semper amicum.  
Me Deus aspiciat index pius omnibus idem  
Subiunxi, & sapiens operum liberator vtriq;  
Pro virtute fideq; sua condigna parauit  
Premia, que nobis reddit miseratus ab alto.  
Non sit enim inspecto qui te mihi tradidit ipsum:  
Me potuisse neci te dedere iamq; secundo:  
Nec voluisse, sed ut caro induluisse parenti.  
Iam puer adueniat, pilum, calicemq; reportet.

Hæc

Daudiadios. Liber III. 52

Hæc vbi dicta dedi, socios in monte reniso.  
Vnde recedentes lati longo ordine turmas  
Cum primum terris oriens aurora fugasset  
Humentes noctis tenebras, prospexitus ire.  
Id cernens socios pietatis munere fungi  
Hortabar; duro que nos seruasset ab hoste.  
Nec permisisset ciuili sanguine nostras  
Conmaculare manus, famamq; leuaret olymbo.  
Ne tamen infidus volucraq; similimus auræ  
Saul iterum, atq; iterum liuore coactus edaci,  
Sine susurronis stimulatus ab ore Doechi,  
Nos insectando sibi duceret utile rursus:  
Vndeque horrebam, vngerer decernere ferro,  
Neque infestus adhuc nostris fortasse propinquis  
Propter nos fieret, premeret simul atq; tribules  
Tutius esse rati malefidos linquere fines  
Hebreæ gentis, diuersæ & credere terra.  
Exiliumq; pati: donec miserator ab alto  
Prospiceret nobis Deus: ac reuocaret abaltos.  
Ergo palestini confinia Regis adimus.  
Ex libris parvam oramus sicelebida sedem  
Exoratus Achis satrapas concepsit habendam:  
Seruitio ut nostro bellorum tempore posset  
Cum reliquis vti, quos secum dines alebat.  
Sexcenti ergo viri mecum possedimus urbem.  
Aggere quam circum & fossis muniuimus altis.  
Sæpius vnde foras egressos ducere prædam

G 4

Bartholomæi Bottæ.

Ingentem lœtatus Achis sibi parte retenta  
 Quod raptam ex agris Iudeæ vergentis ad austrum,  
 Aut ex cœnæs, vel Hiemremielle putaret.  
 Quam tamen a longè positis hostilibus aruis  
 Gessurium armati tuleramus, reliquiisq;  
 Ammalechitarum, populatis vrbibus olim  
 Omnibus ipsorum, suprema ex arce tonantis  
 Imperio: quoniam egredientibus aequore rubro  
 Struta acie patribus se se opposuere rapaces:  
 Improba que innocuos gens ausa laceffere bello,  
 Non regno indecores fuimus: qui sâpe coactis  
 Exulibus mos esse solet, quos vndiq; possunt  
 Conuectare iuuat prædas, & vinere rapto,  
 Omnibus infensois, patriæ nec parcere caræ.  
 Nos procul a patria, longeq; a finibus hoste  
 Perpetuo fuimus contenti ducere predas.  
 Hospitibus nostris parcentes tempore toto  
 Quo iuncti hospitio sicelechide viximus vna.  
 Quin potius tam lata colentibus arua Gethæs  
 Præsidio fuimus, procul hostibus inde retentis,  
 Dum licuit nos esse domi: sed feruidæ bello  
 Agmina iusserrunt satraparum pectora postquam  
 Aduersus Sanlem Hebraeosq; in castra coire.  
 Nos quoq; ductor Achis prudens, bellator & acer  
 Officio sibi denuntios, ac iure coactos  
 Hospicij secum penitus deduxerat omnes,  
 Nil metuens vrbis vigilem neq; liquerat vnum

Ex

Dauidiados Lib. III.

53

Ex nostris. sed signa sequi præceperat alta.  
 Ecce repento desertæ casus ab hoste  
 ( Horresco referens ) nostra superaccidit vrbis.  
 Nam quæ pallantes per de uia compita turma  
 Per nemora & saltus aliâs errare solebant  
 Ammalechitarum succisis vrbibus olim  
 A nostræ gentis populo vñtricia Saulis  
 Dum floreret adhuc regno vexilla secuto.  
 Dum polleret adhuc sensu & iuvenilebus armis,  
 Nescia quo ductu prædonum more coacti  
 Improvisi vrbem inuadunt data tempora nati  
 Protinus & capiunt omni custode vacantem.  
 Diripiuntq; domos, captiuaq; corpora matrum  
 Imbellem & plebem pueros pariterq; puellas  
 Me miserum infantesq; simul nec ab vberi raptos  
 Pendentes sed adhuc gremio nutrice papilla  
 Cumq; suis parui mixtim abducuntur alumni,  
 Omnibus eductis flammis ad culmina iastant,  
 Suppositis tædis ipsa & tabulata domorum,  
 Succendunt saui, foribus fomenta sub ipsis  
 Arida lignorum struibus quacumq; repertis  
 Accumulant: vacuas implent & fassibus ades  
 Accensas passim stipulas & stramina sicca  
 Supponunt: tristis augent & follibus auras.  
 Ascendunt subita populantur & omnia flammæ,  
 Erumpunt speculis velut, e fornacibus ignes:  
 Qualis erat species quondam regionis adustæ

Tentapolim

Bartholomaei Bottæ.

Pentapolim exussum miseram cum calitus ignis :  
 Talis erat facies nostra siccilechidos urbis .  
 Mae nibus atq; solo exceptis restisq; domorum  
 Parietibus , noster quos esse nequinerat ignis .  
 Coilibus siquidem muri cum turribus altis  
 Erecti stabant : quanius structura ruinam  
 Sola videretur , mox & casura minari .  
 Prædones igitur suuccsa protinus urbe  
 Dispersi per agros popularicr omnia passim  
 Cum tauris duro vertentes vomere glebas  
 Et stabulis armenta trahunt , & pascua nudant  
 Cuncta debine abigunt alacres ad propria versi  
 At nos interea cum Rege diaochide casus  
 Tam granis ignari collecta per oppida quinque  
 Castra subilamus . struttas vli iamq; phalanges  
 Ordine censemant satrapa : dictisq; morantem  
 Incunelanter Achim subigunt : tum milite riso  
 Atq; recensito , quem noster Dullor agebat .  
 Me , simul ac mecum sexcentos gentis Hebreæ  
 Ut videre habitu facili & nouere loquelle .  
 Irati in Regem nostrum contendere visi .  
 Quid sibi depositum aduersæ gentis Hebreæ ?  
 Admixti nobis hostilia peccora semper &  
 Numquid in Hebreos nō hæc modo castra mouemus ?  
 Dauiden respondit Achis non nostis Iudeæ  
 A facie Saulis fugientem tempore multo &  
 Quem mihi cognoui per tempora longa fidelem

Cum

Dauidiados Lib. III.

54

Cum legione sua : nec nostris habetens horis  
 Terpetrasse mali quicquam : potiusq; fuisse  
 Pro muro cunctis pastoribus : atq; Gethæ  
 Finibus in regni decus , & tutamen in armis .  
 Habetens exiterit fidus tibi callidus ( aiunt  
 Succensi satrapæ ) nec quicquam offenderit , esto ?  
 Quo meliore modo poterit placare relictum .  
 Ille suum Dominum quam multo sanguine nostro ?  
 Nonne hic Dauides Rex terra calitus ( aiunt )  
 Iam decantatus ? cui clara voce frequentes  
 Atq; choroiuncta per compita multa puellæ  
 Concinnere diu . Dauides millia dcna  
 Sustulit illtuno : Saul tantum mille cecidit ?  
 Confestim hinc abeant facito : redcantq; tuendis  
 Finibus intenti , donec configitur armis .  
 Tempore congressus hostes ne forte feroce  
 Dorso incumbentes exercitus omnis adortus  
 Experiatur eos : ac territus alterutrimq;  
 Diffugiat casus : palmamq; relinquat adeptam .  
 Deniq; & irrisi sero sapere incipiamus .  
 Discendant igitur procul hinc & castra relinquant .  
 Militia missi sic Rege iubente redimus  
 Concessam bidui spacio siccilechida nobis .  
 Me miserum quoties recolo suspiria ab imo  
 Peccore mesta traho , lacrimisq; cadentibus ore  
 Impedior fari singuli voce perempta .  
 Cernimus ex usq; cunctis ex partibus urbem  
 Undiq;

Bartholomaei Bottæ.

Vndiq; nigrantem tetra caligine fumum  
Inuoluentem omnes nebularum more ruinas,  
Afficimus circumferri volitante fauilla,  
Atris dēinde globis passim concendere in altum.  
Scintillæ exiliunt tractim ructantur & ignes.  
Ingredimur portis feruentibus ore soluto.  
In cinerem postes ierant a cardine vulsa.  
Heu vacuas omnes nostras inuenimus aedes  
Pendentes muros, prolapſaq; tecta videmus.  
Carbones tractim cadere a laquearibus altis.  
Tigna trabes, tabula, tectorum & fragmina mixta  
Cuncta q; rasa domus incendia dira vorarant.  
Nec superextabat quicquam nisi torris obustus,  
Sed leuis hac poterat nobis iactura videri.  
Namq; nouas veluti noua fabrica surgit in aedes:  
Durata sic possunt reparari, dante ruina  
Materiæ partem, partem offert proxima sylua.  
Vxores autem, natorum & pignora cara  
Cum gregibus multoq; labore coacta supellex  
( Omnia que rapidi prædones impete in uno  
Abstulerant nobis ) quonam molimine grandi  
Fas erit instaurari iterum & irreparabile dannum.  
Ergo diem totum lachrymando absumpsimus omnes.  
Omnes huc illuc plangentes pectora pugnis  
Vestibus & laceris, ac turpi puluere sparsi  
Discurrebamus velut insani: inq; ruinis  
Semusfi rimabamur, si forte sepultam

Vxorem

Dauidiados Lib.III.

55

Vxorem, aut puerum quisquam reperire valeret.  
Aut sub fragminibus siquæ præciosa laterent  
Obruta: Sed postquam a sociis lustrata fuere  
Omnia nec quicquam: riui & sudoris inanes  
Efluxere viris: tanto correpta dolore  
Pectora cunctorum sunt: raptis deniq; saxis  
In furias versi ut meme paulominus unum  
Obruerint: Regis si non reuerentia quedam  
Et præsentis ubiq; Dei vis maior eorum  
Pressisset dextras, excussaq; saxa tulisset.  
Incusabar enim vel solus causa malorum  
Tantorum: nullo penitus custode relicto.  
At postquam lachrymæ siccato fonte perenni  
Defecere viris: pertransiit atq; remisso  
Ille dolore furor grauis, opportunaq; visa  
Ut tandem recipi nostra exhortatio posset.  
Incipio super his. lachrymæ voluntur inanes.  
Plangimus in cassum marentia pectora, frustra  
Ducuntur gemitus, suspiriq; alta trahuntur.  
Non est hoc tempus muliebri more terendum.  
Nunc opus est celeri facto: nunc viribus illis  
Utendum est, quibus in maioribus ante periclis.  
Veste sacra induere. Abbiathar tu sancte sacerdos,  
Consule voce Deum, qui rerum torquet habemas.  
Annuat an nobis plectendos morte latrones,  
Si volucri cursu totis & viribus illos  
Insequimur, tantos miseratus ab arce dolores?

Ilicet

Bartholomæi Bottæ.

Ilicet, este uiri supera recreatus ab aura  
 Respondit uates: rapido uestigia tractu  
 O Rex insequere, & diuino hostilia duſtu  
 Agmina comprehendes dubio procol: Ocia namq;  
 Impauidi secura trahunt, ducuntq; choraas.  
 Excutes omnem prædam, incautosq; necabis.  
 Arma uiri (tum subsequor ipſe) sequamur & hostes  
 Corripite arma citi socii, mora segnis abesto  
 Nec plura his, omnes leuibus succingimur armis  
 Parsq; breues clipeos & leuia scuta sinistris  
 Insertant: alii pharetras arcusq; sonantes,  
 Pro iaculis rapiunt hostilia cornea plures.  
 Pila quibus uires & forti in corpore robur.  
 Armati insequimur rapido uestigia cursu  
 Noctes atq; dies, donec torrentis ad undas  
 Befforis imbre graues subito peruenimus: illuc  
 Aethiopem quendam morboq; fameq; iacentem  
 Suprema & macie confitum cernimus: illum  
 Exhalantem animam uitæ reuocamus ad auræ.  
 Hortamur fari qui sit & quoque agmine fessus  
 Subſtiterit & quanæ vrbe & quo putet esse profectu?  
 Ille rbi nos vidit reparatis viribus hostes:  
 Conticuit primo: posita formidine demum  
 Sic fari est orſus: vita pro munere magno  
 Quam mihi donastiſ iuuenes, ſi premia vobis  
 Haud ingrata feram viuus ſi digna rependam.  
 Me veteri domino minime tradetis iniqui

Officio

Dauidiados Lib. III.

56

Officie facti: quem nullis ante benigni  
 Seruastiſ meritis: potius seruabitis equi.  
 Vester enim factus tencor non amplius illi.  
 Qui me defessum hac ripa crudelis & agrum  
 Piscibus exposuit coruisq; ferisq; vorandum.  
 Me genere aethiopem ſcitote, ſed aspera quæ vos  
 Nunc eadem fortuna viros aduersa fatigat.  
 Meq; fatigauit puerum carosq; parentes.  
 Captiuos etenim septemplicis hostia Nili  
 Nos tenuere diu: ſed me rapuere deinde  
 Ellyphada profugi, propriis qui ſedibus acti  
 Nunc huic nunc illuc omni regione vagantur.  
 Oppida quæ poſſunt ferro populantur & igni.  
 Eidentesq; fuga celeri præuertere prædam  
 Noctes atq; dies alias gradintur ad oras.  
 Ut modo fecerunt: Sicelechida namq; Gethiſ  
 Finibus extremam nullo custode retenti  
 Diripiuerent: debinc flammis atrocibus omnes  
 Exuſſere domos, & corpora capta tulere.  
 Oppida vastarunt iidem regionis Indæ  
 Non modica: atq; ſuis ſpoliarunt arua colonis.  
 Nunc pretergressi rapidum quem cernitis annem  
 In tuto positi latis epulantur in agris.  
 Ac genio indulgent celebrantes orgia baccho.  
 Si mili quæ petii promittitis, atq; camello  
 Vos mites agrum, imbellem, fessumq; locatis  
 Mesraimum (namq; hoc tellus agiptia nomen

Chusano

Bartholomæi Bottæ.

*Chusano superimposuit patrio ) agmina vestra  
Securum ad populum lata inter pocula ducam.  
Dixerat ille , fidem damus : hortamurq; preire.  
Ipse manu inuaidum iumento sponte locauit.  
Noster eris dicens , omnem depone timorem.  
Spe viuax hylari factus moderatur habenas  
Præuius , & nota fertur regione viarum.  
Qui potueré citi mecum tranauimus amnem  
Præducis armati vestigia fida secutus.  
At reliqui rapidos metuentes verrere fluctus,  
Substiterant fessi nimis , bac statione retenta  
Hi reditum nostrum propè seruauere ducenti .  
Vnde leues socii secum sola arma ferentes  
Quadrupedem gressu , properis & passibus equant.  
Tempus erat radiis quo vesperus obuius altis  
Incipit apparere , fatigatumq; diurno  
Inuitat cursu solem requiescere in vndis .  
Expanso velut in gremio : soror ipsaq; fratri  
Seruatura vices candentia cornua monstrat.  
Cum procul in pratis coniuia ubiq; videmus  
Lata frequentari : tentoria rara sed ipso  
In viridante solo , ac tortis discumbere in herbis.  
Protinus alarum in morem loca cingimus illa .  
Atq; improviſi irruimus , stratosq; necamus .  
Ac veluti lustris catulos cum forte repertos  
Abstulerit pastor , stabulisq; incluserit atris .  
Inſita naturæ vis traxerit acris odoris*

Septa

Daudiados Lib. III.

57

*Septa licet procul hircanas ad ouilia tigres ,  
Ante fores quoscunq; greges armentanè lata  
Reppererint , perdunt , laniantq; vorantq; furentes.  
Expositos passim sic nos laniamus & hostes.  
Nonnulli ad mensam , vt pecudes maſtantur ad arā.  
Inter & appositæ epulas laticemq; liæum  
Plena mero cæduntur inertia corpora multo.  
Miscenturq; hominum carnes semesaq; frusta.  
Vinaq; funduntur simili cum sanguine mixta.  
Purpureas animas potuq; ciboq; grauatas  
Eruſtare putes effoſo gutture quosdam.  
Aſt alios videas mixto cum sanguine sumptas  
Euomere ore dapes : alios cum dentibus ipsas  
Eruſtare animas perfractis dentibus iclu.  
Temporibus ſciffis fumans vtrimeq; cerebrum  
Spargere nonnullos patulifq; in lancibus illud  
Excipier , mensasq; nouis onerarier eſcis.  
Ac veluti eſylua catuli ſi quando leonum  
Exiueret fame rabida ventrisq; coacti  
Collecta ex longo macie , ſomnoq; parentum  
Pascentes errare greges quacunq; tuentur:  
Impete mox factō rapidiq; feruntur in illos.  
Corpora dilacerant , maſtantq; vorantq; prehensit.  
Sic nos Ellyphadas in pascua forte repertos  
Enſe trucidamus , ferroq; voramus acuto .  
Parte alia molles ſimul instaurare choraeas  
Cernere erat iuuenes , & ſollicitare pueras.*

H

Timpana cum sistris & cimbalis pulsa sonare.  
 Hos etiam petimus, consortia nostra verentes  
 Corpora ab externis maculari amplexibus illis.  
 Irruimus densis & circunfundimur armis,  
 Ut vespertini si quando lupi inter opacas  
 Aspiciant nemorum frondes fortasse vel agnos  
 Ludentes ouibus, prope lasciuire vel hedos,  
 Trotinus erumpunt antris, raptosq; trucidant.  
 Tracipue cum longa dies feruoribus astus  
 Exacuitq; sitim, rabies & adegit edendi.  
 Exanimata metu iuuenum sternuntur vbiq;  
 Corpora: diffugiunt pauidæ hic illucq; puella.  
 Terribiles vultus ac tela minantia mortem  
 A solito pauidas terrent clamore: nec villas  
 Præ nimio compressa metu dant pectora voces.  
 His penitus casis tentoria rara subimus.  
 Nanq; licet tenebris terras sparsisset opacis  
 Nox simul adueniens, & prælia cepta per agros  
 Iamq; diremisset: iuuenum tamen illa furorem  
 Zelantum pro lege thori, patriumq; dolorem  
 Pignoribus raptis minima compescuit: immo  
 Maiores stimulos acuit sub pectora tristi.  
 Preterea lumen prestabat euntibus ipsa  
 Luna fauens nobis. ignesq; ex hoste micantes.  
 Maioresq; dabat vires occasio nausta  
 Temporis instantis, fugerent ne parte relitta  
 Digestis epulis, & quo maduere Lia.

Abstrah-

Abstraherentq; manu prædam tum deniq; partam  
 Nempecamellorum & Dromedantium copia magna  
 His ade rat: nostras poterant quafallere curas,  
 Coniugibus nec adhuc vissis, natisuè receptis.  
 Ergo vbi tendebant partitis vadimus ultra  
 Agminibus: cuneis extentaq; vela subimus  
 Scenarum in morem: sopitaq; corpora laeto  
 Mille damus. vestes prædamq; relinquimus omnem.  
 Si qua tamen raptis audebant surgere telis  
 Agmina parua virum strepitu & clamore coacta  
 Protinus à nostris hinc inde ruentibus vna  
 Inuoluebantur facile & prope nuda cadebant.  
 Altera iamq; dies aderat, tenebrisq; fugatis  
 Sol oriens radiis primo surgebat Eoo.  
 Quæ latuere prius tandem patuere rapinae.  
 Valle sub occlusa parui torrentis ad vndam,  
 Ecce sub arboribus palmis post terga ligatis  
 Funibus, haud longè flebant a stipite matres  
 Captiuæ, pueri circum innuptaq; puella.  
 Errabant, duri dolor & solatia casus.  
 Ante retroq; vigil custodia plurima stabat,  
 Que positis telis, solo succinata flagello  
 Voce, minisq; vagos interdum & verbere torto  
 Cogebat, sparsosq; fuga renocabat ad amnem.  
 Hæc vbi nos vidi, socios cecidisse prehensoris  
 Nocte sub obscura, quod erat rata, protinus altos.  
 Quos habuere prope saltu ascendere camellos

Bartholomæi Bottæ.

*More suo celeri; fug a trans flumen euntes  
Consulere sibi captiuis pone reliftis.  
Gaudia quis ferathuius letitiamq; diei  
Aspera tum vultus feritas, immanis & ardor  
Ex oculis cessit. truculentaq; peccora demum  
Sæuitiam tantam posuere : nec esse sequendos  
Duximus vltierius fugientes eminus hostes.  
Quin propere auersa telorum cuspidæ tincta,  
Atq; cruentatis hostili cade per herbam  
Ensibus abiectis, vxores soluimus omnes  
Vnus quisq; suam, letisq; amplectimur vlnis.  
Exhortamur adhuc pauidas: siccamus & imbræ,  
Quis maduere sinus lacrymarum ex ore fluentes.  
Accurrere suis paruiq; parentibus ipsi ,  
Arma nec intrepidi aut vestes metuere cruentas  
Quin collo impliciti brevibus strinxere lacertis.  
Oscula per dulcem risum consueta petentes .  
Leti igitur gnatis , vxoribus , insuper omni  
Collecta ingenti præda , quam ex hostibus ipsis  
Vix tridui spacio syluis excussum atris.  
In quibus errantes dum prælia crebra per agros  
Conficeremus erant serui , iumenta , gregesq;  
Differsi . nec non abscondita multa supellex.  
Sic tantis alacres spoliis, rebusq; receptis ,  
Cum rediissimus torrentem ad Bossera: fessi  
Dudum vbi substiterant socii quasi castra tuentes.  
Eos ubi gratantes nobis occurrere quidam*

Perparci

Dauidiados Lib. III

59

*Perparci ingratiq; Deo videre: iubebant  
Pignoribus solis , vxoribus atq; receptis ,  
Contentos propriis debere recedere rebus.  
In partem præda nequaquam admittier illos.  
Ast ego compescens cupidorum murmura iniqua  
Amplexatus eos communia gaudia feci.  
In sortemq; parem pugnantes atq; relictos  
In castris statui praefixa lege vocando.  
Murmure compresso , ac pariita diuite præda ;  
Misimus inde viris & munera grata propinquiss.  
Qui nos officiis & amica mente secuti  
Habentus afflicti furciant , aduersaq; passi.  
Mœnia debinc vrbis reparare domosq; iubemus.  
Accingunt omnes operi , & mea iussa faceffunt.  
Itur in antiquam syluam, validisq; lacertis  
Robora cæduntur: cadit icta securibus ilex  
Plurima : voluuntur celsis de montibus orni.  
Populeæq; trabes celsa intabulata secantur.  
Decoquit hinc lateres: ac saxa fatiscere cogit  
Uno eodemq; igni mirabile visu in calcem  
Suppositis septem fornax accensa caminis .  
Ferunt opus . videas pueros , matresq; virosq;  
Cum seruis instare fabris ; oneriq; subire .  
Vere nouo veluti redeunte , per omnia prata  
Sollicitæ cernuntur apes volitare legendæ  
Quos carpan flores , condantq; aluearibus atris .  
Vi reparent ades , & cærea testa reponant.*

H 3

Bartholomæi Bortæ.

Quæ pecus ignavum fuci, viridesue lacerta,  
Supposito ferus agricola aut vastauerat igni.  
Dum labor is socios, eadem quoq; cura remordet  
Instaurare domos, exusta reponere tecta.  
Nuncius ecce grauis cunctorum perculit aures:  
Tuluere qui crinem consperso ac veste recisa  
Benniamidum e castris se fugisse cerebat  
Cum populo & gnatis Regem simul esse peremptum.  
Armillas dextra, capitisq; insigne decorum,  
Ac solitas pendere Ducas de pectora Bullas  
Indicium certe necis Ammalechita tenebat.  
Regis enim is fuerat famulus, Natusq; Doecho.  
Nec veritus Dominum ac Regem supereme morantem  
Quamvis accitus scelerato perdere ferro.  
Impius ac deimens qui me pro munere tali  
Allicere, ac veterum flamas sic deinde malorum  
Pestiferi patris restinguere posse putarit?  
Ast ego versutum ac redolentem crimina patris  
Artificis scelerum, dira quoq; cade cruentum,  
Condignas merita penas dare morte coegi.  
Si tamen hunc etiam vultis cognoscere casum  
Isacidum primi supremaq; funera Regis:  
Vestra, nec in duro socero mibi, vota morabor.  
Ex humili fuerat, (rerum rectore iubente)  
Nec maiore mea Saul conditione vocatus  
Imperium ad magnum: donec cervice tonantis  
Summissa hand renuit præcepta faceſſere magni.

Magnus.

Dauidiados Lib. III.

60

Magnus & ipſe fuit. præclaraque gesta per omnem  
Hunc tractum syræ diffudit: ad rfsq; fabulosos  
Nominiſ illius producta est inclyta fama.  
Principio regni Ammonitas roboſe miro  
Qui Iabessenos dira obſidione premebant  
Mænibus inclusos, ſumptis proſtrauit in armis:  
Inde paleſtinios ad bella ferocia natos  
Contudit aſſiduis conflictibus: atq; tenere  
Se ſe intra fines patrios aliquando coegit.  
Ammalechitarum populos ſuperavit & inde  
Immensam predam traduxit Rege ſubalto.  
Felix, heu nimium felix, ſi victor iniquam  
Vi iuſſum fuerat punitus dellefſet ab orbe  
Omnem illam gentem, nec quenquam viuere paſſus.  
Ampla nec illa animo ſpolia appetiiffet auaro.  
Vt Hiericuntinos, Haylamq; ab limite terræ  
Immensas & opes gladiis ac vindice flamma  
Abrasere patres obſtricti anathemate diro.  
Ille ſed exuuiſ postquam ditatus opimis  
Post habuit ſitiens aurum caeleſtia iuſſa,  
Atq; incufantem haud veritus deludere ratem,  
A Domino cæli & terra deluſus & ipſe eſt.  
Nec non poſt habitus, direq; relictus Erynni.  
Ergo paleſtinii nobis absentibus ultro  
Inſtructas acies ceyla erexere relicta,  
Et iuxta ſunam metati caſtra fuere.  
Saul autem occurrens tentoria fixerat alto

H 4

Bartholomæi Bottæ.

Gelboe: suppositos vnde & spectare valeret,  
Et si fata forent posset dominarier hosti.  
Agmina sed postquam cuncta aduersantia vidit  
Hinc equitum : peditumq; illinc astare phalanges.  
Territus est animo defetus viribus æui.  
Consuluit vates igitur quos læserat ante:  
Sed Deus infensus cunctorum obstruxerat ora.  
Somnia maestatis simul atq; bidentibus atra  
Velleribus nigris petuit de nocte volutus.  
Villa nec irati Manes responsa dederunt.  
Perditus heu magicas etiam conuersus ad artes  
Quas prius horruerat, regnoq; eraferat omni.  
Endora perrexit, castris in monte relictis.  
Atq; ibi ventr' il oquam rogitato demone vatem  
Oravit precibus multis: Samuelis ut umbram  
Arte sua & sacris tetro reuocaret ab orco.  
Nempe nefandorum genus hoc illustre Magorum  
Plurima posse putat, nubes inducere celo,  
Imbris ac subitis latos perfundere campos:  
Et iam maturas percellere grandine messes.  
Et mare pacatum subita vexare procella.  
Se putat ex imis animas educere posse  
Sedibus: eductas & cogere multa fateri.  
Quæ fuerint ventura: quis exitus atq; cruentis  
Inmineat bellis: moriturum quemq; trifauci  
Cerberus ore nigra Ductorem personet aula.  
Et quæ multa solet tenebrarum Rectio earum

Mentiri

Dauidiados Lib. III. 61

Mentiri: ac vacuis illudere mentibus arte,  
Quæ sibi diuinos extorqueat hostis honores.  
Ergo sub efficta Samuelis imagine venit  
Accitus fallax Hecatbeo carmine diro.  
Pallio & indutus, quo sanctus sacra sacerdos  
Rite peracturus quondam se amicire solebat.  
Oraqz composuit solita grauitate prophetæ.  
Terribiles tamen ille modos non exuit asper,  
Quis metui manuult hostili mente Tyrannus.  
Atq; ita congrudit rugientis more leonis.  
Quid me Rex (inquam) Saul ima sede quietum  
Turba sit: aut tacitis cur me diuellis ab umbris?  
Expauit vates audito nomine Saulis,  
Insellatorem quem nouerat ante Magorum.  
Et nimio concussa metu sacra penè reliquit.  
Horribili atq; sono Rex territus ipse, tremensq;  
Pronus adorauit quem vatem credidit esse.  
Fare age, subsequitur, quid tu me exposcis ab orco?  
Castra palestini (Saul inquit) milite multo  
Proxima fixerunt: iam iamq; in bella paratas  
Direxere acies: te cassus lumine tanto  
Heu quid agam ignoro: nec enim dignatus adesse  
Rex superum nobis solito de more vocatus,  
Reddita me miserum nec somnia nocte petita.  
Ad te igitur fugi celesti numine spretus.  
Tu mihi propiciens pater (oro) consule nato  
Alme tuo, vt quondam, & proprius res aspice nostras

Huius

Bartholomæi Bottæ.

Huius & euentum nobis ediffere belli.  
Sic aut, ast imis immugiit ille cauernis.  
Ab miser incassum claro desertus olympos  
Infernæ sedes exposcis: & inde salutem  
Vnde salus nulla est, frustra conaris habere.  
Tu, gnatiq; tui immatura cæde perempti  
Cras eritis mecum: vobisq; cadentibus ipsis  
Corruet hic populus; sicut quoq; maxima strages.  
Imperiumq; tuum transibit ad amula sceptri  
Pectora Davidis: tibi uaticinatus ut olim.  
His dictis abicns tenebris se condidit atris.  
Mortis & horrorem passido sub pectore liquit.  
Saul autem hoc haustò ferali carmine quassus  
Concidit exanguis, moribundaq; membra tetendit.  
Vix illum socii, securaq; reddita tandem  
Pythia sublatum ratus stratisq; repositum  
Attacu molli, dulcisq; aspergine lymphæ.  
Iam prope deserta renocant ad limina uitæ.  
Tum vitulo pingui fessum altilibusq; sacerdos  
Hoc solo laudanda Maga, inuitumq; coegit.  
Appositis dapibus reparare in corpore uires.  
Nocte debinc tota vadentes luce sub ipsa  
Exorti solis subeunt in castra: nec ulli  
E Ducibus verbum faciens animosus in armis.  
Saul acies strictas venientem erexit in hostem.  
Congressu primo Allophyli cessere reiekti.  
Debinc numero fisi vallarunt vndiq; nostros.

Clamores

Daudiados Lib. III.

62

Clamores simul horrendos ad celsa tulerunt  
Sydera, quo strepitu pulsusq; remugit acr.  
Proxima littoribus maria intonuere profunda.  
Totus & intremuit mons Gelbois: antraq; plura  
Mox eruperunt vasto telluris hyatu.  
Non tamen his tantis clamoribus atq; boattu.  
Aeris impulsu, motu telluris & acri  
Inclita progenies Saulis perterrita cessit.  
Magnanimi quin facta patris præclara tuentes  
Tres simul armati nixu maiore ruebant  
In medios hostes vibrando hinc inde lacertis  
Fulmineos enses cedebant vndiq; multos.  
Præcipua Ionathas, quo non felicior alter  
Veloci iaculo, aut volucri certare sagitta.  
Eminus aut hasta, vel cominus ense per hostes  
Confertos tentare viam pro viribus ausus.  
Et nisi Rex superum magni dominator & orbis  
Imperi Saulis metas si visset in illo  
Conflictu, prorsusq; in me transferre parasset,  
Bellando potuere viri conquerere palmarum.  
Sed nihil inuito, iuuenum nil profuit ausus  
Omnipotente Deo, rerum qui torquet habendas.  
Nam satrapæ iuncti cuneo fortasse sub uno  
Cernentes stragem iuuenum quam feruor agebat.  
Arcubus apprensis incautos evinximus astu  
Quod prope non poterant mediatis arte sagittis  
Confecere omnes, ipsum & strinxere parentem.

Bartholomæi Bottæ.

Tres ut erant fratres animis & sanguine iuncti  
Pro patria fortis simul occubuere perempti.  
Guttur transfixus Ionathas dum brachia in alium  
Tolloret oppositum Ducentorem ut funderet ense.  
Per latera Amminadas & Melchis arundine fixi,  
Preualidis duros quaterent dum viribus hostes.  
Quos pater ut vidit grauiter traiectus & ipse  
Ante suos cecidisse pedes tria pignora cara.  
Auersasq; acies iam vertere terga suorum  
Pectora quippe (Ducum tantorum absterrita casu  
Et manante sui Regis iam sanguine uiso).  
Exanimata metu fuerant : signisq; relictis  
Ordine turbato fugiebant agmina cuncta.  
Incertum rabie vultus, nimioùe dolore  
Traiecti femoris Saul armigero imperat ore  
Quem superesse sibi vidiit de millibus vnum  
Ut patro potius languentem protinus ipse  
Conficeret gladio : quam Rex Ludibria captus  
Hostibus exhibeat : quod dedecus esset in eum.  
Armiger hoc autem tamq; scelus horruit : vnde  
Efferus ipse manu nudato cernuus ensi  
Procubuit . verum multo iam robore cassus  
Non valuit pectus posito transfigere ferro.  
Semianimis tantum super illo pendulus hestæ.  
Armiger id cernens, trajecto pectora se se  
Fortior extemplo confecit, & ipse Doechus.  
Quem super accurrens mox filius impius iste est

Hoc

Dauidiados . Liber III. 63

Hoc immane nephas patre & scelerior ausus.  
Nam velut afferuit crudeli vulnera finem  
Imposuit vita Saulis . nec seruus herili  
Expauit maculare manus in sanguine diras.  
Non tamen euasit vel sic ludibria cæsus :  
Quæ uiuens adeo timuit, nam luce sequenti  
Allophyli viatores cunctis inde fugatis  
Dum spolia ampla petunt, nouere cadavera Regum:  
Quæ nudata procul cauda traxere ferorum  
Quadrupedum, celsam donec Bethsana venirent.  
Vnde cruenta truces capita a ceruice reuulsa  
Palmam ostentantes omnem misere per oram.  
Astharotis templo exuuias atq; arma sacrarunt  
Regia . perq; pedes deformia corpora fune  
Vincta pependerunt Bethsanæ mænibus altis.  
Quod tamen obprobrium (ut scitis) Galadiis oræ  
Electi iuueneres fortissima pectora vestri  
Non potuere pati . sed sumptis protinus armis  
Curribus ac iunctis pergentes nocte secuta,  
Atq; propinquantes excelsæ mænibus vrbis,  
Egregium facinus sunt & memorabile adorti.  
Luce palam, atq; ipso populo ritto ridente,  
Hostili e muro deponere corpora Regum  
Sunt ausi ; curruq; leues auferre volanti.  
Officij ac memores septem luxere diebus,  
Debita seruantes ieiunia more vetusto,  
Funerea grandi pompa prims illata multis

Corpora

Bartholomæi Bottæ.

*Corpora pigmentis, & odoribus austæ Sabæis  
Exussere pyra : quam publica functio labis  
Vicina ex Arabum sylua præstruxerat altam  
In nemore vmbroso : quem Gezea dicitis illuc  
In Mausolæ sunt condita marmoris atri .  
Nec minus exequias alijs ego moestus in oris  
Cum populo celebrare meo sum visus : eosdem  
Duximus & luctus : eadem ac ieiunia tristes .  
Multæ super Saule & Ionatha, populoq; perempto  
Carmine Lugubri questi sumus, exhortantes  
Iudaos bumeris pharetras suspendere, & arcus  
Tendere : & hamatis in bello assuescere telis .  
Benniamida Saulis gemini de stirpe creati  
Hic durus finis vitæ fuit : aspera fastu  
Fata tulit . superum contempto Rege sacratis  
Flaminibus cœsis, iniusta, vrbisq; ruina  
Innocuae : immeriti atq; mei liuore nefando,  
Cum stirpe occisus, ludibria passus ab hoste,  
Atq; peregrina truncus iacet ystus in vrna,  
Illud hebraeorum regno caput ante superbum  
Aulsum truncō hostilis circuntulit hasta,  
Alitibusq; feris in amatum præbuit escam.  
Ast ego defuncti exequijs iam rite peractis ,  
Funereo luctu surgens, & si aspera Regis  
Fata perborrebam, tamen acri liber ab hoste  
Consului vatem : nūquid Deus aethere ab alto  
Exilio finem nostro imposuisset, & vllum*

Regressum

Daudiados Lib. III.

34

*Regressum in patriam sessis daret . Isq; repente  
Flamine cœlesti plenus respondit : Hebronem  
Dat tibi Dauides celsum Deus : vrbis ea Regni  
Prima caput nostri : requies ea prima laborum.  
Dimissis ergo parua custodibus vrbis ,  
Et quos pertesum fuerat duri ante laboris,  
Tendimus Hebronem lati clamore secundo  
Sexcenti numero, quibus alta in pettore virtus  
Quosq; decennialis longa experientia casus  
Reddiderat gñaros rerum, belliq; potentes .  
Intrantem in patriam lati excepere Tribules :  
Meq; salutarunt ut Regem celitus unctum .  
Atq; Throno celso summa super arce locarunt.  
Arbitrio ac nostro rerum commissa potestas.  
Quæ primos septem ciuilia bella per annos  
Gesserimus nostris semper victricibus armis  
Benniam eos contra audaces, Saulisq; relictam  
Progeniem duram reliquo Israele fecutam.  
Vel quæ sublata prorsus debinc stirpe superbi  
Regis, in Allophylos, Arabes, Syriamq; per omnem  
Adiunctis tribubus reliquis confecimus : ipsi  
Vos omnes meminisse, atq; enarrare potestis .  
Si tamen hæc etiam nostris ediscere verbis  
Fortia facta iuuat : præsenti ostendite bello  
Pectore quos animos nostris sermonibus actis  
Hauseritis : quo pacto audita probataq; virtus  
Mentibus in vestris se se insinuauerit olim,*

Bartholomæi Bottæ.

Magnanimi iuuenes nunc primum ostendite facio.  
Namq; ego polliceor confecto deniq; bello  
Instanti : vobis victoribus inde secuta  
Post palma, celebraturum coniuia lata  
Regifico luxu multo & maiora remotis.  
Enarraturum mensis . debinc digna sequentur  
Præmia pro meritis omnes , nunc arma paranda.  
Nunc opus est factio sermoni imponere finem.  
Sic pater Erumnas, superatos atq; labores  
Ante datum sceptrum Dauides inclytus armis,  
Nec minus Eloquio clarus narrabat ab alto  
Intentis Ducibus solio, Regiq; Siphaci,  
Lobneoq; seni, debinc factio fine quieuit.

Dauidiados III. Libri finis,

65  
IO. AVGVSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In quartum Dauidiados argumentum.

Monosticon quarti Libri.

Auxilijs quarto complentur regia castra.

ARGUMENTVM.

INstructas acies castris , atq; agmina lustrat  
Isaides . meritisq; suos proponit honores.  
Milia multa virum regno mittuntur ab omni .  
Qui bellum excierent animis opibusq; parati .  
Nomina cognoscit procerum , cognoscit & vrbes  
Id narante sene , & numerum mirantur ouantem.  
Triginta Heroes collectis vndiq; turmis  
Exosi furiale malum , fastusq; superbos  
Crudelis nati , Danidis castra sequuntur .  
Adueniunt Gabaon , Gadareus , & Helcana , quiq;  
Enarrant patrias leges , qui nomina seruant  
Trifca pharæ . atq; omnes ad palmæ accendit honorè .

BARTHOLOMAEI  
BOTTAE.

Dauidiados. Liber IIII.

**S**Vrgens Hermonio roseis aurora quadrigis  
Ducebat præclara diem : qui lampade pura  
Lustrabat terras umbris ex orbe fugatis.  
Cum Rex intrantes Specatabat ab arce cohortes  
Auxilio leetas terra Galaditide ab omni.  
Namq; Duces primi ledissima peitora bello  
Colle etas raptim turmas sub mœnibus altis  
Ordine digestas cogebant : æraq; cunctis  
Ipsius ante oculos Regis pensare iubebant.  
Principibus vero gentis, primisq; cohortum  
Cum vexilliferis largiri ditia dona.  
Armaq; præterea partiri in vulgus inerme  
Loricas, Clipeos, arcus, grauidasq; pharetras.  
Pilaq; longa viris, hastas, durasq; bipennes.  
Primus Ioiades claro de sanguine lude  
Bannaias ortus dextra fortissimus Heros  
Armatas dicit sexdenas ære caternas,  
Annothiairi totidem quas oppida regni  
Misere Argobie quondam Bassanidis oræ  
Vnde Gigas Mosis clava sublatus Ogiges.  
Ac sexaginta deletæ funditus vrbes :

Quæ

Dauidiados Lib. IIII. 66

Quas Ammorei soboles tenuere Gigantum.  
Arua Manassidis concessa fuere colenda  
Ante datas tribubus sortes, quia pinguis cultus  
Ac pecori illorum fuerant aptissima pastu.  
Agmina conspicuus sumptis præcedit in armis  
Gentis Iairus princeps haud degener eius  
Nomen cui referens, acies qui prævius omnes  
Sub Duce Magnanimo Isacidum traduxit Iesu  
Ultra Iordanis plenissima ab imbre fluenta.  
Promissam in terram tum latè ac melle fluentem.  
In medio legionis erat Machir agmina cogens.  
Consilioq; potens extrema phadassur agebat.  
Robore sed præstans gnatus viridiq; iuuenta  
Gamaliel ardens imitari facta potentis  
Bannaias, docto que sepe parentis ab cre  
Audierat, comitatus cum vexilla ferebat.  
In quibus acta Ducis memoratu digna notarat.  
Insignita trium nam corpora cæsa leonum  
Niliacumq; virum, membris, ac mole Gigantem  
Cernere erat : virga iuuenis quem fortis & audax  
Armatum appetit, prop. ijs prostravit & armis.  
Proximus, hunc iuxta cognato sanguine phares  
Æmulus eiusdem virtutis, & artis ab alta  
Sexcentos pedites secum deduxerat Edra,  
At reliquos (numerus legionis vt integer esset)  
Semiruta Asterote ac Nebo vix traxerat Aphis.  
Monte sub hoc Nebo phogorea in valle latere

1 2

Bartholomæi Bottæ.

Fama fuit mosen, postquam de vertice phasga  
Contemplatus humum tribuendam sortibus equis,  
Isacidum populo, quia contradixerat ore.  
Ambiguo incertus saxi stagnantis ad undam.  
Nec minor Ellcanar patrueli sanguine Regi  
Proximus, atque, fide, Galadinam ambiuerat omnem  
Gazirecos fines, Aroerem, Arnonis & arua  
Pungua torrentis, quibus insedisse Iacobum  
Isacidam fama est: & ibi luctarier ausum  
Aduersus pugilem delapsum ex aethere summo:  
Atque Israelem mutato nomine dictum  
Inde ferunt. oculis hominum & in imagine tecti  
Viderit ora Dei, steterit luctator & acer.  
Traxerat hinc locis duo millia lecta virorum:  
Quos duo Gade sati, prudens sibar, atque Iocelles  
Ambo signiferi ducebant partibus equis.  
Additur his princeps veniens Esebone Michael  
Seonij quondam Regis, qui viribus impar  
Corpore & molis grandi sed robore fretus  
Ac numero ingentis populi stetit agmina contra  
Isacidum, prohibere uolens ne finibus arctis  
Ad promissa sibi transirent cœlitus arua.  
Verum mito gradi conflictu casus & ipse  
Omni cum populo maiori limite fines  
Imperio amissio terra superauxit eorum.  
Mille viros fortes montanis vrribus heros  
Traxerat ore potens, armis & sanguine clarus,

Quingen-

Dauidiados Lib. IIII.

67

Quingentos Esebone satus, natalibus omnes  
Nobilibus claros, armis habituq; decoros.  
Quingentos simul ex Maspha, Bethani, atque Ramotha  
Vallis erat Betharan iuxta, Bethnera, sochonq;,  
vnde Zias, Heber, & Sebeas, & Ioris, Iachan,  
Atque Michaeli Mosolas sanguine iunctus,  
Quingentos pedites, traxere, Equitesq; ducentos  
Lucentes in equis, iactantes casside cristas.  
Hastis armatos omnes, clava, atque securi.  
At Rubene sati duro gens aspera bello  
Ismaelitas soliti contendere contra  
Quique vagos nuper Gadarenos ansipice cœli  
Et terræ domino, quem suplice voce vocarant,  
Ipso in conflictu, casos stranere per arua.  
Tum quoque in auxilio Regis Sammas, Ararisq;  
Ductores patrii, vencere ad certa parci.  
Pralia: traxerunt & debita munera Regi.  
Ingentis prædæ partem: imprimisq; Bidentum  
Mille greges: & taurorum inga mille: Boumq;  
Millia viginti fætarum: armataq; mille  
Tam iumentorum, quæ quæpascuntur in altis  
Saltibus: ac syluae celsis in collibus errant.  
Quique ferunt dorso viginti millia pando  
Annonamq; simul, positis qua miles in armis  
Victitet, ut duro valeat superesse labori.  
Millia lecta virum numero bissenaria fuere  
Rubinatarum: longam latamq; phalangem

I 3

Bartholomæi Bottæ.

Cingebant equites bis mille, per ardua sara  
Et per inaccessas soliti transcurrere rupes.  
Quos ut conspicuis fulgentes vidit in armis  
Rex hilari demum vultu facieq; serena  
Spes animo letas, grauium finem atq; malorum  
Concipiens, canum super vnamquaq; cohortem  
Indigenam Bersellaum rogitabat, & unde  
Ascripti, & quaquisq; tribu exoriundus adesset.  
Nomina clara Ducum, vexilliferumq; volebat  
Cumq; suis Hecatontarchas audire tribunis.  
Belliger at senior qui dudum nouerat omnes,  
Cunctorum expertus vires, animosq; virorum,  
Ut qui præteritis fuerat supremus eorum  
In bellis Ductor: sed nunc tardante senecta  
Cesserat istud onus Sammæ, fratriq; ferendum.  
Non tamen exierant animo quæcunq; locorum  
Nomina; montanas vrbes & flumina norat,  
Oppida cum vicis, castellaq; fortia cuncta,  
Aequoreos campos, valles, viridantia prata,  
Ultra que fuerant Iordanis amena fluenta,  
In sortem data dimidia, tribibusq; dualibus  
Ter Mosen olim ductorem gentis auitæ.  
Ille (viden) geminæ surgunt cui casside crista  
Bersellaus (ait) Phallens est frater Enochii,  
Quem torrens Arnon rapidis inuoluerat vndis:  
Dum ripæ infestos nimis (heu) properaret ad hostes.  
Et quoniam frater fratrem (qua gratia rara est)

Vnanimem

Dauidiados Lib. IIII

68

Vnanimem phalleus viuentem pectore toto  
Militiæ atq; domi dilexerat: ecce duorum  
Vertice nunc etiam gerit hæc insignia solus.  
Hic medianam vallem ripa torrentis adusq;  
Dum venias Medabam, latè Camposq; patentes  
Possidet, ac sebaman, montemq; Balemona, Balmen.  
Cumq; Dibone, Golam, Cedimotha, Baalmona, Nabæ.  
Inde viros belli expertos tria millia dicit  
Scutatos omnes, geminis hastilibus omnes  
Instructos: procul ijs pertendant prælia prima  
Audaces: struntas iaculis turbare cohortes  
Nituntur, gladij: turbatos deinde trucidant.  
Ductores equitum, quiq; horum signa sequuntur.  
Sunt alij fratres, Esromas præpes, & acri  
Pectore Carmeius dextra, duo fulgura belli,  
Aspice concordes ut eunt (mirabile dictu)  
Nunc armis ijsdem, paribusq; insignibus ambo.  
Concordes & erunt dumtaxat tempore belli.  
Ast ubi tu victor tumidos prostraueris hostes,  
Militia missi (ut semper) de finibus arctis,  
Aut super exujiis hostilibus acriter ambo  
Inter se se animis exercebuntur amaris.  
Ipse modum inueniam mihi quo discordia concors  
Rex ait, hæc finem post pugnam prorsus habebit.  
Finibus amborum sciunctis, annue sequestro.  
Nam terra Esromas princeps remanebit anita:  
Ultra Iordanem Carmeius dominabitur vrbi,

I 4

Bartholomæi Bottæ.

*Quam dono accipiet parto post bella triumpho .  
Sed mihi tu dicas, quo pacto ex finibus arctis  
Tam multos equites catha fratoſ tempore paruo  
Collectos secum traxerunt ? namq; ducentos .  
Hinc atq; hinc video amboſum vexilla ſequentes .  
Inclita fama virum, bellis & fortia facta  
Frateritis (ſenior respondit) mutua pugna,  
Altaq; nobilitas generis trahit vndiq; multos .  
Et tua cauſa potens o Rex ; ciet vndiq; fortes .  
Sunt memores noſtri meritorum deinde tuorum,  
Seruitio erepti nam libertate fruuntur .  
Tu Syrios ſemel atq; iterum de finibus iſtis  
Ire coegisti : Tu Arabas dare terga fugaces  
Perpetuos hostes nobis : a fronte moleſtos .  
Primus Idumaeos domuſisti . deinde ſubaltos  
Iuſti imperio procerum parere tuorum .  
Non igitur mirum, populi ſi quosq; paratos ,  
Inuenire Duceſ, confeſtim ſponte ſecuti .  
Vt famularentur tibi Rex, armisq; inuarent.  
Nec ſola ſelca aut ſolo Cariathe relifta,  
Quæ duo cum paucis caſtellis oppida fraires  
Sub diſtione tenent patria, altercantur & inde .  
Quin plures Aroere ſita torrentis in ima  
Arnonis ripa : plures Eſebone, vel Edra :  
Erondoſa nec non venere Eleale vocati .  
Hinc atq; hinc aliq; deſertiſ saltibus agri  
Auditio clangore tubæ accurrere frequentes .*

At

Dauidiados Lib. III I.

69

*At qui ſunt illi quos frondea ſerta coronant ?  
Rex ait, atq; ſudes nodosiflīpitiſ armant ?  
Aspera quos miſit (ſenior respondit) Arymne  
Quæ ſyluis altas nocturna in lumina cedros  
Luce vehit : ſyluis occultaq; tela Dolones  
Abſcīſos ferro præfigit : & inde veruti  
Semper Arimenei pedites in caſtra vocantur .  
Etq; Ioel horum Ductor Rubenius heros :  
Leuigenas cui mille dedit Bosor ultima regni  
Plena ſacerdotum, ac mater communis Aſſyli  
Aſpice ſamiam duros qui Gaulide traxit  
Agricolas, nec non latiſ Bathaltidos a-nis .  
Fortibus hi tauris exercent pinguiā culta ,  
Oderunt merces : paſcuntur ab ubere glebae .  
Aspera gens bellī miſcent agrefibis arma  
Horrida pila domi curuſi ſiguntur aratriſ :  
Ancipites lateri pendent cum falcibus enſes  
Ab quoties duræ ſopio vomere terre  
Pila manu triftis ſtula rapuere relitta ,  
Finibus inq; iſpis de moſo limite certant .  
Sanguineq; effuso dirimunt ſine iudice litem .  
Nec minus adueniens ſpoliauit Agogus Abillans  
Milite dedueto, vacuauit & arua colonis .  
Conſta viuetis regio, baccisq; redundat .  
Collibus apricis fuluum trahit vua colorem .  
Vallibus irriguis nimio præ gramine prata  
Sapius admittunt multo cum fænore falces .*

Bartholomæi Bottæ.

Pascua leta boum, pecudumq; videntur ubiq;. .  
 Saltibus inq; feris armenta vagantur equorum,  
 Terra ferax olei, frugumq; & lactis Abilla.  
 Vnde fluunt riuī passim mellisq;, meriq;.  
 Vere nouo videas redolentia floribus arua,  
 In quibus admixti ciues pastoribus errant,  
 Inuisuntq; greges : paruis sua signa refidunt.  
 Parte alia iuuenes, alia quoq; partæ puellæ  
 In viridante thoro voces ad sydera tollunt,  
 Cantantes hymnos, antiquaq; carmina Mosis.  
 Exercentur equis alij, nitidaq; palestra.  
 Lis nulla inter eos, nisi quā fecere liquores  
 Vitales parcis, paulo immoderatius hausti.  
 Non tamen oderunt post mutua vulnera se se  
 Expergescentes a uino : sed sale plagas  
 Cum simul implerint, iterum conuinia curant  
 Mutua : quin etiam ridentes pocula sumunt.  
 Inq; vicem immemores rixa iam pace fruuntur,  
 Rex (mirabar) ait, lapsantes ordine quosdám,  
 Et titubata pedum vestigia figere cæno.  
 His reor expedient bidui ieiunia vino  
 Ne vexent alios, vñā vexentur & ipsi.  
 Qui verò Iuuenes qui Bersellæ sequuntur?  
 Tres simul, & triplices cristas in casside gestant?  
 Signaq; tres aquilas forti sublata lacerto  
 Sustentant : quantas præstendunt pectore vires &  
 Zacharias, Iehiel, Azas, tria fortia bello

Bersellaus

Dauidiados Lib. I I I I.

70

Bersellaus ait, sunt corpora roboris æqui.  
 Bellica quos virtus eadem coniunxit in vnum.  
 Præterito siquidem bello struere subactos  
 Tres Agarenorum Ductores : armiq; eorum  
 Exuuiasq; omnes puriter traxere peremptis,  
 Alcaq; signiferis dempsere fugacibus acres.  
 Hæc vexilla pares aquilas præfixa volantes.  
 Oppida sunt illis vicina, Bealmaon. AZe,  
 Gessaq; Zachariæ ; socioq; Ab. motha Baallis.  
 Nam Louis idolum gens Ammoræ Baallem  
 (Cuius erat cultu quondam delusa) vocabat.  
 Tempore quo patres quondam Duce Mose potiti  
 Sunt bello his oris, deletis gentibus inde,  
 Templa licet iussi cultumq;, arasq; Baallis  
 Perdiderint omnes flammis ultricibus, vrbes  
 Aequarintq; solo. lucis tamen intus amenis  
 Falce pepercérunt facili, quibus indita primum  
 Nomina velli quæ quedam mansere Baallis.  
 Quæ se se insinuasse recondita ad oppida dicunt.  
 Aspice tres alios cœu fratres agmine iuncto,  
 Tigridis vtq; feræ tollant insignia nota.  
 Hi duo desertis Cadibus venere duabus,  
 Ex Cademotbe alius nobis propiore relicta.  
 Namq; cades illas Micha possidet iste priores.  
 Fons vbi iudicij est nostris maioribus ortus:  
 Palmaq; virtutum promissa laboribus alta.  
 Sunt ibi bisseni mustoso margine fontes,

Bartholomæi Bottæ.

Vnde fluunt riui totidem, quibus optima tellus  
 Imbre velut madofæta nono (mirabilis dilatæ)  
 Sex alit in Gyrum duodenas vbera fructu  
 Palmarum plantas: vbi vasta fessus heremo  
 Isacidum populus dulci remoratus in umbra est.  
 Bernæas mediasq; cades regit iste Berra,  
 Quem medium cernis superantem vertice toto.  
 Prominet his cadibns rupes exesa sub alto  
 Vertice saxosi montis, quam legifer olim  
 Dux populi Moses virga percussit & inde  
 Dulcis aquæ riui manarunt fluminis instar:  
 Tempore qui multo populum quacunq; secuit  
 Varticibus varijs: castris fitientibus vndam  
 Sponte ministrarunt: gregibusq; salutria fessis,  
 Pocula nunc etiam saxo stagnare videntur.  
 Nec procul inde Duxum magna stant ossa sororis  
 Condita sarcophago docuit quæ psaltria matres  
 Concinere Hebreas sumpto noua carmina fistro.  
 Ex cademothe Balas hic Ductor tertius exit.  
 Misera vnde procul Saonis ad horrida regna  
 Legatos Moses. Liber confinibus eius.  
 Transitus ut fieret populo cananæ petenti  
 Ultra Iordanem fatis sibi debita regna.  
 Attamen ille ferox spolijs & traictus optimis  
 Nil sibi permetues raptis ruit obuius armis.  
 Cen lupus ore inhians exerto ad ouilia plena.  
 At cum principibus Madianis, Sure, Recene,

Cumq;

Daudiados Lib. IIII.

71

Cumq; vre Eueo, & Rebea du storibus alti  
 Nominis, in celsa occubuit percussus Iasa.  
 Nec consuliorem nequam cacodæmonis aræ  
 Ariolum Balaam iuuere: sed occidit ipse  
 Cum reliquis ducibus, populiq; exercitus ingens.  
 Vnde crux ferax facta est, & pinguis Iasa,  
 Arida quæ fuerat tellus inarabilis ante:  
 Inde iracundos etiam (si credere dignum est)  
 Pugnacesq; viros produxit Iasia tellus,  
 Sanguine gaudentes hostili: nulla nec ante  
 Tela manu gestare, humeris aptare vel arma  
 Ante volunt, casum lucta quæ cominus hostem  
 Perdiderint tusum aut pugnis, morsuè remansum.  
 Eminus aut iustum funda, celeriè sagitta.  
 Namq; arcu pueri accinguntur, & arbore celsa  
 Deicere appeniam succure parentibus escam,  
 Respicere quingentos illos iam feruere bili  
 Colla tumescentes, exertaq; brachia clausis  
 Ut tollant pugnis, ac spumas dentibus apri  
 More vomunt, pugnamq; manu vel uoce lacestant?  
 Et nisi Dux Rechias maturus Iasius auro  
 Molliat his animos, acres, & temperet iras,  
 Effera gens rapido turbassent castra tumultu.  
 Carcare contigua petre stagnantis Orebii  
 Sex bi Ductores equitum venere volando  
 Velitibus similes: quos agmina sena sequuntur  
 Quadrupedum plantis talaria fixa putares.

Bartholomæi Bottæ.

*Salmana, nam postquā Gedeon, fratresq; Zebeos  
Innumeris cinctos populis stratagemate miro  
Terruit, inq; vicem atritos deleuit. ad urbes  
Illorum vacuas, nostri accurrere parentes.  
Et quoniam armentis pernicibus illa redundat,  
Collibus intonsis regio vel saltibus agri,  
Tempora post quædam proles ex patribus illis  
Orta, laceffiri crebris incuribus oram  
Latronum impatiens: ne raptam abducere prædam  
Rupibus atq; cauis, densa vel condere sylua  
Hi valeant: in equis cincti fulgentibus armis  
Nocte dieq; sedent: vt sint ad bella parati.  
Dum lituo specula signum det miles ab alta  
Pro statione vigil, moncatq; instare periculum:  
Ante fores urbis campo excentur aperto:  
Inq; vicem tentant duri præludia belli.  
Ciulemq; cinct acres sine sanguine pugnam.  
Vallibus interdum hinc atq; hinc conduntur in imis,  
Ut medios perdant hostes sine more ruentes.  
Montibus at celsis Abari, venere vcl Hermo  
Rechia, Hieremias, domitorq; Odoœus equorum,  
Agmina qui claudunt summo & de vertice phasgæ  
Vnde ferunt olim molem instar montis aquarum  
Iordanis visam retro properantis ad. Arcæ  
Introitum sacræ, maiorum exercitus ingens  
Nostrorum, donec promissa intraret ad arua  
Nos quoq; terdenas equitum turmas: peditumq;  
Millia*

Dauidiados. Lib. IIII.

72

*Millia sena damus, quos proxima seruat labes,  
Ne tibi sint oneri: Dux horum filius extat  
Hic meus: & seræ mea pignora cara senectæ.  
Vix ea fatus erat senior, cum nuncius ecce  
Ingreditur ripa veniens Iordanis ab ima:  
Qui pedites, equitesq; nouos transire fluenta  
Diceret: incertumq; sibi, auxilione uenirent,  
Hostilinè animo properarent ad vada tanti  
Præripienda amnis, totis legionibus esset  
Transitus ut deinceps liber venientibus ampli  
Finibus a cunctis regni, quas cogit Amasas.  
Rex animo iubet esse bono, mittiq; timorem.  
Nam sibi promissam diuinitus afferit esse  
E celo palmarum, ripas custode tueri  
Fluminis incassum tam longi, tamq; retorti.  
Hostiles nec adhuc legiones esse coætas  
Scire procul dubio, properasse nec amnis ad alueum  
Si vada transferint quidam velocius astu,  
Auxilio venisse: ac subterfugisse Tyranni  
Imperium, potius quâ ut primi prælia tentens,  
Insidiasue animis versent hostilibus villas.  
Sic alias memorat venisse (Fyrannide seu)  
Dum premeretur adhuc socii) de finibus vltro  
Omnibus Isacidum præcinctos fortibus armis,  
Robore præclaros: quibus adiutoribus omnes  
Exilijs ærumnas tulerit: superarit & hostem.  
Dum loqueretur adhuc, portis bigarentibus intrans*

Bartholomæi Bottæ.

Triginta turmæ procerum : quibus aula patebat  
 Regia : dum folio Rex ipse federet in aurèo.  
 Militia princeps dudum præmissus Iobas  
 Oppida Iordani, qui proxima milite multo  
 Obuius implerat, socios agnouit, & omnes  
 Inserat admitti, Danidis ut ora viderent,  
 Exignum agmen erat, sed bello viuenda virtus.  
 Nullus eis certus Duotor : sed quisq; tribunus  
 Et Dux extiterat, bellandiq; arte peritus.  
 Benniamidae imprimis pugnatia corda feroceſ  
 Se ſe oſtentabant, palmas oculosq; leuantes.  
 Ex Gabea Saulis, ſummo qua uertice faxi  
 Condita ſæpe alias infra deflexerat vrbes.  
 Semmeadae fratres Geminæa stirpe creati  
 Primi transiabant Alizcer, & acer Iolas  
 Præcipites manibus, animisq; audacibus ambo.  
 Triginta ſocios cognati ſanguinis omnes  
 Idem animis, paribusq; armis, habituq; trahabant.  
 Sanguineis ibant oculis, ac pectore & ore.  
 Aſpectu ex ipſo Galbaotas dixeris eſſe.  
 Illorum proles haud inficianda parentum.  
 Qui de tra leuaq; manu librare potentes  
 Saxa vel e fundis, duro vel ſpicula cornu  
 In metam certam, ſecuiffent aere crinem.  
 Sed nimis in facinus proni, nam tempore quodam  
 Cum surrexifſent in eos populiq; tribusq;  
 Vtiores ſcelerum fratres, exercitus ingens.

Sunt

Dauidiados Lib. IIII.

73

Sunt auti illatum Gabaoꝝ ſumere bellum:  
 Ut contemptores hominum, ſuperumq; parentis.  
 Vrbe nec obſeffi, campo ſed prorsus aperto  
 Sunt auti conſerre manum, & decernere ferro  
 Millia (vix credas) vigintiquinque virorum  
 Benniamidae stirpis, reliquum genus omne Iacobæ  
 Sexdecies ſuperans, cauſaq; potentius aqua,  
 Aggreſſi ſemel atq; iterum feruentibus armis  
 In turpem uertere fugam: ſtrauere furentes  
 Millia viginti, primo, totidemq; ſecundo  
 Congressu, retro cedentes vſq; ſecuti.  
 Nec prius a tanta ceſſarunt cade ſuorum,  
 Quam ſuper adueniens pugnam nox atra diremit.  
 At ſcelerum vindex precibus lacrymisq; piorum  
 Pacatus tandem, tela impia vertit in ipſos.  
 Conflictu ſiquidem terro ceſſere pauentes,  
 Et prope deleti ſunt omnes vrbē reciſa:  
 Sexcenti tantum ſuperarunt alta petentes.  
 Pernici curſu Remmonis ſaxa iugoti:  
 Ne tamen omnino tribus hac exciſa iaceret.  
 Indultum eſt illis, & patria redditā tellus.  
 Inde ferox, durumq; genus nihilominus exſtat  
 Benniamidū ex Gabaa, ſitibundū & ſanguine ſemper.  
 Quatuor aſt alii, Iasiel: phalletus & ardens,  
 Ambo Aſinot̄hai. prudens cum fratre Barechias.  
 Sunt equidem magnis animis ac pectore forti,  
 Robore corporeo validi dextraq; potentes:

K

Bartholomæi Bottæ.

Moribus at mites, pulchra & granitate decori,  
Consilijs astuq; valent, cum tendere aportet.  
Hostibus infidias, dubia uel fallere techna.  
Ductor & hostilis norunt quam præparet escam  
Præcipiti turma: quæ tendat retia fallax.  
Spem præde o' iiens subitum simulando pauorem.  
Eloquioq; valent iuuenum pacare furores,  
Militis infestis, & rapidos sedare tumultus.  
Atq; insurgentis turbæ compescere fluctus.  
Nec mirum: a teneris hi sacra lego furunt  
Imbuti: votis & respondere parentum.  
Proxima nam Solymis mores de fontibus hauisit  
Leuigenum, ratumq; parens Anathota probatos.  
His natale solum fuit hæc Anathota parensq;  
Flaminibus tractanda dedit pro tempore sacra.  
Horrida pro patria, pro rege ad bella remisit.  
Sic Moses olim bellator, & ipse sacerdos,  
Pro populo quandoq; gemens orabat ad aram,  
Pocula rite sacri dum ferret plena crux.  
Nec minus ipse manu sumptis iuuenilibus armis  
Terribiles viu lato dedit ense Gigantes:  
Ense Ammoracos Reges pro tempore stravit:  
Ense Moabitas, Ammonitasq; feroce  
Sustulit: atq; suos diuina adiussa rebelles  
Israelitas gladio quandoq; feriri.  
Interdum & flammis exuri iussit acerbis.  
Obrucere & duris quosdam fasto impete saxis.

Eius

Daudiados Lib. IIII.

74

Eius & imperio viuos, Ab irona Barthang;  
Sorbuit infe. nus subito telluris hyatu.  
Talis erat Phinees superi zelator honoris  
In contemptorem zambrim pugione cruento.  
Talis erat Samuel impinguem armatus Agagum.  
N'l igitur mirum: missis pro tempore sacris  
Si successores maiorum exempla secuti  
Pro Rege, ac patria nec non pro legibus ipsis  
Pestiferum in natum sunt ausi tela mouere.  
Magnus amor Regis, pietasq; probata bonorum,  
Ex Gabaone viros solymis (que proxima) traxit.  
Sammalias quorum princeps fortissimus unus  
Inter triginta, superat quoq; robore cunctos.  
Terdeni Heroes Daudi namq; fucre  
Magnanimi, fortes, experti, grandia facta  
Qui variis omnes bellis gesseræ, nec vlo  
Dedecore aspersi famam super astratulcre.  
Sammalias horum primus maioribus ausis  
Enumerabatur celæ Gabaonis alumnus.  
Duxerat hic patria præclari nominis vrbe  
Haud sibi dissimiles socios: qui præmia summa  
Virtutis varias olim meruere coronas,  
Nec timuere modo vicini dira Tyranni  
Arma: quibus multos oppresserat ante viriles.  
Quominus antiqui Dauidica castra petentes  
Agglomerarentur lateri Ductoris: honores  
Auspice quo fuerant & publica munera adepti.

K 2

Bartholomæi Bottæ.

Ac libertatem diuino munere nati.  
Nam Gabaonæ gens olim asperrima bello  
Et genus antiquum Canæ, formidine quadam  
Insolita ducti, Nam ei robur Iesu  
Collatum e celo præclaræ lumine mentis  
Cum perspexissent : cui nulla resistere posset  
Vis humana viro nec celsa potentia regum.  
Proxima causa metus Hiericuntis visa ruina  
Mœnia strata solo muro septemplice fulta,  
Aggeribus totidem, & totidem circundata fossis.  
Tortento belli nullo permota: nec vlo  
Ariete concussa : aut cuneis effossa, tubarum  
Terribili at sonitu solo, populiq; boatu  
A fundamentis ruerant: dederantq; patentem  
Hostibus ingressum, celo terraq; fauente.  
Atq; creatori parentibus omnibus alto  
Fluitibus æquoreis, fluuiorum cursibus, alma  
Moribus & terræ, flammis, ac flatibus Euri.  
Ut promissa sibi gens sancta capeſſeret arua.  
Additus his etiam fuerat nouus vrbis Ayna  
Excidio terror ferro flammisq; vorata.  
Comparis ergo metu casus, ſimilisq; ruina,  
Ac vicinorum facti discrimin'e cauti,  
Consuluere ſibi Gabonite, atq; dolosi  
Quod ui nec precio poterant, precibusuē tenere:  
Arte extorſerunt mira: distantia missis  
Mœnia legatis pacem veniamq; petentes

Finixerunt

Dauidiados Lib. IIII.

75

Finixerunt: longe quoq; trita veste dederunt  
Signa viæ, multo pannos & puluere ſparſi.  
Arida quin etiam frugum prætendere dextra  
Crustula ſunt viſi, que mane recentia furno  
Cum procul ex poſita patria egredierentur auitæ  
Sumpſiffe ex clibano ſimulabant: oraq; anbello  
Vix poterant aperire ſono pallentia feffi:  
Membraq; ſiccabant ſudore fluentia grandi,  
Fas fuit actutum peritoram, & funditus vrbem  
His ſeruare dolis: vitamq; paciſcier aſtu,  
Nulla aliunde ſalus: nec ſpes opis vlt̄a dabatur.  
Credidit hiſ ſignis natura mitis Iefus,  
Credidit hiſ ſimplex procerum chorus: atq; dederunt.  
Fædera pacis eis, ac munera miſſa tulerunt.  
Verum vbi progreſſi ſunt paulo longius: ecce  
Apparent vrbis mentitæ mœnia celsæ.  
Calliditas patefacta virum, turbataq; caſtra  
In proceres, iſ pumq; Ducem: res cognita durum  
Commouit populum: ſauitq; ignobile vulgus.  
Seditio exoritur: vox hæc eſt omnibus vna.  
Nulli intra fines terræ fatalis alunno  
Parcendum: nulli Cananæo poſſe licere  
Secum habitare: dolis extortaq; fædera clamant.  
Nulli inconsuito ſuperum rectore fauere.  
Magnates populi contra grauioribus inſtant  
Vrgeri ſtimulis: confeſſaq; fædera pacis  
Quacumq; ex cauſa penitus ſeruanda, reclamant,

K 3

Bartholomæi Bottæ.

*Iurisurandi præserit robore firma .  
Cum nulli promissa fides soluenda, vel hosti .  
Hoc velit ipse Deus : velit hoc natura per ipsum  
Insita pectoribus nostris : sancta per omnes  
Lex iubet id gentes : quas latus continet orbis.  
Omnis religio docet hoc : veteresq; parentes  
Exemplis monuere suis, vt federa pacis  
Pax a fide media franguntur tempore nullo .  
Ne tamen improbitas que nos (impune) fecerit  
Transeat hostilis, remanere posse inulta :  
Fraus miseranda virum, quam non inimica nocendi  
Mens auida instruxit studio insidiata doloso ,  
Sed metus excusavit mortis, certeq; ruinæ,  
Ima per ossa paucorum gelido sub pectore currens,  
Excidium, & duris virginis in rebus egestas.  
Nunc equidem vita potiantur munere nostro,  
Sustineant verò commentæ fraudis inertes  
Seruitio pœnas : aræ populoq; ministrent  
E fluuijs lymphas, e sylvis ligna calones.  
Hac misera steterant sub conditione granati  
Hi Gabaonæ tercentum atq; amplius apnos .  
Demum etiam grauissimis Saul oppræserit illos,  
Sub specie ficta quasi religiosis auitæ.  
Olympeiens genus, ac nomen, fraudemq; remissam,  
Informi dederat multorum corpora leto.  
Haud fas esse ferens fatali uiuere terra  
Hos alienigenas Chananæa stirpe creatos .*

*Verum*

Daudiados Lib. IIII

76

*Verum sammiaæ primi Ductoris eorum  
Virtutem atq; fidem miratus, & ardua facta,  
Multaq; Danides illorum aptissima bello  
Corpora prospiciens, animosq; in pectore fortis,  
Sernicii discussit onus ceruicibus altis :  
Libertatis eos omnes dignatus honore.  
Astringi nec enim passus quos libera virtus  
Segnicie eruerat patriæ, turpiq; pauore,  
Corda quoq; ingenuos iamdudum libera mores  
Imbuerat : mentemq; animis ciuilibus altam.  
Ergo pro vita, pro libertate recepta,  
Trans flumini petiere citi Daniæca castra :  
Nam bene apud memores pulchritudin gratia facti .  
Tost Gabaonitas paribus Rex vidit in armis  
Bis geminos fratres iisdemq; parentibus ortos,  
Hieremiam similem Iezeli pectore & ore ,  
Ut vix ex oculis tenui discrimine possent  
Agnoisci : proprio vel nomine quisq; vocari .  
Ab quoties ipsi sape errauere parentes,  
Vni dum vellent, alii quandoq; iubebant.  
At Iezabadas habitu facieq; Ioannem  
Dum starent in equis poterat persepe referre:  
Sed pedes ire parans confertos (ut fit) in hostes,  
Interdum gressu discernebatur ab illo.  
Nam poterat cinctis præcurrere concitus armis  
Ille : sed a teneris accepto vulnere tardus,  
Dum puer in socios lusu exarsisset in iram.*

K 4

Bartholomæi Bottæ.

Gadaream turrim superantem culmine nubes  
Quatuor hi fratres cæsis custodibus arcis  
Danidis iussu dum versarentur in aula,  
De manibus seu tandem excussere latronis.  
Qui mercatores summa speculatus ab arce,  
Exulibus famulis spoliari sape iubebat.  
At gemini fratres opulenti munere Regis  
Acceptis aruis quæ circumquaquæ colebant.  
Quosq; viatores purgatis vndiq; syluis  
Ire redire viam rerum discrimine nullo.  
Incolumes semper nocte uq; dieq; sinebant.  
Hoc vno iustum sunt ausi offendere regem:  
Quod syluis tecli rebantur posse latere,  
Insidias siquidem incantis quandoq; puellis  
Tendere sunt ausi iuuenes, ausoq; potiti,  
Rex vnde iratus procul esse inbebatur ab aula,  
Committans grauiora reis propiore querella.  
Fortasse hoc ritium regioni ascripseris illi:  
Ut proni in venerem iuuenes (licet) inconcessam  
Absq; intellectu quasi sint iumenta, ferantur.  
Hanc etenim constat prisca Rubene fuisse  
Incestu turpi pollutam antiquitus oram.  
Cum pater banc iuxta turrim Gadaraea Iacobus  
Duceret externas tamquam peregrinus in oras,  
E syria vxores, natos, armenta gregesq;.  
Pascua leta videns aptissima tempore verno,  
Pastorum in morem cuneis tentoria longis

Fixit

Dauidiados Lib. IIII.

77

Fixit ibi & caulas pecori: custodibus autem  
Culmine congesto paleis magalia fecit.  
Saltibus in variis errantes dumq; Iacobus  
Prosequeretur oues: metuens ne deuia quæq;  
Esca lupis fieret, rictu vel turpibus vris.  
Proximus ecce domi Ruben dum pasceret hedos  
Egressam nuper Ballam tentoria vidit  
Vxorem patriam vltuq; habituq; decoram:  
Quæ matrum in morem Lymphas e fonte petebat.  
Nil metuensq; mali inter eundum fraga legebat.  
Concupiit risam iuuenis, furiisq; subactus  
Infolius subito rapuit tenuitq; nouercam,  
Multareluctantem facinusq; piabile nullis  
Horrentem sacris, tandem violentior ipse  
Praualuit: blandis deliniuitq; subactam.  
Furtium præcibus patrem vt claret amorem.  
Nec tamen id sceleris misera reticente nouerca  
Peruigilem potuit genitorem vtcunq; latere.  
Sed iuvenile dolens factum, nolensq; pudorem  
Polluti thalami externas vulgare per oras,  
Tunc tacit, pœnas serum sumpturus in euum.  
Nam moriens regni priuauit honore futuri:  
Ac vetuit sacra redimiri tempora mitra  
Exiguam & prolem lapsuram vt fluminis vndam  
Prædixit sceleri pœna hæc condigna nephando.  
Obfuit heu quantum? patrium temerasse cubile?  
Nec minus in facinus lapsi lædere potentis

Bartholomæi Bottæ.

Hi iuuenes animum Regis: prudentius autem  
Consuluere sibi, quā Ruben: namq; timentes  
Inde graues pœnas actutum aliquando luendas:  
Obsequio Regem natura vincere mitem  
Decreuere: ideoq; citi venere trahentes  
Quatuor auxilio turmas e rupibus altis,  
Instructas armis, setoso & pectore firmas,  
Proxima tergemini fratres qui lata colebant  
Arua, sequebantur vestigia penè terentes,  
Infensi, studio simili, sed disparate causa.  
Corpore luccius paruo, sed pectore magnus,  
Cum Hierimunthe grani, qui ardentes temperat ira;  
Atq; Baaleias cum fratre Corace ruerant,  
Ardentes animis necnon grauiore loquella.  
Moleq; corporea fuerant qui penè Gigantes  
Sturpis Araphæ fortasse ex semine nati.  
Sammarias acer, Saphatheias atq; bilinguis.  
Sex simul hi senas ducebant ere cateruas  
Instructas fulvo, pharetris arcuq; sonanti.  
Hi pitiatarum fratres probra fœua sororum  
Gadarea in sylua cum dura mente tulissent.  
Proposita dudum coram æquo Regè querella.  
Dignam exposcebat vindictam: at criminis huius  
Autores, facinus syluarum tegmine tui  
Inſiciabantur: causabanturq; latrones.  
Et quoniam Regis titubante examine libræ  
Iudicium pendebat adhuc: accendere in iram

Hi co-

Dauidiados Lib. I.III.

78

Hi conabantur: contra mollire furorem  
Tendebant illi, blandum & captare fauorem.  
Sic par anxiū tam dispar causa citabat,  
Helcana cum sociis patriæ conciubibus exul  
Obscuro Careime loco stagnante palude  
Adueniens comites paucos e paupere terra  
Sub spe polliciū ducebat egenus & ipse.  
Hic Samuele satus fuerat Ramathæius heros  
Nomen aut̄ referens, difugerat atq; Tyrannum  
Infectaturum quos norat patris amicos.  
Hunc etenim genitor Samuel Dauidis amicus  
Præficius & regni, fugienti adiecerat illi  
Crudelis Sauli metuens feralia facta:  
Ne veluti vates Nobaos percitus ira  
Propter Dauidem gladio consumperat omnes:  
Sicq; suam stirpem (uiuens quia fauerat illi)  
Deleret postquam superum cesisset ab oris.  
Cum vidisset cum procul, & nonisset ab arce  
Antiqui exilii socium, sanctiq; parentis  
Progeniem claram, & qui portis federat olim.  
Dum præfeturæ regni gauderet honore.  
Nunc & inexpleta comitatum incedere turma.  
Vixq; habituq; tenui modestum vetera arma regentem.  
Sistere Dauides iussit miseratus egenum.  
Atq; illum lachrymis sic est affatus obortis.  
Et quis erit finis nostri exilii atq; laborum  
Tantorum? ecce iterum miseros fortuna fatigat,

Bartholomæi Bottæ.

Emula quæsitæ multo sudore quietis :  
Sperandum tamen est, finem quandoq; futurum  
Casibus his nostris : nam qui grauioribus olim  
Nos Deus eripuit iuuenes miseratus egenos,  
Sicq; grauescens nosri miserebitur æui,  
Hac fatus socium condescendere iussit in arcem.  
Muneribusq; datis in opem est solatus amicunt.  
Ioroadæ post hos sabade i atq; Iocles  
Dimissa Gedro pingui cum diuite turma  
Auxilium linguis, animis, opibusq; ferebant.  
Nam docti varias in eunte atate loquellas  
Exploratores transmitti a Rege solebant.  
Sub mercatorum specie quascumq; per oras  
Oppida munitas vrbes belliq; paratus  
Scibi barbarico iussu fortasse coirent,  
Specitarent cauti : Regemq; ad certa vocarent:  
Vndiq; ut in flanti veniens occurreret hosti.  
Ne procul expositæ tam largo limite regni  
Finibus extremis vrbes quaterentur : & ante  
Quam serò monitus certum trasmittere posset  
Subsidium, subitis deuastarentur ab armis.  
Contra, immunitis Rex ipse instructus adesset  
Ex improuiso castellis, vrribus, atq;  
Collectis manibus, quæ paulatim arma pararent.  
Nunc autem armati mortis venere dolentes  
Hi fratres animis : quod dum nimis extera regna  
Sollicitis oculis scrutati ac mente fuissent:

Hoc

Dauidiados Lib. IIII.

79

Hoc intestinum minime aduertere parari  
Quod manus intulerat tam cauta domestica bellum.  
Pestis enim miseros infesta potentius vrget  
Nulla patres, quam filius atq; domesticus hostis.  
Quippe nec infensum, nisi sumpto vulnera norunt.  
Sex quoq; Gadde sati, dextra leuaq; potentes  
Robore, sex turmas propria de gente trahabant.  
Selectos omnes, animis & viribus æquis.  
Magnanimo pènos superabant corda leones.  
Ocius & capreis omnes iuga montis obibant.  
Ardua : pallantes aquilis velocius hostes  
Inseftabantur : confertas inq; phalanges  
Ense ferebantur rapido nil tela verentes,  
Tigridis in morem raptis dum forte catellis  
Sævit in oppositam uenantum dente coronam  
Fulmineo laceratq; canes hominesq; cruenta  
Nil gladios metuens, lati aut venabula ferri.  
Bisseni post hos alii fortissimus Ezer  
Ante omnes ibat clipeo munitus & hasta.  
Abdia post illum pennatum hastile leuabat  
Cuspide præfixa crispum quod in aera vibrans  
Addebat sociis animos : terrebat & hostes.  
Tertius Eliabas lituoq; insignis & hasta.  
Namq; manu pugnas acuebat & are canoro.  
Masmanæ quartus erat, vigilantia lumina celsa  
Fronte gerens, turma custos, pugnæq; magister.  
Hieremias quintus : sed in ordine sextus Ethais,

Bartholomæi Bottæ.

Par tamen ad cursum celerem, vel ad arma mouenda.  
Septimus est Eliel hominum superumq; parentem  
Nomine non solum referens, sed pectori, & ore,  
Namq; dei auspicio sua pralia cuncta gerebat.  
Nec nisi pacato sacris, priecibusq; tonante  
Emisis etiam votis in bella ruisset.  
Insuper ollatum diuina sorte Ioannem  
Addiderat comitemq; sibi, sociumq; laborum:  
Gratia magna Dei quoniam fulgebat in illo.  
Nam super aethereo praecordia numine plenus  
Euentus belli, tempusq; locumq; canebat.  
Fataq; iamdudum prædixerat impia nati:  
Egregiumq; patrem redditurum ad pristina sceptras:  
Nonus at Elzabadus se se coniunxerat illis,  
Natura præceps, nimia quod feruidus ira  
Instar torrentis sine more ruebat in hostes.  
Sed velut opposita riparum aut aggeris alti  
Mole premebatur dictis factisq; duorum.  
In sua ne rueret damna: immaturaq; fata.  
Insidiis vafro vel ne caperetur ab hoste.  
Nat: ram moresq; suos agnoscere cuiq;  
Est opera precium: seseq; adiungere iustis  
Pacatisq; viris: irarunt fædere certo  
Contrahere, & laxas qui norint mittere habenas.  
Hieremias alter celsa qui mente per omnes  
Astrorum varios cursus pariterq; recursus  
Sæpe ferebatur: rapidosq; per aera motus

Ventorum

Dauidiados . Lib. IIII. 89

Ventorum: hinc norat data tempora rebus agendis.  
Ab quoque Regem portu ne bella moueret  
Classica, terruerat: leni licet æquora flatu  
Sparsa viderentur puppes ac vela vocare:  
Sepe etiam contra nigrantibus aera nimbis  
Hostibus incutis hyemem metuentibus atram,  
Consuluit Regi celeres dare classibus austros.  
Atq; improvisis, passimq; vagantibus illis  
Dum formidarent nihil: apparere repente,  
Instructas acies portu demittere capto:  
Ac somno oppressos, epulis vinoq; vacantes  
Sternere: & abreptas casis custodibus vrbes  
Cogere iussa pati, immisso aut popularier igne.  
Undecimus vero rudis ad caelestia quæq;  
Bachanæus erat, saducæcumq; trahebat  
Doctorem ingenio pariter cum corpore crassum.  
Saducæa quibus pinguis schola dicitur orta.  
Hi duo postremi præstanti robore & armis  
Arte quidem belli manibus pugnando valebant;  
Accensis animis pro re, pro lege parati  
Semper erant quæcumque pati, & pro Regis honore.  
Non maleuada famæ illos, non turpis egestas  
Bellicus aut sudor, non longo parta labore  
Dura quies lecto retrahebat ab auspice belli  
Non crux effuso terrebat pectori manans.  
Horribilis cunctis nec mors inspecta mouebat.  
Parere imperio Regis, fixumq; sedebat

Bartholomæi Bottæ.

Immorumq; animis pulchram per vulnera mortem  
Oppetere . vt fugerent morbos inopemq; senectam.  
Verum immortalem nullam post fata putabant  
Esse animis vitam : scelerum qua sumeret villas  
Exactor pœnas : vel redderet aquus honores  
Pro meritis dignos : partæ, & sua premia palme.  
Quin curare Deum mortalia nostra negabant.  
Sed satis atq; super, dum cœli cardine summo  
Mole sedet magna si magnos torqueat axes.  
Sydereos cursus, cœlestem ac temperet orbem  
Rectorem superum minime inferiora decere.  
Sed neq; per celeres mortalia fatta ministros  
Credebant hæc nostra regi : quia scilicet esse  
Insiciabantur : nec enim Deus indiget illis,  
Maximus, omnipotens, solus sua regna gubernans.  
Res hominum verò volui simul atq; reuolui  
Non fatis superum, que certa lege mouentur.  
Non fluxu astrorum, que metum semper ad unam  
Vnumquodq; suam vario licet ordine currunt.  
Non casu antcipiti reputant, radiisue rotarum  
Fortunæ instabilis tolli, ruere atq; deorsum.  
Cuncta virum potius pro sensu & viribus ipsi  
Posse gubernari : sic voluere regna per orbem  
Magnanimos reges, summumq; ascendere culmen  
Imperii rentur : sic florida sceptra tenere.  
At cadere ignauos celsa de sede potentes,  
Cum sensu fuerint & viribus ante minutis.

Sie

Dauidiados Lib. IIII.

81

Sic quoq; Dauidem regno cecidisse putabant,  
Mente alio versa quod non præuiderit astus  
Prudentis gnati, aut studia Achitofellis iniqui.  
Nunc ipso casu doctum, sensuq; recepto  
Posse per ignauos reparatis viribus hostes  
Tollere lapsa manu ualido sua sceptra lacerto .  
Quare alacres ambo properarunt agmine iuncti  
Cum reliquis Ducibus castra auxiliaribus armis  
Exhilarare suis, coramq; assistere Regi,  
Sicut & astiterant parua sicelechide primi.  
Cum Saule extinto laxis Hebrona venire  
Propositum est signis, ubi sceptra capescere regni  
Fas fuerat nec non cissei extinguere prolem.  
Nec minus ardentes fuerant hi Gadde creati  
Bisseni heroes tunc cum plenissima cursu  
Iordanis rapido superasse fluenta feruntur  
Tempore quo multo nix plurima soluitur imbere  
Exuperat ripas, noto nec se capit atulo .  
Agmineq; aggressi populos orientis eodem  
Qui rada tentabant procul exegere minaces.  
Inque fugam versis secuere volantia crura.  
Nec prius anticipites gladios vagina recepit,  
Quam cesis passim cunctis spolia ampla tulere.  
Oppidaq; & villas & circunquaq; iacentes  
Diripuerentur vrbes cultoribus inde fugatis.  
Vnde inter primos fulgebat honoribus ante  
Hac duodena cohors, nam quisq; recuperat horum

L

Cingula digna sibi : nam primi præmia pili,  
 Atq; tribunatus decorabat gloria quosdam,  
 Proxima Iordani loc. i qui tenuere Manasseb,  
 Quam quam sunt veriti profugo succurrere patri  
 Aduersus gnatum, qui regni sceptra tenebat.  
 Multarum assensu tribuum & popularibus auris.  
 Non tamen Ilchediel, & cum Michæle Iosabas  
 Officii memores, veterum memores & honorum  
 Ac dulcis vita, qua functi tempore longo  
 Post longum exilium ac multo discrimine plenum.  
 Dum Deus, & iusti Regis sine crimine mores,  
 Moribus atq; ipsiſ conformia fata sinebant,  
 Limitibus patriis se se tenuere : sed vna  
 Cum Salathi atq; Heliu, Iosabathe, duobus & Ednis.  
 Armati rapidum turma sequante per amnem  
 Disequere viam : qua castris ocius effent  
 Dauidis iuncti : & gratum pretendere amorem  
 Cum reliquis possent tanto in discrimine rerum.  
 Quos tamen vt vidit Dauides altus ab arce,  
 Leniter his dictis segnes causatus amicos  
 Increpuit. que vos mora tam diuturna propinquos  
 O proceres tenuit ? an non vrgere videntur  
 Hi satis atq; super quibus angimur vndiq; nostri  
 Tam duri casus ? at vestra videte pericla.  
 Qui patrem insequitur, patriis num parcel amicis ?  
 Vix ea fatus erat, cum cernit adesse ducentos  
 Isachari de stirpe viros : qui fortibus armis

Accinſti,

Accinſti, quantum dextra pugnando valebant.  
 Tantundem sensu poterant, linguaq; diserti.  
 Nam multo studio diuina lege periti  
 Maiorum imbuerant etiam sine criminè mores.  
 Censores igitur tribuum, iuueniūmq; magistri  
 Dispergebantur castris, turmasq; per omnes  
 Saepē locabantur, maiorum ut scita docerent  
 Ignaras plebes : ductoribus ante subesse,  
 Parere imperio : pro Rege effundere vitam,  
 Tutari patriam, reverenter atq; parentes.  
 Omnia dura pati pulchrae virtutis amore,  
 Collaq; seruicio diuina subdere legis  
 Paulatim assuecant ; vatum & responsa piorum  
 Suspiciant . nec enim confusa humanitas illa:  
 Bachantum in morem nec processere furentum,  
 Diuinam vocem sed cælitus æthere missam,  
 Cum populo sua iura daret de vertice Syne  
 Cunctorum omnipotens genitor (mirabile diltu)  
 Humanæ hauserunt aures : nimioq; paurore  
 Terribilis sonitus procul excessere subacti  
 Isacidæ : mediumq; Ducem oranere ; loquentis  
 Eset vt interpres . præcepta capesseret ipse.  
 Omnia : fas populo diuina facessere iussa.  
 Sicq; pii vates diuino nomine quando  
 Aflatî æthereum intus concepere calorem,  
 Non que sunt hominum, cœlestia cuncta loquuntur.  
 Nulli igitur fas est oracula temnere diuum.

Bartholomæi Bottæ.

Nec fore puiquam impune, licet videatur inultum,  
Præsenti in vita forsan transire quibusdam.  
Namq; aderit tempus post sæcula longa futurum  
Cum minor hic flammis utrictibus ardeat orbis.  
Tunc, immortales animæ, mortalia dudum.  
Corpora quæ fuerant, prorsus reparata resument.  
Iudicis æterni sistemus & ante tribunal:  
Fallere quem nullus poterit, nullusq; latere.  
Condita quæ dudum fuerant, manifesta patebunt.  
Pro meritis & quisq; suis vel premia lœta  
Æternam accipiet requiem super æthera vœtus.  
Vel luet æternas pœnas in tartara trusus.  
Talibus Isachari proles hæc inclyta, verbis  
Ceruices hominum duras mollire solebat.  
Ad legem cultumq; dei virtutis amore.  
His compescerat turbarum sepe tumultus,  
Maiorum culpa quos contingebat oriri,  
Patrati sceleris vel suspicione maligna.  
Horum præcipui doctores quinque fuere  
Maximus ille Thares, Michael vocatus & ante  
Vnde pharisæi certissima secta coorii.  
Qui Saducaeis epulonibus omnibus horis  
Digladiabantur: quos omnia ventris amore  
Atq; voluptatum exercere libidine cœca  
Dicebant & haris Epicuri vietima digna  
Qui mactarentur, nimioq; abdomine tardos.  
Phylosophos habuit sapiens haud græcia tales.

Maxima

Dauidiados Lib. IIII.

83

Maxima prudentes ullos nec Roma catones.  
Qualis in Hebreæ fuit olim gente propago  
Isachari: coluit dum vera: nec ara secuta est.  
Auri sed postquam species pulcherrima visa est;  
Vnde Magistratus emerent, primasq; cathedras.  
Nomine seuneti solis contendere verbis  
Saducæorum turma didicere loquaces.  
Conueniunt vita, fastis, ac moribus ipsis.  
Veraq; relligio cessit, simulata subinit  
Inter eos probitas, quæ plurima crimina obumbras.  
Vnde pharisæos omnes hæc occupat una  
vana supersticio, qua Sabbatho prisca tacentur.  
Sicq; male optato facta est schola discolor auro.  
Alter Obadias pugna, fandiq; peritus,  
Insignitus adhuc olea caducifer alba  
Optabat pacem populis: scelerataq; bella  
Execrabatur quæ norat insta, foncbat.  
Inde Tholas, ozaq; sati Ieseia, Iocelles,  
Apparet Regi fama super æthera noti,  
Robore præcipui, sensu linguaq; potuies.  
Namq; Tholas studio dum multa reuolutit anaro,  
Annales veterum celeri dum mente recurrit,  
Optima quæq; legit: memori quæ pectore condat.  
Sic patrias imitatus apes quæ per inga dense  
Hermonii montis volitant, non omnia carpunt  
Arbuta quæ rostro passim tetigere frequenti:  
Verum illos tantum solitæ decerpere flores,

L 3

Bartholomaei Bottae.

Quos fore mellifluos gustu, vel odore probarunt.  
Ozeadae verò naturæ munere fortis,  
Armati excentur equis, sociosq; fatigant.  
Donec ad Hesperias fuerit sol proximus vandas.  
Vespere, adhuc madidi sudore, ac puluere sparsi  
Nocte fere tota libris meditantur auitis:  
Quicquid & ore legunt taciti (si credere dignum est)  
Protinus accipiunt: memoriq; in mente reseruant.  
Hinc acres sensu: sed viribus inde, probati  
E vasere duces ad tempus vtrumq; parati,  
Bellorum & pacis: seu partas legibus vrbes  
Rex mandet regere: aut armis frenare superbas.  
His Ducibus, Turmis, legionibus atq; probatis  
Manumes celsa Rex premunitus in arce  
Nil metuens hostes ad bellum exire parabat.  
Innumeros quamuis iam nuncia fama referret  
Imperio gnati Solymis subiisse sub amplis.  
Norat enim palmam e cælo pendere petendam  
Ante quidem multis precibus, votisq; sed inde  
Viribus heroum, magna & virtute parandam.  
Non hominum numero, aut vulgi clamore rebellis  
Imperat ergo Duces, primosq; heroas ad aulam  
Et qui venerunt externis nuper ab oris,  
Et quos dines alit sua Regia, voce cieri.  
Nec mora, conuenere citi ad prætoria Regis:  
Sarciadæ primi; castris præfetus Iobas,  
Qui Iehusæos vrbis prohibere volentes

Dauidi

Dauidiados. Lib. IIII.

84

Dauidi ingressum primus percussit, & inde  
Militi & fastus princeps, meruitq; Ducatum.  
Proximus alexa sumptis acerrimus armis  
Abbis suis frater: & rapidos qui soles in hostes  
Tercentum numero nodosam comminus hastam  
Extulit, ac pauidos omnes exterruit audax.  
Fulmineoq; dehinc turbatos ense peremit.  
Iesbaus a dextra, quia plures vicerat hostes  
Impetu sub simili paribus vadebat in armis.  
Nec ferus Asabel frater viuebat Iobæ  
Amplius: Abner enim versa confederat hasta,  
Cum supra vires iuuenis tentasset eundem  
Belligerum fortemq; virum comprehendere cursu.  
Magnus at inde Ducum globus est ingressus in aulam  
Quos secum eductos variis ex finibus illi  
Collegere suis monitis cum milite forti.  
Parte alia medium multa stipante catena  
Antiqui proceres aula, sociiq; laborum  
Introduxerunt Regem, solioq; locarunt.  
Confedere omnes stratis hinc inde tapetis  
Ordine quisq; suo. dextra, leuaq; potentes.  
Rex sibi bis geminos Heroas iussit adesse.  
Terribiles igitur vultu manibusq; minaces  
Protinus asistunt iussi, hinc Eleazarus ardens:  
Illinc bellipotens Semmas Aggeius, hasta  
Fraxinea armati, ceu semper vterque solebat  
Hoc gestare decus magni memorabile facti.

L. 4

*Hastam primus enim Regi patruelis in hostes  
 Allophylos solus populo fugiente leuauit:  
 Hordea dum vellet medii tutarier agri.  
 Cumq; ibi permultos dura struisset in basta  
 Eduxit gladium rugiens atq; impete falso  
 Confertos solus se se coniecit in hostes.  
 Hinc atq; hinc vibrans veluti Leo turgidus ira  
 Mille viros leto dedit : instantesq; fugauit  
 Cum Ducibus turmas iam deficiente lacerto  
 Pondere prænimio, atq; cruore rigidibus armis.  
 Vnde reuertentes socii spolia ampla tulerunt.  
 Fecit idem seminas Aggæi filius audens  
 Niliacæ lcentis plenum ut defenderer agrum:  
 Namq; Palestini rursus de valle gigantum  
 Præruptam ad petram qua vrbem tutatur odollam,  
 Concaua vbi saxis subsunt spelæa ferarum,  
 Cum surrexi ssent numero milite freti :  
 Præedioq; aduersus eos in vertice petraæ  
 Cum iam Rex staret speluncas agmine complens;  
 Atq; fatigatus nimio sudore sitiret:  
 Exclamauit : aquas si quis mihi porgeret haustas  
 Fonte Bethlemitico quem castra aduersa tuentur?  
 Tres simul heroes (nam se se adiunxerat illis  
 Iesbaus Ammonides) confessim turbinis instar  
 Erectis hastis medias fregere phalanges,  
 Intrepidiq; lacu lymphas haufere profundo :  
 Per medias acies iterum, atq; stupentibus ipisis*  
Hostibus

*Hostibus audentes rediere, & pocula Regi  
 Porrexere : Deo quas maluit omnipotenti  
 Rex libare virum sitiens quam haurire cruem.  
 Astitit hos iuxta custos iam Regis ab aure  
 Bannaias fidus : quem tergora fulua leonum  
 Induerant, manuum quodam hæc monumenta suarum.  
 Bannaiæ lateri duo viuida pectora bello  
 Semper adhaerebant : quos gloria magna Gigantum.  
 Stirpis Araphææ cafforum enexit ad aulam ;  
 Sobochai Ausitides Zapham prostrauerat altum.  
 Monstrum ingens Ionathas Regi patruelis & ipse  
 Quod senos manibus digitos, pedibusq; tenebat,  
 Viribus e celo stratum obtruncauerat auctis.  
 Quinquaginta viri fortes hos quinq; fecuti  
 Regem Afferuabant vbiunque, ex more bipennes.  
 Auratas soliti gestare insigne decoris.  
 Bellica quos virtus & fortia gesta leuabant  
 Ordine magnanimos ad tanti culmen honoris.  
 Inde Duces omnes peditum legionibus, altis  
 Atq; equitum turnis ad bellica facta vocatis  
 Praeficiebantur : prætoriaq; inde replebant.  
 Vrbibus asciti Rectores tempore in omni.  
 Hac circumseptus procerumq; Ducumq; corona  
 Rex animo gaudens omni formidine pulsæ  
 Exhibilat vulnus sociis, faciemq; serenat.  
 Porretta inde manu folio sic infit ab alto.  
 Hattenus o socii iusto mœrore repletus*

Hoc commune malum graue, communemq; dolorem  
 Turpiter eiectus dolui : mecumq; gemifcens  
 Improuisum animo nostrum hunc miseratus amaro  
 Sum casum teftagnati ambitione rebellis.  
 Quæ latuit falfi sub proditione Giluntis.  
 Iacturam regni multo cum sanguine parti  
 Pertulimus grauiter, tantisq; laboribus aucti.  
 Ac præfecturas meritorum insignia vestras  
 Turbine tam subito dolui mea munera dempta  
 Sed magis obſtupui populorum ingrata meorum  
 Peſtora, peruersosq; animos caligine cæca.  
 Tantorum obliti vt meritorum, ita protinus omnes  
 In me iurarint Regemq; , patremq; , salutis  
 Autorem, pulchræ libertatisq; datorem.  
 Atq; ego viſus eis fuerim culpabilis, esto.  
 Eſt hominum peccare : quis inſons vixerit vñquam?  
 Vnum crimen amor nostrum, & male ſuada voluptas.  
 Infirme carnis, quæ animum pellexerat aegrum.  
 Non tamen angariis miseras deglubere plebes  
 (Vos eſtis testes) placuit mihi more Tyranni.  
 Iudicia & nobis venalia nulla fuere.  
 Nec fauor, aut odium nobis examine recto  
 Iuſtiſia libram torſit : nec ſpreuimus vllos  
 Clamores inopum : ſiquis compressera illos.  
 Sacrilegauè manu ſuperum maculauiimus aras  
 Cæde ſacerdotum : nec ſanctam exuſſimus vrbem.  
 Nec quemquam procerum ſolo liuore perosi

Preſſimus

Preſſimus exilio : quæ crimina cuncta Cieum  
 Benniamidem patraffe patet : mecumq; tuliftis  
 Ex vobis multi ſub eo diſcrimina mille,  
 Noſtes atq; dies horrenda per antra ferarum.  
 Nec tamen iccirco quisquam popularibus armis  
 Illum inſecatus tentauit pellere regno.  
 At mihi ſoliuſ contractæ labis amore  
 Fletibus ablute iam dudum, hostiliter omnes  
 Infenſi profugo feralia bella minantur,  
 Nec pepuliffe ſatis ſolymorum ſede ſacraſta ?  
 Proh ſcelus arma parant (vt cernitis) vñdiq; duri  
 In nos cenſores : vt prorsus ab omnibus ampli  
 Finibus expellant regni: quod ſanguine partum  
 Noſtes atq; dies bellando, redigimus inſtar  
 Imperii magni, quæ maxima gloria noſtra eſt.  
 Ergone tam ſegnes erimus, turpiq; pauore  
 Contracti : vt dudum fortissima peſtora bello  
 Magnanimi proceres cedant imbellibus iſtis  
 Plebiſbus? affuetiq; armis duroq; labori  
 Militiæ, effugiant molles, in delitiisq;  
 Nutritos. festis qui ſe exercere diebus  
 Ad ſonitum ſiſtri patulae ſub tegmine ſicus  
 In leuibus thyasis ſolecant, vel pocula tantum  
 Fronde coronatos pretendere mutua ſuetos ?  
 Pluraq; ſint quamuis numeris ſua millia noſtris,  
 Arte carere omnes, & inertia corpora noſtis.  
 Pugnandum clamore putant, ad sydera inaneſ

Bartholomæi Bottæ.

Extollunt voces : verum cum ad fortia fulta.  
Ventum erit, ac proprio sua corpora sanguine tincta  
Inspicient : pecudes ut multæ protinus vtero  
Terga dabunt : fugientq; necem minitantia tela  
Prætere nobis vatum responsa piorum  
De celo palmam pacato numine tandem  
Fletibus his nostris (quæ sunt certissima) spöndent.  
Mane quoq; oranti, solito & psalteria plectro  
Pangenti, lachrymis mærentiaq; ora riganti,  
Astigit ecce mibi summo vigil æthere missus ;  
Tergere qui lachrymas, atq; hæc suspiria iussit  
Comprimere : affariq; Duces, solaries omnes  
Voce mea . super ætherei nam rector olympi  
Qui mare, qui terras, èxcelsaq; sydera torquet  
Quiq; dat imperia, ac adimit, qui temperat orbem,  
Comprimit elatos, humilesq; excollit, & illos  
Quos amat ut genitor cum fontes viderit esse  
Blandicüis factos, duro quatit ecce flagello.  
Ut castigati redeant in vota, precesq;  
Mutati emendent mores, meliora sequantur.  
Pollicitus nobis veniam, atq; ad sceptra regressum.  
Este uiri fortes igitur, sperate laborum  
Optatum finem, promissam apprendite palmam.  
Meq; hilares grauibus tantem his exolute curis.

Dauidiados IIII. Libri finis,

10. AV-

87

10. AVGUSTI BOTTAE

FRASTRIS NOSTRI,

In quintum Dauidiados argumentum.

Monosticon V. Libri.

Edenis tribubus populos quinto Absalon armat.

ARGUMENTVM.

PRimi adsunt solymi , solymum narratur origo  
Et simul arca Dei . primus fit ductor Amatas  
Militiae, Ebronis priscum fuit Arbea nomen .

Ocia florentis studii hic excusat, at ille  
Promptus adevit animis : Amalec describitur hostis .  
Inde Palestini factisq; animisq; dolosi  
Conueniunt . fugiunt multi bella impianiti  
In patrium suscepit caput . Narratur Idumea  
Et Hiericus : sperat sceptri reparare coronam  
Benniamides, speratq; tribus, qua misit Iesum  
Ductorem Isacidum primum in fatalia regna .  
Centum oratores frustra de pace loquuntur .

B A R-

# BARTHOLOMÆI

BOTTAE.

Dauidiados. Liber V.

**D**AIDES socios dictis affatus amicis,  
Thesauros Arabū demū partitur in omnes.  
Pro meritis, pro spe, pro nobilitate fideq;,  
Munera dat cunctis sua, prudentissimus heros.  
Corpora deinde iubet curari, atq; arma parari.  
Nec minus interea chuseia dicta secutus  
Absalon, imperii cunctis ex vrbibus ampli  
Aduocat armatas solymorum ad mœnia plebes:  
Vndiq; concurrunt rerum studiosa nouarum  
Agmina mobilium turbarum, compita feruent.  
Iam mili non Erato, non Calliopea vocanda,  
Vllae Pieridum quas Gracia vana sororum  
Rupibus in celsis Parnasi habitare, vel vndis  
Castalii fontis falso sub Apolline finxit,  
Exercere choros, iuuenesq; repente creare  
Pegasæ solo vates aspergine Lymphæ,  
Somnia quæ cæcus docuit Colophonius olim.  
Vnde etiam nostri in latio lethargica vates  
Pocula sumperunt, longumq; bibere soporem.  
Sed super aetherei quæ seruas limen olympi.  
Tu mibi vera faue mea musa Theocaris oro

Edoceas

Dauidiados Lib. V.

88

Edoceas vrbes, castellaq; & oppidat terra  
Olim dilecta, felicis & vbere glebae,  
Quam coluere patres antiqui, quamq; Nepotes  
Possedere diu cœlesti munere partam.  
Absalon vnde Decem tribuum infinita coegit  
Agmina turbarum, quibus insequeretur & ultra  
Iordanem profugum, debellaretq; parentem.  
Trimi adsunt Solymi, quorum pars maxima Regem,  
Admirata nouum, subito turbataq; motu,  
Atq; sibi grauiora timens inuita secuta est.  
Officij nec enim patris hanc obliuio prorsus  
Sopierant vrbem magnam: nam facta per ipsum  
Regia, sceptriferam super omnes inclita dextram  
Vi Domina Hæbraæs tum demum extenderat vrbes.  
Nam licet antiquus Semees pulcherrima proles  
Illius archifabri (rapidis quo vindice ab vndis  
Humani generis semen permanxit in orbe)  
Huius prima nouæ vrbis fundamenta locarit:  
Attamen angusto pro tempore mœnia parua  
Ciubus & raris posuit: quæ iustior alter  
Rex idem populo gratissimus atq; tonanti  
Melchisedech sacra liba ferens dulcemq; lixum  
Cum dilatasset, fossis atq; aggere cinxit.  
Vrbem deinde Salem longa de pace vocavit.  
Quod sine principio, simul & sine fine dierum  
Ac genitore carens, genesiq; & matre, quietus  
Institutio ac sacris pacatam rexerit vrbem.

## Bar tholomæi Bottæ.

Dehinc Iebusæi tenuerunt secula plura:  
Iebus & a multis hinc est persæpe vocata.  
Hiebusalem interdum patrio cum nomine priscum.  
Hierusalem vero Dauides ipse vocari  
Instituit, Solyman Salomon post condita templo.  
Hanc sibi Benniamidæ media plus parte reliquit  
Patribus a priscis poterant contendere frustra.  
Nam licet hoc fortis fuerit non vilis eorum  
Portio, cum tribubus sua limina scripta quibusq;  
Atiamen ignauit quia non pepulere colentes  
Hanc Iebusæos celsissima mania propter,  
Amisere in ea quicquid tum iuris habebant.  
Translato siquidem regno cum facta fuisset  
Regia clara tribus vicina fortis Iudeæ,  
Sub duce Rege nono certantibus atq; ceteris  
Magnanimum Heroum muros aggressa repente  
Applicitis schalis ea mania celsa virorum  
Audaci ascensu superauit: & inde repulsum  
Præcipiti saltu Iebusæum ense minaci  
Est insestatus, donet tremefactus ab urbe  
Tarte alia fugiens portis exiret apertis.  
In nunc & cæcos, claudosq; in turribus altis  
Dauidem irridens facito derisa sedere?  
Impia gens inimica Del procul urbe fugata,  
Salibus in cæcis dirarum eris esca ferarum.  
Rupe Syonæ Rex victor condidit arcem  
Circuittu lato in gyrum, parua urbis & instar:

Regia

## Dauidiados. Lib. V.

89

Regia magna domus medio stat vertice cincta  
Aedibus Heroum, quæ celsa palutia dicas.  
Militia & princeps reliquam cum cinibus urbem  
Mænibus extructis habitarunt aedibus amplis  
Hæc est Hierusalem regni caput, unde coronam  
Iacidum Reges ac sumere scepta solebant.  
Non erat illud adhuc (quo non prestantius ullum  
Orbe fuit toto) pario de marmore templum,  
Intus odorata cedroq; auroq; renidens.  
Porticibus vacuis suberat sed faederis arca  
Quam templi in morem, tabulata effulta columnis  
Argenti Basibus linita forinsecus auro.  
Per quadrum ambabant pro muris marmore tettis.  
Per latera immisi tibulas compagibus aëris  
Iungelant veltes: quos plurima fibula duro  
In gyrum amplectens morsu retinebat, & omnes  
Aurea suffaxis ornabat lamina clavis.  
Polymita circum coco lyssaq; retorta  
Nec non purpureo, celiq; colore sereno  
Cortinæ effulgent textæ. Cylicinaq; suisum  
Vndenis consuta sagis: fastigia cernas.  
Pelle superiecta qua tutaretur ab imbre.  
Mobilis in medio templi a summo usq; deorsum  
Concludunt sacros adytus pendentia velæ.  
In quibus arca latet cherubinos inter utrosq;  
Faederis antiqui tabulas quæ continet curvo  
Pulchra sinu, digitoq; Dei (mirabile diu)

M

Bartholomæi Bottæ.

*Exculptas, Mosisq; ditas in vertice Syna.  
Signorum quoq; virga potens, qua Nilus & omnis.  
Ægypti tellus duris est percita plagiis.  
Qua mare diuisum hinc atq; hinc pendentibus vndis  
Liquit iter siccum populo, rursusq; regressum  
Vorticibus rapidis pharios absorbit hostes.  
Intus erat tua virga potens Dux legifer illa:  
Aspera qua rupes largas stientibus vndas  
Ista dedit: duri compressaq; murmura vulgi.  
Arida quæ seruata diu restoruit, vnde  
Expressæ patuit, quis nam foret ille sacerdos  
Maximus e cunctis, qui poscebatur olymbo.  
Dulci etiam Manna plenus Gomor aurcus aluto  
Intus erat sacro: qua gens Habrea per annos  
Quadraginta fuit siccis pro panibus alta.  
Ros matutinus coriandri seminis instar  
Manna fuit crassi, gelida similisq; pruinæ.  
Sacharei mellis gustu similagine mixti,  
Angelicis manibus populo data cælitus esca.  
Fœderis huic arcæ supereminet aurea sedes  
Qua Deus ipse sedens fieret rogitantibus autor  
Consilii: populoq; daret responsa petenti.  
At citra velum veteris pars longior huius  
Sacra tabernacli mensam cum panibus auram  
Hinc tenet: atq; illinc hastilia anaglypha septem  
Ex candelabro simili fulgente metallo.  
Cum super appositis totidem surgentia lychnis.*

Pancheis

Dauidiados Lib. V.

90

*Pancheis medium suffibat odoribus aram:  
Thuribulo & plena successor Aronis acerra;  
Qui tamen ante manus labro lanisset abano,  
Extaq; lenigenis mandasset lota cremari.  
Altari exterius sub diuo ad sacra locato.  
Vestibulum ante ipsum, circum tentoria circa  
In quibus orabant: pecora & mastando ferebant.  
Dauides media dum Rector in arce sedebat.  
Impius at postquam gnatus genitore fugato  
Absalon incubuit regno: pia sacra relicta,  
Occlusaq; fores, desertaq; limina templi.  
Arma amens clamat: ciuesq; vocantur ad arma:  
Qui licet iniuti scelerata ad bella parantur.  
Impulsi grauiore metu, & minitante Tyranno.  
Dux igitur belli summa præfectus Amasas  
Millia dena virum tanta vix vibæ coegit.  
Præposuitq; Decem scelerata ex parte tribunos.  
Quorum primus erat Chananaæ matre creatus.  
Eiectusq; a patre phares ac fratribus ipsis  
Divisus, quia lusor erat, Nothus, atq; bilinguis.  
Alter erat Zaras Thamari cum matre fugatus  
Quod nurus a socero semen furata fuisset.  
Anteriore viro subita dum morte perempto  
Alterius fratri connubia debita lege  
Impatiens mulier nimium protracta doleret.  
His & odallamitæ similes stirps improba Sybe  
Tres aderant fratres: quorum duo Charus & Ono*

21 2

Bartholomaei Bottae.

Ore dabant mortis certissima signa futura :  
Tallor enim facie n, corpusq; inuaserat horror.  
Inuisi calo quod ducta vxore puella  
Fugerent prolem : speciem ne perderet vxor  
Facta parens : fæta l, frui haud impune licet.  
Sella quoq; horrorem fugiens similemque tremorem  
Consortem thalami ruenebat tempore multo.  
Ergo simul steriles, sterili quoq; semina arena  
Spargere malebant, quam culta condere terræ.  
Depositus vero praturæ Charmis honore  
Propter avaritiam, cupido seruire Tyranno  
Restitui sperans, duxit, post tempora belli.  
Quinque alii inuidia Regi quod sanguine iuncti  
Nobilitate pares maiorum & stemmate clari,  
In prefectura, summis & honoribus vrbis  
Post habiti, oblietiq; diu, ac sine honore fuissent,  
Cum tamen ex aliis tribubus pleriq; gradatim  
Proeeti ad summos etiam erigerentur honores.  
Conscriptosq; patres inter legerentur eorum,  
Nomina, castrorumq; Duces in tempore belli.  
Hæc erat in plateis illorum sape querella.  
Maiores quorum nulli, & sine nomine patres,  
Ignoti, e terra geniti, de cespitæ glebae,  
Emicuere velut nocturno sydera cœlo ?  
At nos Iudæi maiorum sanguine clari  
Decidimus, rutilo ceu lucifer altus olympos ?  
Debuerant meminisse tamen : quod gloria patrum

Degeneres

Dauidiados Lib. V.

91

Degeneres natos pulchra & virtute carentes  
Arguit : ignauosq; docet, non lustrat inertes.  
Inclita nam virtus nostrarum & gloria rerum  
Vera est Nobilitas, & comendabilis vna.  
Stemmata quid prosunt ? maiorum & nomina clarae ?  
Cum vos sternat humi, teneatq; succidia segnes ?  
Ast Ebronitis Vrem cum Subale vafro,  
Pettora qui instabilis vulgi propensa tenerent  
Sicut erant, astu dudum præfecit Amasas.  
Formidabat enim, ne sana mente recepta  
Desererent gnati partes : molimina cuius  
Non ex consulto impulsi sed turline quodam  
Præcipiti fuerant & deteriora secuti.  
Quod nisi pollicitis teneat, blandaq; moretur  
Spe sceptri, optati & soliti, regniq; corona  
Principio sicut promiserat. Absalon illis  
Callidus hic Doctor Subal, fraudisq; magister.  
Hic vres ni animos emolliat arte feroce  
Compositi eloquii, peterent iam castra parentis.  
Nam bellatores semper tulit Arbea tellus  
Audaces promptosq; manu, iam tempore ab illo :  
Quo patri Abramo iurato fædere iuncti  
Tergemini fratres Mambras, Escholus, Anirq;  
Exigui numero, Assyriis sunt Regibus austi  
Et conferre manum, & vittricia perdere castra.  
Enachidas etiam magnos hæc terra gigantes  
Edidit & quorum montana per oppida terror

M 3

Acer erat : structasq; acies dare terga iubebat.  
 Iepronides donec calcebas ardenter illis  
 Robore cœlesti munitus, & ardua montis  
 Scandere, & aduersos ausus prosternere telis.  
 Lustra decem ac septem longi transegerat aui:  
 Hic senior iuuenum sed adhuc non viribus impar  
 Accingebatur telis, tendebat in hostes.  
 Et galeam capiti, & dorso grauia arma ferebat.  
 Inserta clipeo leua vibrabat & hastam.  
 Fulmineoq; acies gladio ceu falce metebat.  
 Profuit huic tantum, quæ viderat ore referre  
 Veridico missus terram explorare beatam.  
 Partem illam & meruit quam pes calcauerat eius.  
 Arbeadae ciues hunc magnum habuere parentem.  
 Iccirco audaces dici belloq; potentes  
 Gaudebant : ne essent tanti patris improba proles.  
 Suspensis tamen hos animis accita Dabira  
 Fecerat esse viros : socias quia iungere prudens  
 Et consanguineas acies de more negarat.  
 Quod studiis iuuenes intenti bellica dudum  
 (Ut causabantur) iactassent arma parentum.  
 Namq; Dabirenos & si subiecerit olim  
 Iunior Ottoniel, ut sic gener esse valereret  
 Iepronide patrui : doctas nihilominus artes  
 Sicut & ante legi permisit in vrbe refecta.  
 Gymnasium florere, Academica scripta vigere  
 Quin veterum scitis, patrias super addere iussit,  
 Præcipue

Præcipue Eſſenam : libros quoq; legis auitæ  
 Iuſſit honorari cathedris interprete ſcriba.  
 Vatibus atq; piis meritos praefixit honores.  
 Ne tamen his ſtudiis ſegnes addicta iuuentus  
 Facta, vel imbellis cunctis incurſibus hostis  
 Nescia tutari ſe ſe, indefenſa pateret.  
 Seruitione premi continget, atq; tributis.  
 Secerni iuſſit pueros ceruicis abæc  
 Grammatiq; exofos, ipſis ludiq; magistris  
 Infenſos, daris exercentur ut armis,  
 Præcipiti & curſu, iaculis, celeriq; sagitta.  
 Seſſores & equum foderent calcaribus armos.  
 Sic fore fælices, in tempus vtrunq; paratos.  
 Nam ſtudiis pietas, decus & tutamen ab armis.  
 Sic Cariathſaphera, poteratq; Dabira vocari.  
 Hinc apparentem cauſam inuenere vocati.  
 Qua conſanguineos, atq; illuſſere tyrannum.  
 Ne ſe miſcerent plusquam ciuilibus armis.  
 Ne contra Dominum bella hac ſcelerata fouerent.  
 Aut uigerentur perituriſ ſe addere caſtris.  
 Non ſic Ziphaei, Ceilæq; oblita ſalutis,  
 Non Iagur abſtinuit, non cedes, Cina, nec Aſer.  
 Non Eder, aut Adadae, Cabſella, Dimona nec Eſron.  
 Nec ſe continuuit Ieffan, Cariotha nec Aſor.  
 Quæ fuerat duro quondam regnata Iabino.  
 Non gentos currus falcatis enſibus omnes  
 Militiæ princeps Syſaras armauerat eius,

Bartholomaei Bottae.

Millia dena equitum, peditum quoq; millia castris  
 Tercentum gentis Canineæ adianxerat vnius.  
 Vt simul inuisas quas iam subiccerat omnes  
 Heb. æas tereret damnis granioribus vrbes,  
 Quos tamen admonitus celesti voce Barachas  
 Bisquinis tantum comitatus millibus heros  
 Contudit, ingenti fugientum strage perita.  
 Asora debinc cepit succiso Rege labino.  
 Del'ora sed vates tanti dux fæmina facti.  
 Asore vicini iunenes venere Samæi  
 Venere Assemothan Gaddan Amanamq; colentes.  
 Bessurciq; omnes fontem liquere propinquum,  
 Qui salientis aquæ riuum mox monstrat, & abdit.  
 Indignatus enim lymphas præstare salubres  
 Vribus ingratis, te se condidit aluðo.  
 Vrbs quoq; Bersabe æ patribus que condita priscis  
 Condiluit cives scelerata ad bella volasse.  
 Astinuit manare diu de fonte profundo  
 Præ moris fuerat lymphas: quæ marginc summo  
 Effundebantur largo velut imbre per arua.  
 Federa percutiens Geraræ cum Regibus Abras  
 Fodisse hunc pateum fertur consorte recepta  
 Obtusumq; debinc tacito linore colonum  
 Isacus hic peragrans puteum purgauit eundem  
 Mænibus atq; iisdem permanxit in vrbe refectis.  
 Cumq; Ducem hospicio, magno cum Rege Phicollens  
 Excepisset, ibi sunt fædera prisca nouata

Inq;

Dauidiados Lib. V.

93

Inq; vicem iunctis iurato numine dextris  
 Mutua firmarunt maiorum pacta suorum.  
 Huc quoq; profugiens Sarain ancilla superba  
 Cum grauis ex utero syluis erraret in atris,  
 Angelico monitu reditus solatia cepit.  
 Atq; iterum reiecta domo cum pignore dulci  
 Nescia quo demum gressus properaret anhelos,  
 Exhausto scapulis abiens quem gesserat vtre.  
 Ne paruum miseranda mori, ac sitibunda videret,  
 Faucibus arenem siccis, linguamq; palato  
 Heu nimis hærentem cum deprendisset, & omnem  
 Occlusisse viam vocis, post vota præcesq;  
 Hunc puteum est rursus permissa videre latenter.  
 Vnde bibens monitu cœlesti, & pocula nati  
 Distillans labiis arenibus vtre repleto  
 Penè exhalantem vitam reuocauit ab orco.  
 Et quia iurauit se se vidisse loquentis  
 Terga Dei secum, fama est dixisse minores  
 Bersabeen puteum iurandi nomine iuris.  
 Aser nulla decem, totidem quoq; misit Aballa  
 Quinq; sed Eueimis, sex Asema, Chesida septem  
 Quatuor Elthodis turmas, tres Bezoithæa.  
 Hermaq; tam veteres seruans quam sæpe nouatas  
 Secum inimicitias præruptis rupibus vltro  
 Armatorum equitum turmas, peditumq; cohortes  
 Contra Dauiden omnes properare iubebat.  
 Ammalechitarum siquidem vagæ semina quadam

Excisæ aliis montana exceptra Herma.  
 Omnibus Hebreis licet essent Ammalechita  
 Perpetuo infensi, gessissentq; horrida bella  
 Exitu ab Aegipti, terram prohibere volentes,  
 Quam Deus ex alto quondam promiserat illis,  
 Et si infelices in bello aliquando stetissent,  
 Nonnunquam tamen & victoria signa tulisse  
 Audierant atavos narrasse nepotibus olim.  
 Præcipue irato rerum qui fletit habendas,  
 Atq; vlciscenti se se pro numine lasso.  
 Murmure pro crebro populi ceruicis ahæna.  
 Presertim quando terra rediere reuisa.  
 Exploratores misi, fructusq; tulere  
 Ex torrente botri decerptos, palmitis ruam  
 Gestantes humeris, fucus & punica mala.  
 Fructibus ex ipsis verè ut cognoscere possent  
 Terra vberatatem, qua latte ac melle fluebat.  
 Sed quia bisquini magnos retulere Gigantes  
 Ennachidas vidisse, quibus p'gmaea proles  
 Appositi poterant, breuis atq; locusta videri.  
 Seditio in populo, atq; ingens est murmur obortus  
 Inq; Duce, dominumq; Ducas, terraq; marisq;  
 Miliacis vtinam defecissimus in oris,  
 Clamabant omnes : vtinam pereamus Heremo  
 Hac vasta : heu gladio hostili lacrabimur omnes,  
 Captiuæ vxores, gnati ducentur & ipsi.  
 Est alius Ductor nobis optandus : barena

Obrutus

Obrutus a saxis ferus hic tumulandus in ista.  
 Aegyptum repetamus adhuc, vox omnibus vna.  
 Arreptis exinde Duce appetiere furentes  
 Legiferum saxis, oppressissentq; repente,  
 Gloria magna Dei nisi summi culmine tecti  
 Fæderis apprens mitem cernentibus illis  
 Fulgureo patem nymbo texisset : & acri  
 Sermone increpitans pauidos repulisset acerbum  
 Exitium & cunctis minitans vrsisset abire  
 Depositis saxis nimia formidine capti  
 Supplicibus voluere minas euaderé verbis :  
 Utq; ostentarent se se parere paratos,  
 Cælesti imperio : subito rapucre tumultu  
 Iniussi, amentes, Ducibusq; vetantibus arma.  
 Præcipites ergo montem conscendere nixos  
 Absq; Deo : superarat eos Tamænia proles  
 Iuncta cananæis : vielosq; fugarat ad Hernan.  
 Nunc quoq; Dauden contra, se posse potiri  
 Palma, eadem reputans gnato coniuncta rebelli  
 Impia stirps Tamnes celo deuota sub omni,  
 Tam longe posita turmas ducebat ab Herma.  
 At nemo armari parua Sycelechide passus  
 Antiquum in dominum : sed nec venere Gethæ  
 Hospitis accepti memores, ac Regis amici.  
 Quatuor ast alii centum misere cohortes  
 Sponte palestini Satrapæ, diuulsa dolentes  
 Ferrea sceptræ manu dudum Dauidis ab armis

Bartholomæi Bottæ.

*Libera quæ multos prouincia profferat annos  
Isacidas : versa vice nunc seruire coacta,  
Belligerò Isacidum Regi nimis agra ferebat.  
Seruitii unde iugum forsan se posse putantes  
Excutere a dorso propter ciuilia bella,  
Auxilium gnato quamuis sclerata mouentem  
In sanctum arma patrem, frumentam duxere phalanget  
Mutendam, opportuna sibi data tempora nacti.  
Quin etiam legos equites Ascalus, & ardens  
Gaza, potensq; Acharon. Azotus & ipsa Gigantum  
Terra ferax vltro misericordie mille dolosi :  
Si fortuna foret cupientes perdere ritumque.  
Namq; domi interea tria millia lecta pararunt,  
Quingentas peditum & taciti scripsere cohortes.  
Tempore conflictus ut si discordia stragem  
Pectora cæsorum pergrandem forte tulissent:  
Reliquias ipsi fissas gnatiq; patrisq;  
Opprimercnt celeri aduentu atq; recentibus armis.  
Sic fore, ut e seruis dominos mutata repente  
Constituat fortuna fauens audacibus ausis.  
Hoc animo Allophyli atq; dolos versare parati  
Sub specie auxilii Solymam properare parabant.  
Iungitur his Menois quondam Medemana vocata,  
Quod vicina loco simili quod peccatore rafra.  
Fit labeotha comes, vario cum Remmone Selis.  
Noluit ire comes tamen iis Sansanna propinquas:  
Quod veteres hostes norat, turritaq; Senna:*

Sunt

Dauidiados Lib. V.

95

*Sunt quoq; bisseptem planis campestribus urbes,  
Ebaol, Enganis, Sarca, Hierimothaq; Adolla,  
Cumq; Azone Sochos, Afina, Enaisq; Sarima,  
H& simul inuite denas misere cohortes,  
Aduersus Regem subiti terrore Tyranni.  
Quatuor ast aliæ Gederothais, atq; Gadera  
Azecha cum Gedro se respondere vetari  
Religione sacra Terebinthi bella mouere.  
Postquam riederunt conuertere dorsa fugatos  
Quinq; illos Reges sub Iesu fulmine belli.  
Atq; in spelæo clausos, ibidemq; sepultos.  
Cumq; illis magna populorum strage fecuta,  
Sole trabente moram, lunaq; sub aethere fixa.  
Ad ducis imperium crepitantibus aere saxis  
Grandineis, donec vi tricibus omnia telis  
Castra subacta forent: & mania cuncta paterent.  
Ex illo fama est nimio terrore subactos  
Agricolæ omnes grandem cum ciuibus aram  
Illi annos e Terebinthi ad stipitis umbram  
Constituisse Deo cæli, sacramq; dicasse.  
Turbine bellorum quo possent esse quieti.  
Urbibus ex aliis, quibus olim affluxit Iuda  
Maxima cunctarum tribuum venere coacti  
Quatuor ad summum, vel millia quinque virorum.  
Engada cultores voluere relinquere nulli.  
Quippe salutiferi succus tum forte legendi  
Tempus erat: flatum iam traxerat sua colorem*

Bartholomæi Bottæ.

Collibus apricis, opobalsama iamq; fluebant.  
 Undiq; palmis ruptis grauitate racemi  
 Auraq; panchæos tenuis fundebat odores.  
 Sed neq; Iopæi quemquam misere, verentes  
 Ne nona monstra mari fundo feruente sub imo  
 Pacatum in portum mota egrederentur abyssø.  
 Quæ deuastarent duris cultoribus agros.  
 Quæ popularerent miseris & ciuib; vrbem,  
 Immanem vt reserunt quondam fecisse balenam.  
 Ducebant igitur longas ex ære cathenas.  
 Rupibus, hinc atq; hinc scopulo pendentibus alto  
 In morem lunæ cum fertus in aere parua.  
 Qua patet ingressus per portum ad mania tutum.  
 Iamnia tum siluit ventorum agitata procellis.  
 Hippaq; , lidda simul patri siluere fauentes.  
 Delituere humiles despecti ut saepe Raphai.  
 Hinc procul ex alia qua Iudas vergit ad austrum  
 Parte Damascenos, felices vberè glebas  
 Ferro exercendi simplex sua cura tenebat.  
 Ne bello infererent se se ac ciuib; armis.  
 Nullo namq; ferunt gremio telluris in amplio  
 Virgineum matrem nostram seruasse colorem  
 Hoc melius limo, bac media fælicius ora.  
 Vimq; Damasceno gignendi dulcius agro.  
 Nam velut alma parens homini quem primus olymp  
 Descendens plastes ex se formauerat, escam  
 Vberius simul ac nutrix facunda ministrat.

Dauidiados Lib. V.

95

Ab Emaus magna licet vrbi proxima staret  
 Iuita auxilia in longum causando trahebat.  
 Excindi metuens olim Dauidis ab armis.  
 Cum saepe audisset sanctis a vatibus ipsam  
 Se superaturam Solymam post sacula multa.  
 Nicopolim obtentu palma & quandoq; vocandam.  
 Ergo metu damni, speq; vberioris honoris  
 Ne scelerata forct, scelerataq; bella trahebat.  
 Quod nimis imprudens quia nesciit ante cauere  
 Nunc excisa solo dolet, heu temeraria Nepse.  
 Efrata parua Bethlæ cumulata Rachellidos vna  
 Abstinuit causis satis excusata duabus.  
 Funereo obtentu sub relligionis auita,  
 Neua armata suum (scelus) impugnaret alumnum.  
 Nempe Tyrannorum monita est deludere iussa,  
 Nouerit ipsa licet post tempora longa futurum  
 Surgentem vt prolem seuifimus hauriat ensis  
 Hostis delusi, frustra lugente Rachelle.  
 Non tamen inde metus, pereat ne flosculus ille  
 Excisa prolis, quæ scandet ad aethera fama.  
 Nam puer euadet tantis ex millibus unus  
 Semine Dauidis quem proferet inclyta virga,  
 Cunitorum Isacidum Rector qui maximus extet.  
 Qui reparabit eos, atq; in sua regna reponet.  
 Consuluere sibi metuentia Galgala presto  
 Ne regi, & patriæ fierent infensa parenti,  
 Si turmas equitum armatas, peditumue cohortes

Bartholomæi Bottæ.

*Electas aduersus eum misisse Tyranno  
Constaret : castris aut exceperisse paratis,  
Diillitiam illius venturam vt transcat amnem  
Præxima nam fluvio poterant meminisse, quod olim  
Iordanem emenso retro labentibus vndis,  
Protinus Ifacidum feruens exercitus omnis  
Galgalicis contra Hiericuntem insederit aruis.  
At; ibi more patrum populi succisa vetustas,  
Qua genus omne suum fecerni iusserat Abras.  
Gentibus a reliquis quod erat memorabile signum,  
Lustrantis lauacri post sæcula longa futuri.  
Inde celebrantes agno paschalia festa  
Solemni ritu mixtis agrestibus herbis  
Frugibus ac terra properarunt azyma puris  
Libæ : quibus sacris mysteria magna latebant.  
Tempore post multo pandenda nepotibus olim  
Galgalæ adhuc poterant reminisci mobile templum  
Sustinuisse diu, & circum tentoria mille  
In castris præfixa suis, horrentia donec  
Bella gerebantur munita per oppida quæq;  
Ergo suis figenda locis inimica verentes  
Castra iterum, Regis fieret ne iniuria caro.  
Præteruecti amnem collectis omnibus vnda  
Deseruere locos venturis hostibus vltro  
Nudatos, cunctis vacuataq; mœnia rebus.  
Ne quos haud poterant arcere a finibus amplis,  
Deniq; præsentes armis opibusue fouerent.*

*Delituit*

Dauidiados Lib. V.

97

*Delituit Marathus nebulis, & nubibus Herme,  
Delituit Sigoris cinefacta per arua leuato  
Turbine ventorum, ne cursor iniqua Tyranni  
Adueniens mandata daret : lustrare tametsi  
Infamem cuperet vicini Affaltidos oram.  
Nempe ferunt ratus illam quandoq; fuisse  
Fælicem vrbibus mammis, atq; vberē glebae.  
Nam Iordanis eam præterlabendo rigabat.  
Ast vbi delitiis & longa pace solutas  
Ocia traxerunt ad detestabile crimen  
Infandas vrbes : pueris cælestibus vt vim  
Feruentes etiam inferrent : ex aethere missis  
Disperiere vna flammis vltricibus omnes,  
Vtq; foret cunctis hoc execrabilis crimen  
Gentibus : vtq; metu præmeretur inutilis ardor,  
Terribilisq; Dei grauis ira pateret in æcum,  
Tentapolim exustam lacus hic in amabilis vnda  
Inuasit : diroq; aer corruptus odore.  
Non natat hanc pisces, nec concita transuolat ales  
Impune : hanc penitus fugiunt animalia cuncta.  
Nulla seges circum agricolæ respondet auaro,  
Nec viret herba gregi : neq; fructibus vtilis arbor.  
Siqua tamen roseis appareat arbor honesta  
Floribus, vt semper virtuti aspergine roris  
Imbutitur, dat trifolia poma cadentibus illis,  
Nec visu speciosa quidem, matura nec esu.  
Apta : sed hirsutis procul horrent hyssida barbis.*

N

Bartholomaei Bottæ.

Interius putri solo sunt pului re ulena.  
Quæ vel ab iuuentu molli cinefacta fatiscunt.  
Hinc filig ne i cœl' u'n corruptitur aura.  
Sulpitare & exusti graviorem exhalat odorem.  
Difficiles vnde accessus rari; recessus:  
Principue si ventus eat loca turbidus illa.  
Hinc retta est mandata capescere Regis iniqui  
Urbs signoris: stetit atq; loco, velut ære columna  
Marmorea: vtq; nurus sale stat concreta rigenti.  
Nuncius ergo aliam penitus conuersus ad oram  
Quæ iacet inferius, sortem Simeonis Idumen  
Appetuit montemq; Arabum condescendit: & omnem  
Turbidus hunc tractum monitis impleuit amaris.  
Victorem profugo bellum indixisse parenti,  
Isacidas omnes excitos esse: proinde  
Arma parent: Solymamq; petant: gnatūq; sequatur  
Semn eidas igitur reliquis caſantibus octo  
Constituere Duces dictis parere paratos.  
Pugnaces vt erant fratres, sibi quisq; cohortes  
Elegere virūm quinas: ex Remmone Sellas  
Ex Athari, cultis & collibus urbis Ayne.  
Ex Athama, atq; Thoce transcriptis ad arma colonos.  
Ab duros nimium agricolas, qui pinguia culta,  
Qui letas segetes, qui florida prata relinquunt.  
Et iam pendentes apricis collibus vuas.  
Masmaus induxit Moladan Saroenq; relinqu  
Et Tholadan, Asanen, Sipabotha Sualis & Horman.

Principe

Dauidiados Lib. V.

98

Principe sub Zara Balain, Batuelis & arcem  
Deseruere viri, quibus impia bell'i placebant,  
Mendaces, miseris quos fecerat alea iusta.  
Bersabe & Namuella ducem Sabeeq; secuta est.  
Audacem Bethularma Iamin: Sarsura Iaribume  
Ast Amuel arabum montem, ui finibus hæret  
Aegyptum versus petiit: castellaq; multis  
Ad sonitum Systri exulibus vacuauit egenis.  
Proxima nam cautos tenuit vindemia cines,  
Guttaq; distillans myrræ, ac redolentis Amomi  
Carpendi flores: celeri quoq; cinnama iactu  
Decutienda iugis syluarum vertice partim,  
Et fruticum partim ramis spolianda virentum.  
Tunc quoq; ruricolas tenuerunt mascula thura  
Excutienda Glebis, & aromata cuncta legenda.  
Zachur Idumæam palmetis vndiq; plenam  
Appetuit natu minimus, sed maximus astu.  
Sanguineas acies inimica per oppida centum  
Dauiden contra reptans se cogere posse.  
Nuper enim frano duro constrinxerat oram,  
Pendere & impositum misso questore tributum.  
Respondere tamen: palmæ sibi cura legenda.  
Nam si dactylicos fructus corrumperet aura:  
Perderet inde suos tota hæc prouincia census,  
Incertum nè metu, seu libertatis amore  
Hæc responsa darent: nam fortia facta parentis  
Iamdudum experti poterant grauioratimere,

N 2

Bartholomæi Bottæ.

*Si quid pro gnato moliti fortè fuissent.  
Tutius ergo rati discordia bella morari  
Quo fini clandenda forent; discriminè multo  
Quam sumptis armis manifesta pericla subire.  
Si pater & genitus per mutua vulnera casi  
Corruerent, grandi populorum strage secuta:  
Libertatis erat fiducia certa parandæ.  
Non tamen hinc passus veluti reiectus abire  
Offensus ductor, vel signa reponere pressa.  
Namq; Gabalena montem regione Seyrim  
Quigenti Simeone sati paulo ante subactum  
Sepositis armis parta iam pace colebant.  
Hos adiit Zachur, miro versutus & astu  
Se missum simulat cunctis a fratribus vnum,  
Ut Regem edoceat tota cum prole peremptum:  
Inter & Isacidas nutare vacantia sceptra,  
Confracto Iuda Simeonem iis posse potiri,  
Proxima qui tenet, ac sumptis valet integer armis.  
Accelerent igitur cuncti, posita arma resumant.  
Et charos fratres tanto dignentur honore.  
Credita res, optatus honos iubet arma resumi.  
Ambitioq; potens mentes expugnat inertes.  
Armati exemplo Raphias, Naaraus & Ozir.  
Signifer & phaltes decepti Zachuris astu.  
Exciuere viros: populum rapuere quietum.  
Sub Dñe versuto quinas traxere cateruas.  
Hierusalem versus deserto monte Seiri.*

Hippodus

Dauidiados Lib. V.

99

*Hippodus hunc montem Chanaa regione relicta  
Palmostum incoluit paucis Esau abactis  
Reliquis quondam Chorrei Regis ob iram  
Choddolo chomorri tota cum gente perempti.  
Et quia rufus erat, sepe appellatus Edomus  
Nomen Idumeæ genti præfixit; & ora.  
Benniamida vero (quamquam sub finibus arctis  
Inter Iosephi natos, atq; inter Iudam  
Sors educta prior conludebat eorum)  
Non tamen exigua numero ad feralia bella  
Nec minus instructas acies misere rogati.  
Nam dolor, amissi grauis atq; iniuria regui  
Que tacitos dudum stimulauerat intus acerbo  
Pectora quassa virum casi sub turbine Saulis,  
Nunc opportuno prorupit tempore noctis:  
Nam fore ut exciso per mutua funera Iuda,  
Strage sequente tribus, sibi vindicet integra regna.  
Viribus ergo super gnato exhibuere rebelli  
Aduersus patrem quantas valuere cateruas  
Ex Hierichuntino tractu scripsere ducentos  
Cum legione equites ad proxima bella paratos.  
Quam felix regio hac: superat quascunq; per orbem  
Frugiferas terras camporum vligine dulci.  
Hic seges agricolæ votis respondet auari.  
Dolia cuncta replet vindemia pressa quotannis.  
Expandunt veteres ramos (ceu quercus) Oliuæ  
Digesta in campis, posita velut ordine vites.*

N 3

Bartholomæi Bottæ.

Fontibus irriguis palmæ super æthera tendunt.  
 Margine riparum viridi coma pectitur auræ.  
 Fronde sub oblonga ditorum monstrat honorem.  
 Aëre rorifluo, dulcisq; ex flumine riuis,  
 Florida prata virent semper : pecoriq; ministrant  
 Carpere quanta valent, uberrima pascua letio.  
 Præcipue postquam sterilem salsuginem terram  
 Ille potens vires magni successor Heliæ  
 Curandam (mirum) salso medicamine duxit.  
 Namq; prius tristes fuso sale condit vndas :  
 Reddedit & dulces ; bibuliq; vligine campi  
 Inde noua afferst, rerum emicuere feraces,  
 Cum Hierocunitinis Bethalon fait, atq; Bethalla,  
 Bettaraba, & Samara, cæpestris & Affra parata est.  
 Proxima Luza Cain Bethainq; secuta latentes  
 Post nemora, absinuit superum deterrita voce.  
 Luza quidem prisca fuerat de nomine dicta:  
 Plurima quod circum floraret mœnia inglans:  
 Atq; suburbanis frondo so colle propinquo  
 Regia sylua foret Luzei condita dextra.  
 Plurima qua solum florebat Amigdalus arbor.  
 Nix et longa viris, fætis & grata puellis.  
 In nemore hoc numen diuinum habitare fecerant,  
 Quod minor Isacides fugiens odia improba fratribus  
 Dum nemore hoc traheret sera sub nocte quietem  
 Vnde, & audiuit se se ter vocari.  
 Cum schalæ innixus celres descendere cælo

Atq;

Dauidiados Lib. V.

100

Atq; redire alios sursum Deus ipse iuberet.  
 Tum stupefactus (ait) somno experretus ab illo:  
 Terribilis locus hic, præcelsi hæc ianua cæli.  
 Hæc domus estq; Dei : patria que voce Bethellis  
 Dicitur : unde urbem Luza dixere Bethellem.  
 Iarephilæ vero super alta cacumina montis  
 In longum porrepta, ut Luza, latere nequit.  
 Non arces Berothis latuere, nec arduus Hemen  
 Collibus Emathiam scabris, Raphaimuè gigantum  
 Occuluit matrem : quamuis in valle iacevent.  
 Mille viros igitur portis habuere paratos.  
 Mille Recen fama est, Amosamq; Selamq; parasse.  
 Longius ast Helephon tercentum, Atquinq; ducentos.  
 Maspha memor veteris catus, & grandis honoris.  
 Quo super excelsas fuerat dignata repente  
 Antiquasq; urbes ut Regia sceptra darentur  
 Post habuiss aliis, intra sua mœnia Sauli  
 Benniamida primo Regi a Samuele perunetto,  
 Quinquaginta palam struttas dedit una cohortes.  
 Atq; decem turmas equium : cultoribus agros  
 Nec iuuit vastare suis ; nec ciuibis urbem  
 Deformare, nouos dum sperat, & ambit honores.  
 Sed Terela, & Solymis Berthania proxima celsis  
 Causando duxere sibi consultius esse,  
 Parcere subiectis, & damna cauere futura,  
 Berthanæ rector nam Lazarus æger agebat  
 Penè animam : tetro nec qui renocaret ab orco

N 4

Bartholomæi Bottæ.

Tunc aderat vates . Terelam incestabat amicam  
 Iam Ducus eleſti funus : miserosq; parentes  
 Ac desolatos dolor intestinus agebat.  
 Feruida sed bellis Gabaa, sublimis & olim  
 Præteriti Regis sceptro, pro viribus vnam  
 Trotinus armauit legioneū, equitesq; ducentos:  
 Quin ſupra vires cataphrattas addidit alas.  
 Et doctos vraq; manu versare cateias,  
 Atq; humeris pharetras gestare, arcusq; ſonantes.  
 Mille alios celeres cursu vultuq; minaces.  
 Hæc multo plures nimirum armauerat olim:  
 Quando tribus omnes fuit aua laceffere bello :  
 Ne perpetrati ſceleris daret improba pœnas.  
 Quas licet excisa tunc non euaserit vrbe,  
 Non tamen elatos animos poſuere ſuperbi.  
 Effraimæa tribus, qua non populosior vlla  
 Benniamidum latis cum proxima finibus effet,  
 Cumq; videret eos inſtructa tenere ſeorsum  
 Agmina , malle illos Regi ſua caſtra putauit  
 Iungere Dauidi, quām flamas addere nato ,  
 Iſpa quoq; ingentem pleniffima ſponte phalangem.  
 Armauit peditum, clipeatas ære cateruas .  
 Atq; ſuis equitum turmis inſtruxit : vt illis  
 Alarum in morem circundata cautior effet.  
 Dum campis legio procederet vndiq; apertis.  
 Nec mirum : tribus iſta Ducum belli arte potentum  
 Tempore ab antiquo fuit inſtructissima ſemper.

Effraimæa

Dauidiados Lib. V.

101

Effraimæus enim totius gentis Iefus  
 Maximus extiterat Ductor: quo Regna ſubaltæ  
 Sunt chananæorum : quo tellus forte tributa eſt.  
 Huins reliquias & adhuc Tamnathasara ſeruat.  
 Vertice quam celo vñtor fundauerat ipſe  
 Effraini montis prouai de nomine dicti .  
 Effraimæa fuit vñtris & Delbora vates:  
 Isacidum populos sapiens quæ fœmina rexit.  
 Ductorem Sysaram (dictu mirabile) ſtravit.  
 Hæc chananæorum Regem ſuperauit Iabin .  
 Seruitio oppreſſos vindex hæc magna virago  
 Eruit Hæbræos omnes : pulchraq; potiri  
 Libertate dedit . palma tum deniq; parta  
 Palmam vrbem dixit, palmeq; reſedit in umbra  
 Effraimi montis nec non ſita rupibus Effra  
 Magnanimum Gedeona dedit, quo vindice tellus  
 A Madianæis populantibus omnia late  
 Libera vix tandem per pulchra pace quieuit.  
 Tunc etiam geminos acerrima corpora Reges  
 Effraimæa tribus leto dedit : horrida, truncis  
 Secum auulſa ferens capita, in deserta relictis.  
 Effraimæa fuit licet execranda parenti.  
 Abbimelecf proles, fratrum populator acerbus.  
 Praefuit ille tamen populis: ſtragemq; repente  
 Hostibus incuſſit, bellando acerrimus vñtor.  
 Illum experta fuit Sychimorum vrbis inclyta quondam  
 Expugnatorum durum : ſuccensaq; Theba

Bartholomæi Bottæ.

Eiusdemq; tribus fuerat pharctonius Abdōn,  
 Non solum populi dux, sed & Arbitr̄ aequus.  
 Ergo diem venisse videns quo sceptra liceret  
 Dauidi iusto Regi intercepta resumi,  
 Efframia tr̄iūbus se se vī deuota probaret,  
 Millia plura virum reliquis armauit, ab amne  
 Iordanē incipiens, & ab urbe Bethellis, ad usq;  
 Gazareos fines, & ad aequora maxima campi.  
 Non Sanir, aut Ramathx sapientum congrua sedes,  
 Non Phanuel, non Regia Bersa futura relicta est.  
 Non reparata Silos, qua dudum mobile templum  
 Substiterat fixum per tempora multa sub Heli.  
 Nec someri montis sunt oppida culta relicta.  
 Vnde caput regni Samaræa, futura sebaste,  
 Acceptura fuit nomen missuræq; genicm.  
 Non tamen armatos Solymorū ad mœnia missis  
 Aut vada Iordanis passa est transire, sed omnes  
 Finibus extremis præcepit adessi paratos.  
 Vallis vbi Illustri longo sine vortice traetū,  
 Quam secat vnda fluens Iordanis ad aequora salsa  
 Oppida principio fert ditia multa, deinde  
 Alitum sola celebratur voce canentum.  
 Fons & il i Taphu & nitidis argenteus vndis,  
 Vnde per exiguis diducitur amnis ad arua,  
 Quæ facit irriguis passim fælicia riuis.  
 Non tamen expandit fratri secumq; moranti  
 Efframia tr̄iūbus testa hac commenu Manassi.

Nam

Dauidiados Lib. V.

102

Nam citra fluum quondam data fortis auitæ  
 Inter fraternalas vrbes cognataq; regna  
 Dimidiata tribus posse derat oppida multa.  
 Ergo videns acies atq; agmina tanta parata  
 Non Solymam (vt iussum fuerat) petuisse rebellem  
 Cum reliquis tribubus nec castra secuta tyranni,  
 Sed patrio residere solo, finesq; tueri.  
 Dauidem iustum Regem rata velle souere,  
 Auxilioq; lenare viros sibi sanguine iunctos.  
 Iustitia & pietas quibus optima causa duelli.  
 Ipse quoq; in Magedo facili vligine campi  
 Atq; frequentata populorum diuite cultu  
 Armatas Equitum turmas, peditemq; cohortes  
 Protinus accintas hinc inde sub arce Manasses  
 In numerum cogit, duxoribus atq; resignat.  
 Semida Dux primus, quo Nepheca diues alumno  
 Exultat forti: Regmæ Bersa secundo.  
 Scythopolim hanc vrbem seri dixere nepotes.  
 Tertius assiduo venatu durus Achimas,  
 Quem Tenachos misit vix instaurata ruinis.  
 Proxima cui paret sylvisq; recondita Iebla.  
 Ultima Doræus princeps tenet agmina Machir  
 Machir equum fortis domitor, domitorq; ferarum.  
 Neptalidæ vero, quos olim Delbora vates  
 Eloquio dulci docuit post horrida Bella  
 Fæminea confecta manu mulcere virorum  
 Aures, ac summi Regis celebrare triumphos.

Bartholomæi Bottæ.

Inuiti aduersus psaltem mysteria Christi  
Carmine dulcisono pangentem sacra futuri  
Arm i mouent : ducuntq; nephias vexare parentem  
Communem . sed ne videantur amare ruinam.  
Centum oratores Solyman misere disertos,  
Qui populi, trucis atq; ferocia corda tyranni  
Lenirent verbis, & pulchræ pacis amorem  
Insererent, plusquam ciuilia bella docendo  
Perniciem quantam sint allatura duobus  
Regibus, vnius gentis, natoq; , patriq;  
Ac sumnum imperium, in summum discrimen agendū  
Nam v'lt exiguam concordia pectora grandens  
Rem iudicorum fecerunt, donec in amplum  
Euasit regnum longè lateq; repressis  
Finitimus : quorum tulimus inga sepe subasti.  
Sic noua disiunctis animis discordia Regum  
Ex magnis paruas facient res deniq; nostras.  
Verum vbi legatos insignia pacis olimuam  
Præ se tendentes feralis curia spreuit:  
Copi i nec fandi coram est concessa Tyranno.  
Quin accusari potius quod inania verba  
Maluerint secum meditari, quæ ore referrent  
Quam ferro struflas acies adducere iussi.  
Neptalidæ irrisos se se, ac sua spreta dolentes  
Confilia, armari iussere repente iuuentam.  
Vrbibus ex cunctis centum scripsero cohortes  
Et totidem turmas Equitum fulgentibus armis

Dauidiados . Lib. V.

103

Iamdudum instruētas, quas oratoribus ipsis  
Eiectis Ducibus belli parere volebant.  
His se se vlcisci tacita mandatur in aure  
Ut decus id gentis quæ tempore floret vtroq;  
Non metus armorum , belli clarescat in aetū.  
Montibus ex altis Cædar, Cædeia misit  
Agmina, cui libanus media plus parte niualis  
Veloce cursu, ac pugnaces misit agrestes.  
Horrida quos facies, glacie concretaq; barba  
Terribiles facit esse viros, belloq; minaces.  
Hi capreis soliti rapido contendere cursu,  
Vnguis vrsorum captamq; auertere predam.  
Venatu assiduo pascuntur, & antra ferarum  
Rimantur gladiis : catulosq; impune trucidant.  
Ast alia de parte ruit nemorosa iuuentus  
Antiqua excedro longas, veteriq; cupresso  
Vibrantes bastas dextra, clipeosq; sinistra.  
Frondis odoratae galeis sua ferta gerebant.  
Nam Cyparissus eis pro cono in casside surgit.  
At quæ radices libani, propioraq; ponto  
Arna colunt, pinguis Nason, Sammanis Helebba  
Admiscentur eis Adamis, Nccceba, lachisq;  
Mutatura olim Tiberino a Casare nomen,  
Nec non Paneadis fortasse ex pane vocanda.  
Hanc prope bisgemini nec largo limite fontes  
Divisi erumpunt, seiunctis & margine currunt.  
Haud longo : sed enim fluvium curvantur in vnum .

Bartholomæi Bottæ.

Ior fluit a dextra, Dan leua, flectitur intus  
 Atq; petit fratrem, notoq; reconditur alufo.  
 Compositum nomen sacer hinc Iordanis habeto.  
 Utq; duos amnes flumen coniungis in vnum:  
 Sic tua vis maior celestibus addita verbis  
 Diuisas gentes populum coniungat in vnum.  
 Agmina Neptalidum venientia suscipit amplio  
 Neptalis vrbs gremio, Ducibusq; coaptat amicis.  
 Recreat & fessos, tcelis quoq; munit inermes.  
 Instructos armis Galilæa per oppida spargit,  
 Quæ cenerethe lacus piscois abluit vndis.  
 Imperioq; Ducum iubet illic esse paratos.  
 At Zabulones medii gens accola ponti  
 Qua Tyrus & Sydon tendunt phœnicia regna,  
 Imperia amplexi scelerata, repente iuuentam  
 Armis instructam lissenis vrbibus omnem  
 Eduxere, Duces legionibus atq; dedere.  
 Ieptaphilem primum quem vallis Iaschia misit  
 Prepositum classi, quam Rex armauerat olim:  
 Finibus a patriis Cilices arcere piratas.  
 Cum iussisset ei Tyriisq; fauere propinquis.  
 Subducta ad terram debinc classe latrunculus exit.  
 Prædonum ac princeps syluis errabat opacis.  
 Nunc Regem naetus similem sibi, tecta ferarum  
 Exili reputans finem spelæa reliquit,  
 Dux accersitus ceu Iepte conditor vrbis  
 Ieptaphyles olim fuerat renocatus ab illis;

Qui

Dauidiados Lib. V.

104

Qui se se expulerant peregrina matre creatum.  
 Hunc Daberetha cohors, & casæ lettha secuta est.  
 Quæq; mari asc. condit leua Medæa relicto  
 Florentem Ieconam torrentis ad vj; Sarithbi.  
 Debbasathæa venit regi ad lepibæa signa.  
 Post hunc Abbialon atavi de nomine dictus  
 Iudicis: hebreos olim qui rexerat omnes  
 Oblatus ductor Iedaba venientibus vltro.  
 Ardua queis Sembros: Malole, Thefer, atq; Thacafis  
 Occurrere, Duce m & pariter comitantur eundem.  
 Ampharium Remona Duce Cana forte secuta est.  
 Consita quæ raris est vitibus, vnde carere  
 Saepè solet vino: carituraq; tempore multo est.  
 Donec in aduentu nati melioris Iesu  
 Lympha sit in dulcem simplex conuersa lyeum.  
 Prærupto Nazara iugo descendere præcepis  
 Visa fuit, Regemq; pium correpta furore  
 Extinxisse volens, (qui mos sibi deniq; mansit.)  
 Ductori potius se se subiecit iniquo.  
 Quam fœlix insana fores si rura colendo  
 Mellifluis apibus semper Nazara vacasses.  
 Nec Nazaræum furia mente petisses.  
 Florida nunc etiam starent tua mania Christi.  
 Prætendente tibi cœlestia numina pacis.  
 Precipitem puerum misit Galilæa Nais  
 Millibus instructum multis, quem morte future  
 Pallentemq; genas, flentemq; miserrima fleuit.

Bartholomæi Bottæ.

Hunc equidem lugere potes, quem cernere nunquam  
Fas erit extinctum, alitibusq; ferisq; vorandum.  
Ast aderit tempus post tristia fata recepto  
Cum vidua atq; parens alio latabere nato.  
Nec minus inspiens vberrima pascua Dotha  
Cum gregibus letis & pinguis culta reliquit,  
Ut Naadem Nathonam Ducem sequeretur in armis  
Extemplo arreptis, ius contra, fasq; piuimq;  
Impia sic olim liuentia pectora fratrum  
In fratrem insontem poteras meminisse nephando  
More tuis furis acuisse repente, sed ausis  
Obstigit ille tuis: qui corda furentia nouit  
Comprimere: & sua fata malis educere gestis.  
Agmina despiciens Dothaia montis ab alto  
Vertice præcipiti occurrit Cathetia saltu:  
Et socias iungit turmas, peditumq; cohortes.  
Post Zabulonas simili genus Asere ductum  
Insequitur nimbo ac furiis agitatus eisdem.  
Nam prope maturas meses, resecandaq; prata  
Deseruit præceps, vitesq; ligone colendas.  
Horum acies ferro videas atq; ære micantes.  
& capite ad talos armati incedere sueti  
Nil metuunt iuuenes, aut tali fasce grauantur,  
Quin delectat eos potius fulgescere in armis,  
Arte laboratis multa, ac fuluo ære coruscis.  
Non oneri, at decori, sunt aptæ harentia dorso  
Fortibus arma viris, & scuta inserta sinistris.

DUX

Dauidiados Lib. V.

105

Dux somer, iis primus, someron qui condidit urbem  
Quam belli fulgur Moysis successor Iesus  
Funditus eruerat populo cum Rege perempto.  
Hinc quoq; mons Someros, regio Samarae vocata est.  
Dux Heber alter erat ditione potentior illo,  
Oppida namq; decem, multa & castella regobat,  
Finibus Alchatii, Carmeli montis ad oram,  
Affiduc resluis pelagi que tunditur vndis.  
Huic Calis, atq; Bethe, Messalis & Axaba parent.  
Huic Ama, cum Syore, & Labana Elmollathis obedit.  
Atq; Tyrum versus Bethagon, Hormamq; tenebat.  
Vallis erat domini, quam Leptabella vocabant  
Iephlatus atq; phoses Chamaallus Asopus & acer  
Iephlatus vt genitor sensu maturus & annis  
In Bethemothe domo reddebat iura quietus.  
Tres autem iuuenes inuito patre trahabant  
Tres equitum turmas Canaanis vrbibus Amma  
Neiela, atq; Chana: nec enim deleuerat Aser  
Sedibus iis gentes: sed eas ditione premebat.  
Ast Helenum furtim rectorem Temna fecellit.  
Ductor enim lectus solis vt finibus hostem  
Feruidus arceret suspecto hoc tempore belli.  
Agmine collecto reliquis ex vrbibus acri.  
Post Iephlatæos scelerata ad bella tetendit.  
Nescia propositi pedites dedit Aphega mille,  
Aziba quingentos, totidemq; dedere Roboæ.  
Osa quadringentos, tenuis dedit Acra ducentos.

O

Bartholomæi Bottæ.

Arua quoq; Ammonis centum : centumq; Caballa  
 Nec minus Aseridis ruit Isachareia proles  
 Mota furore nouo bellandi aduersus amicum  
 Et Regem, qui illos exemerat ante tributis,  
 Seruitio atq; graui, duraq; tyrannide Regis  
 Phenicum, fastu qui se super astra ferebat.  
 Progenies male grata, & onagria iure vocata,  
 Ductorem nam calce tuum incrassata petisti.  
 Quatuor ardentes sublimi vertice montis  
 Carmeli fratres furiata mente ruebant  
 Isachari quondam referentes nomina prolis  
 Bis binas equitum turmas secumq; trahebant.  
 Armatas partim ferro, partim ære choruso.  
 Mons hic carmelus non rupibus horret ab aspis  
 Non riget vrenti glacie, non feruet ab astu.  
 Temperat ardentes radios leuis aura fauoni  
 Spargitur equoreis hyemeatq; tepentibus auris.  
 Hic agros videas cultos hic mollia prata.  
 Saltibus hic latis cernas armenta vagari.  
 Atq; greges syluis errare virentibus illic.  
 Vatibus antiquis statio gratissima quondam.  
 Hic stetit Helyas, cui cælum paruit olim.  
 Seu claudi vellet, ne terras spargeret imbre.  
 Cæde profetarum infectas, cultuq; Baalis.  
 Regis & iniusti, consortis ob impia facta,  
 Siue relaxari pacato numine tandem  
 Cæde nephandorum placidissimus ore inheret.

Hie

Dauidiados Lib. V.

106

Hic erat Helyas, cum zelo feruidus ignes  
 Orando elicuit sanctos ex aethere summo.  
 Qui sacras carnes adolerent : numinis vnde  
 Indicium veri, populo id poscente pateret.  
 Hoc in monte sedens erat ardentissimus Heros  
 Cum semel atq; iterum flammis vtricibus usit  
 Quinquaginta viros rapido labentibus axe.  
 Carmeli montis videre cacumine summo  
 Trans vada Iordanis cum raptus ab alite curru  
 Per conuexa poli vates hic Thesbius auras  
 Scinderet insuetum per iter mortalibus agris:  
 Donec ad excelsam paradisi scanderet Eden.  
 Nunc vbi viuit adhuc prisco sociatus Enoch.  
 Carmelum hunc montem colnit mirabilis alter.  
 Helyas sidus comes, ac virtutis alumnus,  
 Prodigii vates Helyseus abductus aratro  
 Nempe Naamanem lepra mundauit ab atra,  
 Terq; quaterq; sacra ablutum Iordanis in vnda.  
 Ac per eum sterilis dorata est hospita nato.  
 Sunamis, ac vita functum reparauit eundem.  
 Clariuit his viuens signis & mortaus iisdem.  
 Condita sarcophago dudum (mirabile dictu)  
 Osse viri sancti mox ut tetigere cadauer  
 Fortuitu in tumulo proiectum, protinus inde  
 Exiliit vita donatus, & acer anhelans.  
 Qui se se extulerant dorso rediuius inhesit.  
 Et dubitamus adhac meliori degere vita

o 2

*In domino vita funitus? ac figere sacris  
Oscula reliquiis, qua possunt reddere vitam?*  
Hinc Tabur, Hermoniusq; illuc misere cohortes  
Bisdenas peditum, quos funda volubilis armat,  
Torrentum & lapides electi: nam neq; glandis  
Vsus adhuc ferri: nec adhuc pila cognita plumbi,  
Quam tonitru simili iaculatur ferrea bombo  
Machina, sulphureo cum plena recanduit igni.  
Ozius his torri princeps armatus obusto,  
It comes, ac socios simili trahit ære coruscos.  
Signifer at Ieriel frondentem ex ilice ramum  
Pretendens celerabat iter, quo iungeret agmen.  
Proximus iis Samuel, remanum cum lepse Raphæan  
Exemplo simili socios ac arma parantes  
Fatidico ventura canens absterruit ore,  
Victorem patrem prædixit quippe futurum.  
Quod noua progenies ipsius semine Regis  
Exoritura foret post pluriña secula Bethle,  
Quæ coniuncta Deo Taburi de vertice sacri  
Iussa nouæ legis esset miranda daturus.  
Atq; ibi principibus qua nam sua gloria magna  
Esset apostolicis demonstratus abunde.  
Nam facies Diui tum Sole micantius ipso  
Fulsura est, niuis & candore nitentis amictus,  
Tunc apparebunt duo culmina legis auitæ  
Helyas superis, ac Moses raptus ab imis.  
Tum superadueniet summa de lapsus ab æthra

Lucidior

*Lucidior nymbus qui pectora lumine obumbret.  
Soletur mæstos, animi q; refrigeret astus.  
Tum pater omnipotens vocem dabit æthere claram  
Terrifico tonitru posito, qua celitus illum  
Progeniemq; suam testetur, & esse colendam.  
Iam nunc & sacra propiori numine sylua  
Incipiunt horrere, quid ergo tela paratis?  
Nuunquid & in Diuum bellari impune putatis?  
His Samuel dictis fratres absterruit illos,  
Ne simul irruerent correptis vndiq; telis  
Aduersus Regem patriæ, Christiq; parentem.  
At non Hermonio venientem Iesia vates  
Atq; Michaelem cum f; atre coercuit vllus.  
Sed nec apum tenuit glomeratum sedula cura,  
Atq; gemiscutum morbis aluearia circum,  
Cum nec opes solitas legerent per florida prata,  
Vnde sibi ceræ fluenter & dulcia mella.  
Dulcia mella Rhymo nulli redolentia montes  
Hermonio rberius se se producere iactent.  
Oziadas Senum & Rebotha malesana ruentes  
Vitibus atq; suis oblitera Remethia pomis  
Ardentes armata Duces sine more secuta est.  
Hennada mille viros totidem quoq; sensena misit.  
Rupe procul sitiens quingentos nobilis Afra.  
Quingentos Casalotha dedit, Nabarotha ducentos  
Cessia tercentum, minor at Bethfesia centum.  
Atq; quadringentos a retibus abstulit vdis*

O. 3

Bartholomæi Bottæ.

Proxima Iordani Bethsemia pisce redundans,  
Agminibus iunctis Solymorum mania cuncti  
Littorea petiere via, nam planior extat.  
Cunq; per anfractus varios ventum effet lopen  
Indæ portum, grandem iuuenere cateruam  
Classibus aduectam, tacitus quam Danus agebat.  
Omnia signa Ducum coluber sinuosus obibat.  
Vexillo ipsis nomen referentis autum  
Quadrupedantis equi diro pedis vngula morsu  
Apprendebatur parui cerafis ab ore.  
Vulnere letali rueret quo sessor & ipse.  
Res signata brcui siebat carmine nota,  
At nos inde tuum Deus oppriemur Iesum.  
Ductorem hunc primum de Lescendane profecti  
Eximia vrbe procul posita, atq; in finibus ipsis  
Tercentum astabant equites, mediumq; tenebant.  
Capta per insidias quondam, & succensa repente  
Vrbs ea nimirum, fueratq; recondita postquam  
Vistore a populo : debinc munitissima semper  
Præcipua turmis Equitum stetit unde tueri  
Hoste repentina procul ipso a limite posset.  
Ex Saraa, Sanson pedites ducebant & Esta,  
Mille viros fortes, totidem quoq; solis ab vrbe,  
Quam dixere Semen : atq; ex Selbene ducentos.  
Sexcentos Ailon, Helon, Ierela atq; trecentos,  
Themnaq; nongentos dederat populosior illis,  
Quod plenæ deerat legioni nobilis Acron

Helcheta.

Daudiados. Lib. V.

108

Helcheta, Lebtonæ, Baaladis, & aspera saxis  
Suppleuere citæ Sansonis amore vetusti.  
Cuius erat nouus hic Sanson pulcherrima proles  
Indolis egregiæ iuuenis fortissimus unus  
Daniadum : proaui quem fortia facta iuuabat  
Sepius audire, & legere, ac simul ore referre.  
Præterea pītam clamidem gestare solebat  
Arte laboratam multa, quam discolor auri  
Bratteola ambibat roseis interlita guttis.  
Fortia facta Ducas proaui Sansonis in illa  
Textilibus cerni poterant expressa figuris.  
Nam manus artificum discrucuerat ordine gesta  
Connexas caudis centum discurrere vulpes  
Accensis facibus, canasq; exurere messes  
Phanicum extremas longæ lateq; per oras  
Cernere erat, mixtos simul ex ardere colonos.  
Traditus, vtq; neci malæ dabat osse reperio  
Mille viros : totamq; aciem terrore subactam  
Huc illuc latos videas errare per agros :  
Fulmineis oculis ipsum insectarier hostes,  
Pallantes illos furuis se condere syluis.  
In chlamidis summo raptas vtrimeq; columnas  
Fortiter excutiens magnas prostrauerat ades,  
Sumeret vt moriens effuso lumine pœnas.  
Sansoni frater Manuel Iethremone multas  
Traxerat, & Banea, Barea, ac Hiericone cohortes  
Ast Areton equitum turmas transmiserat octo.

0 4

Bartholomæi Bottæ.

*Agmina quas claudens Amiel patruelis agebat  
Diciturum fratum : qui stirpe creatus eadem  
Ut notus fieret clipei septemplicis orbe  
Autorem stirpis lacerantem in frusta Leonem  
Ostentabat apes multas ex ore vomentem.  
Carmine rem tantam, ac solo problemate signans.  
Ex vescente cibus : dulcedoq; venit ab acri.  
Finibus ex cunctis tribuum diduxit Amasias  
Has omnes equitum turmas peditumq; cohortes  
Vsq; Hierosolymam. quibus Absalon impetrat hostem.*

Dauidiados V. Libri finis.

IO. AVGUSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In sextum Dauidiados argumentum.

Monosticon VI. Libri.

Pugnatur sexto. genitor flet funera nati.

ARGUMENTVM.

A Drida Iordanis traieetas ponte phalanges  
Absalon enumerat, patri excidiumq; minatur.  
*Obsessi*

Dauidiados Lib. VI.

109

*Obsessi erumpunt muris : pugna aspera surgit:  
Caduntur solymæq; acies, primi q; tribunt.  
Palantes socios iuuenisq; , & duxtor Amasias.  
Compescunt, pugnamq; ineunt præstantibus ausis.  
Abbisais Ioabusq; dolos sensere phalangis  
Benniamidum, atq; illos crudeli marte trucidant.  
Concurrunt odiis, morientum est vndiq; clamor:  
Fulminat hinc Ioabus, furit illinc acer Amasias:  
Absalon aduersis cernens ruere omnia fatis,  
Per sylvas fugit, & suspenso crine necatur.*

BARTHOLOMÆI

BOTTÆ.

Dauidiados. Liber VI.

**V**Ix Dudum poterat furiis agitatus iniquis  
Absalon aduersus populoru ad Regia castra  
Finibus ex positis longe, latæq; morari.  
Consiliis procerum assiduis necumq; retentus,  
Mox ut Daniadas claudentes agmina vidit.  
Protinus arma vocat, sociis iubet arma capeant.  
Classica iamq; sonant, reboat clangoribus æter.  
At tu qua Charitum mitissima voce canora  
Hac tenus assistis mibi, musa Theotaris oro,

Nunc armata veni, flammisq; accincta coruscis.  
 Ut litui grauiore sono iam percutis aures  
 Exterius ratis : sic mentem accende superno  
 Quo veluti fornax intrinsecus ardeat igne.  
 Tu quoq; bellipotens virtus qua iussa fugasti  
 Sedibus æthereis fratres noua bella cientes.  
 Quæ tumidos etiam strauisti iussa Gigantes.  
 Turbine correptos rapido cum mole parata,  
 Qua cœlos audi discindere posse putabant.  
 Hinc labiis hominum confusis, sparsa per orbem  
 Immensum humani generis sunt semina dura.  
 Quæ pharios etiam currus redeuntibus vndis  
 Hausti, & populum ac Regem cervicis abcnæ.  
 Quaq; modo has turbas cum gnato Rege rebelli  
 Perdere iussisti, summo id mandante parente,  
 Tuq; , sororq; Theocaris , aspirate canenti.  
 Vos meministis enim, & rati memorare potestis  
 Nomina magnanimūm, præclaraq; gesta virorum.  
 Qui licet exigui numero fælicibus ausis  
 Rem tantam & vobis potuere fauentibus ipsis.  
 Absalon accinctus gladio & fulgentibus armis  
 Ut se conspicuum medio videt agmine tanto  
 Duxorum ac procerum, stipantibus aq; cateruis  
 Hinc inde innumeris, extollitur ore superbo.  
 Quo sursum a mento proceres supereminet omnes,  
 Cæsarium quatiens flauam ceruice sub ipsa  
 Volutur ut coluber sinuosus, oberrat, & ambit,

Per

Per fas atq; nefas facinus complere paratum.  
 Ergo inter primos Hiericuntem tendit ad vrbem,  
 Dehinc deserta petit, quæ ferro vastat & igni  
 Galgala : quod partes se spreto adiisse paternas  
 Sensit : ibiq; locat metatus castra propinquaque  
 Jordani fluvio : donec pertranseat omnis  
 Ponte superieatto liquidis exercitus vndis,  
 At pater interea fulta formidine in vrbem  
 Rerabit atq; equitum turmas peditumq; phalanges,  
 Hostis ut errandi spacio vberiore relicto,  
 Esse potestatem sibi factam credere possit,  
 Per latos igitur transacto flumine campos  
 Discursu vario, laxisq; feruntur habenis,  
 Desertas adeunt villas municaq; circum  
 Sicubi sunt castella petunt, aditumq; reposcunt.  
 Si minus, excidium ferro minitantur & igni.  
 Haud secus ac torrens montanis imbris austus  
 Aggeribus fractis ripas superarit, & omnes,  
 Oppositas moles disiecerit æquore campi,  
 Funditur, ac latæ caulas populatur apertas,  
 Siqua domus campi in medio fortasse resistat,  
 Cui situs emineat, scopulus velut æquore surgens,  
 Siue manu aggeribus iactis municaq; muro,  
 Voluitur ille ferox circum, frustraq; remugit,  
 Sic Hebreorum stantes circum oppida turmae  
 Fortia frustrantur : voces iactantur inanes,  
 At Rex Dauides simulato mœnia cautus

Clausa pauore tenens acies disponit, & armis  
 Instruit: excuitq; animos, & suscitat iras.  
 Ordine quo iuncti certent, scindantur in alas  
 Interdum. excipient venientem ut canticus hostem.  
 Auxilia inq; vicem rigiles ut mutua praesent,  
 Edocet: vtq; fugam simulent, hostilia donec  
 Agmina turbari, turbataq; posse refringi  
 Cupidibus versis cernant. tunc ora reflecti,  
 Tum premere incertos, tum cædere tempus intermis.  
 Vnum illud seruent omnes, præq; omnibus vnum,  
 Principibus parere suis ut quisq; laboret.  
 Suppiciat quicunq; ducem, vexillaq; seruet.  
 Stet Dux imperio, redeat, procedat in hostes.  
 Hæc ubi iussa dedit cunctis: expandere portas  
 Imperat, & iernas acies irrumpere certo  
 Ordine (quem dederat) triplici q; subesse magistro  
 Triginta Heroas populi dedit esse tribunos.  
 His Hecatontarchas fullecit, eisq; Decanos.  
 In iernas acies populum partitus, toba  
 Praefecto castris primam dedit: Atq; secundam  
 Ab his fratri. iernam Gelheus Elihas  
 Trahandam accepit, quoniam vir catus & acer  
 Consilio atq; manu forticiter arma gerebat.  
 Ipse deinde sedens medio Rex limine portæ  
 Instructas acies sua sub vexilla iubebat  
 E portis exire, vagosq; irrumpere in hostes.  
 Quin etiam certus palmae, super hoste rebelli

Principibus

Principibus mandata dabat: ne seuius vlti  
 Autorem sceleris, tamen & sua pignora cara  
 Forte trucidarent: sinerent sed viuere captum.  
 Nam fore sperandum, duram ut clementia mentem  
 Patria mutaret: fugeretq; superbia victo.  
 Si timen indomito pharaone proterius esset  
 Mollirent animos tum ferrea vincula duros.  
 Nec pius abstinuit lachrymis, dum talia maestus  
 Iussa daret, nati vita super hostis acerbi.  
 Est locus Effraymi ad saltum cognomine dictus,  
 Effraymi sorteem contra procul amne sequestro,  
 Manaymen versus campis patefactus apertis.  
 At dorso, incumbunt sylva, latebrisq; ferarum  
 Undiq; perffusus foueis, & saltibus atris.  
 Absalon hic acies campi dissoluerat ipsa  
 Planicie: latæq; alas diffuderat omnes  
 Nil metuens, urbemq; ipsam obsidione petebat.  
 Inde erupturos nec enim sperauerit hostes.  
 Quod dudum audierat se se intra clausa teneri  
 Mæniu: & aggeribus ac fossis velle tueri.  
 Ergo alacres cuncti fistris, sonituq; tubarum  
 Ibant exciti, & clamoribus aera crebris  
 Pulsabant, fusi, seruatoq; ordine nullo,  
 Contenti & levibus solis iacularibus armis,  
 Per campos urbem versus sine more ruerant.  
 Ecce autem aduersa ueniens ex urbe phalangis  
 Vnus, itemq; Duo, in cuncum, tres inde redactæ

Bartholomæi Bottæ.

Hinc atq; hinc aucto numero tum quinque sequuntur,  
Post alii, atq; alii plures, ac semper abundant,  
Ordine quiq; suo graduntur passibus æquis:  
Totæ deinde phalanx apparet prima, tacensq;  
Improuisa venit, medios Dux primus Iobas  
Mente manuq; ferox hasta prorumpit in hostes:  
Oblatumq; Pharen transfigit pectore in ipso.  
Iezæl simili Zaram transuerberat iætu.  
A dextra, leuaq; Sobi in fronte Ioannes  
Hieremias Onan vertentem tempora ad Herum,  
Quem Iezabadas nudata per ilia fixum  
Acer & antenolans pilo impingebat acuto.  
Confestimq; alii ceciderè repente tribuni  
Congressu primo fossi, solo ore minaces.  
Qui solymis primi exierant scelerata trahentes  
Agmina, qua stupefacta Ducum præ cæde suorum  
Tam subita, cursum ac vocem tenueré, nec ausi  
Hiscere, sedstantes clipei labentibus ipsis  
Suscepere illus venientum pectore aperto.  
Prolapsi scelerum mixto dant sanguine pœnas.  
Qui propiore loco fuerant virinq; videntes  
Occubuisse Duces Solymorum, vndaq; repente  
Millia dena virum prostrata iacere per agros,  
Expauerè, sibiq; fugam duxere salubrem.  
Dorsaq; vertentes abiectis protinus armis  
Ut fugerent, Turmis properantibus ecce suorum  
Impingebantur, voluebanturq; retrosum.

Aud

Dauidiados Lib. V.

112

Aut fodiebantur porrectis vndiq; telis.  
Exoritur tali concursu clamor ad aurás.  
Turbatur si quis fortasse remanserat ordo.  
Fertur Eques, mixtusq; pedes sursum atq; deorsum.  
Sic Indæ subuersa tribus dispergitur aruis.  
Non secus ac tauris in prima fronte locatis,  
Senarum incursu subito cum fortè ferarum  
Pastores lapsi fuerint ex ordine primi,  
Ut videre Ducum laniata armenta suorum  
Corpora, per terram & fædata cruore reuolui,  
Instantesq; feras procurrere dente minaci  
Retrouersa ruunt, perturbant tarda sequentum  
Corpora, concilcantq; greges fugiendo: minores  
Saltibus buc illuc sparguntur. Et auia quæq;  
Pulsa petunt, densæ mittuntur ad æthera voces.  
Absalon, ac proceres, peditum quoq; rector Amasæ  
Qui reliquas acies cogebant agmine certo,  
Cum primum tantos sensere in fronte tumultus,  
Cunctari primum, mente & turbarier omnes.  
Dehinc fremitu vario lapsis succurrere rebus  
Inducunt animos numero millite freti.  
Nunc animis opus est, ac factis inquit Amasæ  
Non vacat ore viros accendere ad arma diserto,  
Sed tantum iuuenes licet ore ciere canoro.  
Nostra opus est imitanda viris proponere gesta  
Rex cape tela manu, atq; indagine cinge virorum  
Hos longa: ne qua valeant euadere saltus.

Bartholomæi Bottæ.

Eia nos proceres unda tendamus in hostem.  
Vndiq; nos turbæ uallabunt, sicq; sequentur.  
Este uiri fortes, uictricia sternite signa.  
Nec plura his, longam multa ui corripit hastam.  
Ac simul urget equi duris calcaribus armos.  
Instructiq; Duces currentem hinc inde sequuntur.  
Cuncta suis dant tela locum Ductoribus, illi  
Fulgoris instar eunt . resonat clangoribus aether  
Multarum tribuum post illos signa mouentum.  
Quos procul ut uidit uenientes acer Iobas  
Triginta Heroas ad se uocat agmine ab omni:  
Qui Regem soliti Dauiden undiq; tetis  
Corporibusq; suis bellantem cingere : nequa  
Impetuosa manus in eum consurgeret astu.  
Stant ueluti turres : iaculantur & undiq; tela.  
Fulmineoq; rotant pugnantes comminus ense  
Peruigiles oculis, ipsa facieq; minaces.  
Ancipites utraq; manu letalia semper  
Vulnera condensant, semperq; ferire parati.  
Non globus bos densus, cuneus uè irrumpt acutus,  
Immanis uè Gigas & quantuscunq; feratur  
Terrere, haud ualuit gradientes pellere passu.  
His circumseptus princeps occurrit Amasæ.  
Ac ueluti nubes si Aquilone ferantur in Austrum,  
Turbidus occurrat Notus : ac uehementior inflet.  
Fulgura multiplicant, tonitru ruit undiq; cælum.  
Parte alia Abbisais princeps & frater Ioba

Cui

Dauidiados Lib. VI.

113

Cui fuerat commissa phalanx a Rege secunda,  
Benniamin impetiit : qui se diuiserat astu  
Callidus a reliquis tribubus sive duabus inani,  
Quod sceptris iterum posset regnoq; potiri ;  
Si patris ac gnati interitus foret unus utrinque.  
Regnanteq; tribum delesset mutua cedes.  
Castra igitur latos dum metaretur in agros,  
Et positis armis tentoria figeret ampla.  
Ecce ex obliquo veniens superaduolat hostis,  
Ut Lupus inter oues matat populumq; Ducesq;  
Spargitur buc illuc fugiens ignobile vulgus.  
Ast equitum excipitur turmis : quæ cingere circum  
Alarum in morem iussæ, ne euaderet . vllus.  
Effraimæa tamen tribus ut quæ simplicemente  
Benniamæa proli se se coniuxerat ante,  
Ut Regi auxilium Dauidi ferret amico,  
Traxerat & secum fratris pia castra Manassis :  
Mox ut vidit eos hostili more necari,  
Aduertens merita multari morte dolosos,  
Protinus e medio cum fratre recessit eorum,  
Ne similes lueret pœnas quasi conscientia fraudis.  
Quin magis exclamans Dauides viuat amicus.  
Seposta & capit arma furens, socia agmina iungit.  
Insequiturq; hostes, quos ante putarat amicos.  
Benniamidæ miseri retro sternuntur & ante.  
Nec capere arma valent nimio terrore subalti.  
Disfugint ergo pauidi, huc illucq; fugantur.

P

Bartholomæi Bottæ.

Nec spes vlla fugæ superest circum vndiq; clausis.  
 Quod reliquum est miseris, nec desperatio dura.  
 Casse retentarum perstringit, more ferarum.  
 Ergo flagell. intur, ceu messis tempore fruges,  
 Cum duri agricolæ certatim brachia tollunt,  
 Ictibus excutiant vt farra tenacia crebris,  
 Tertia digredens acies quam dicit Ethais  
 Ascalonitas campo speculata morantes,  
 Atq; palestinos omnes certamine viso  
 Subtrahere, vt iussi fuerant ex ordine toto;  
 Ac positis signis tacito concedere gressu,  
 Proxima littoribus myrteta latere volentes,  
 Insidiasq; simul meditari, si potis vlla  
 Partibus excisis foret, vt superaret vtrorsq;  
 Eia age rumpe moras omnes exclamat Ethais  
 Signifer, obliquoq; hoc limite dirige gressum,  
 Tota cohors peditum præuentem prompta sequatur.  
 Vos equites rapido cursu contendite collem  
 Prendere, qui mediis fugientes separat hostes.  
 Agmina vos illinc venientium figite telis.  
 Atq; arcete procul, ne cliuum scandere possint.  
 At nos hinc alios iaculis fodiemus acutis,  
 Dum procul inseguimur : sed comminus ense metemus  
 Nec plura his : videas equites apprendere collem,  
 Atq; hastis fodere occurrentia corpora longis.  
 Missilibusq; arcere procul properantia sursum  
 Agmina : donec iter varium disquirere longo

Circitu

Dauidiados Lib. VI.

114

Circitu, ignotasq; vias tentare repulso  
 A cliuo longè videre per æquora compi.  
 Tum descendentes paucis in colle relicis  
 Per cuneos Equites captao tempore densos  
 Turbatas acies vario cursu atq; recursu  
 Irrumpunt hastis, & comminus ense trucidant.  
 Calcibus alipedum plures sternuntur equorum.  
 Quin rabido morsu lacerantur & vndiq; plures.  
 At precedentes transacto colle cateruas,  
 Aggreditur veniens Dux impronitus Ethais  
 Cum forti legione virum, subitoq; timore  
 Percusso sternit, mactat, laceratq; dolosos.  
 Consilium omne rati quia nam fraudesq; retectas,  
 Pectore turbati sunt, quasq; inferre parabant  
 Insidias aliis, se passos esse putarunt.  
 Ast acie in prima Boreæ de more ruenti  
 Ac circumsepto Ducibus ceu nubibus atris,  
 Ut Nothus imbrifera turbans caligine cælum  
 Nigrum bymemq; ferens aduerso occurrit Amasæ  
 Triginta magnis Heroibus auctus Iobas.  
 Concursu primo crepuerunt eminus hastæ.  
 Fulgora quæ veluti volitantia vulgus inerme  
 Circunflans rapidis foderunt ictibus : atq;  
 Non numerum exiguum strauerunt aquore toto.  
 Magnanimi at proceres licet occurrentia vasto  
 Pectora pectoribus quassarint impete : fortis  
 Attamen vt turres ingenti mole steterunt.

P 3

Bartholomæi Bottæ.

Soli Ebronitis præfecti Sobal & rres  
 Non valuere graues quassati pectoris ictus  
 Belligeri Semma sifferre, quod inter vtrungs;  
 Prateriens humeris medius compegerat altis :  
 Costarum ad terram sed frasta crata ruere  
 Tunc Ebronitas Ductorum clade suorum  
 Vix resipiscentes videas secedere pugna  
 Seq; incusare, & quod tam falacibus ausis  
 Præcipiti annuerint turbata mente furore.  
 Corretoſ venia dignos iam dixeris esse.  
 Tardior istorum secessu factus Amasas,  
 Atq; Duces alii rapto decernere ferro  
 Ne quaquamq; duxere, rati quia robur in illis  
 Maximū erat, trahere & poterant cædendo sequentes.  
 At si vim viuis, animosq; adiungere coram  
 Forte iterum reuocare gradus in prælia possent.  
 Ergo fugæ cursum similem rapuere repente,  
 Qua breuior pugnæ visus fuit exitus illis.  
 Inq; globum stricti vadunt per tela per hostes,  
 Dant hostes, dant tela locum quacumq; feruntur:  
 Obvia ni facerent, rapuissent agmina secum.  
 Fulmineoq; sibi cæsis hinc inde repertis  
 Protinus ense viam strauissent limite largo.  
 Conflictu egressi diuertia nota petentes  
 Liberiore via fodunt calcaribus armos.  
 Ebronitarum cædentia ut agmina cursu  
 Anteuenient rapido: dictis & sistere cogant.

Ductorum

Daudiados Lib. VI. 115

Ductorum siquidem, præsentiaq; vrget Amasæ.  
 Terdeni at proceres, belli quoq; Rector Iobas  
 Nudatis stabant gladiis, ictusq; parabant :  
 Cum celeri iam dorsa Duces vertisse fugaces  
 In latus aspiciunt aquilis velocius ipsis.  
 Víctores igitur congressu prælia primo  
 Eiellis Ductibus dudum intercepta sequuntur.  
 Quos successus alit, spes & certissima palmae.  
 Quis cladem illius numeret stragemq; diei ?  
 Quos belli Ductor tetro demiserit orco ?  
 Sponte ferox víctor, causaq; ferocior ipsa ?  
 Quos uè alii secum Ductores ense necarint ?  
 Aspetto solo atroces dum regna tenerent :  
 Nunc fraude abiecti, vulgi instabilisq; furore.  
 Vindictam manibus iam iam palmamq; tenentes.  
 Non mibi si linguis hominum, superumq; licet  
 Aligerum de more loqui, & clangore tonare  
 Quo Deus antiquos patres exterruit olim,  
 Dum sua irra daret Synai de vertice celo .  
 Tu potius lituo tu Diua Thcocharis æreo  
 Cuncta refer: tibi magna fides adhibebitur vni.  
 Ibant in reliquos nudatis ensibus hostes  
 Hi bellatores animis, quibus aspra Leena  
 Hyrcanæ aut tigres captis si forte catellis  
 In venatores pauidos quandoq; ferantur.  
 Dira sitis semper quibus est innata cruoris,  
 Efferaque; abruptæ rabies super addita prolis,

P 3

Bartholomæi Bottæ.

*Aggreduintur eos, maſtant, sternuntq; per arua;  
Corpora dilacerant in frusta : tepeſtia mandunt.  
Ex o nni plaga videas haurire cruentoem.  
Enſe ferebatur talis truculentus Iobas  
Precipue aduersus Zypbaeos : proditionem  
Antiquam obiicium. Ceylenses inde petebat  
Collate immemores quandoq; a Rege ſalutis,  
Ore ferox probris, ingratis enſe metebat.  
Inde Iagureos, cedenses, atq; profectos  
Af ore dilanians magna : ſternebat aceruos  
Defunctorum hominum ſe ſe quacunq; ferebat.  
Huic Adadas ausus remere ſe opponere contra,  
Quod princeps gentis, quod bellica fallta ſecutus,  
Nomen in vrbe ſua iam Bellatoris haberet.  
Dum caput abſcīsum fratris iactasset in auras.  
Appetiit longa venientem protinus haſta,  
Vno forte putans viltorem ſternere poſſe  
Fratris & uicisci caſum miſerabilis iactu.  
Fulgureis oculis venientem Eleazarus haſtam  
Intuitus clipeum obiecit ſeptemplicis ariſ,  
Excepitq; iſtum : nam vix vmbone pependit  
Summo fixa loco. Semmas Aggeius illam  
Proximus excuſſit, vulſamq; inſixit in ora  
Iaſtabundi Adade, caput & tranſfodit arene.  
Cynea deinde vagum torta tranſuerberat haſta.  
Pettore leſtanem, magnum cui robur & atas  
Atq; Gigantai preſtabant corporis artus.*

Inde

Dauidiados Lib. VI.

116

*Inde Dimona petit tclumq; arcumq; paranteim  
Ut iacularetur, non recto limite in hostes  
Oppofitos quoſuis : magis ut pugnacis Iobæ  
(Vtpote Rectoris belli) vel guttur apertum  
Trauiceret miſſo detecta vel ilia ferro.  
Dumq; per iſidiias tacitus loca fraudibus apta  
Iam meditareetur ſecum, contorta per auras  
Ecce vterum arcigeri penetrat letabilis haſta.  
Et moriens, me me fuit hic feruentior aſtu  
Me præuenit (ait) fraud eſt inieta doloso.  
Inde metu turpi iam dantes terga Sameos  
Inſequitur iuuenes rapto de vulnere ferro ;  
Qui pedibus fisi velocibus, atq; iuuenta,  
Instantes caſus euadere poſſe putarant.  
Quatuor atq; equitum quos teclis ante necarant  
Inſidiis, omni carituras vindice cades  
Ignari, nequeunt tranſcurri tempora vitæ  
Nec metæ rerum, onnipotens quas fixit ab alto.  
Namq; in Beſſurecum ſtantem probrisq; Sameos  
Seſtantem innumeris, fugerent quod quatuor vnum  
Protinus accurrens ſub mento liquerat haſtam.  
Qua tranſfixa loqui ceſſarat lingua palato  
Pendentemq; manu caſi paulo ante Dimonis  
Subiecta in terram leua citus arripit arcum:  
Exutamq; bumeris pharetram ſibi dexter adaptat.  
Hamatis plenam iaculis, letalibus inquam.  
Omnia ripereo medicata cruento putares.*

P 4

Quatuor iis fratres auersos terga Samæos  
 Stravit humi . cunctis fuit immedicabile vulnus.  
 Inde Amanan (bastam qui iam tollebat in Aphym  
 Asteroten Aphym quo non formosiv alter  
 Gratiior & Nelo cantantibus vrbe puellis)  
 Appetiit telo, fixitq; sub ilia ferrum.  
 Nec procul Eleanar Dauidi sanguine iunctus  
 Quem duo Gade sati medium Saphar atq; Iocelles  
 Cingebant, belli seruabant atq; magistrum.  
 Amalechitarum populos quos miserat Herma  
 Perpetuos hostes Hebreis omnibus olim.  
 Nunc magis infensos Regi fatalibus armis  
 Insectabatur, versabatq; equore toto.  
 Nunc equitum turmas pellens peditumq; phalangem  
 Deuastans, casos & iam demiserat orco  
 Ductores primos Tannam veteremq; Doechum,  
 Quos duo signiferi vxillis ante locatis  
 Audax Elthodis, temerarius atq; Vehymus  
 Ferratam vlcisci clauam rapuere parantes  
 Sed Saphar ocurrentis Elthodim protinus hasta  
 Sublatum forti, foucam deiecit in altam.  
 Acer Iobelles iaculo quem traxerat ante  
 Pectore de calido iam iam morientis Abylla  
 In latus iniecit clauam tollente Vehymo,  
 Chefida prateriens traiecit & inde propinquum.  
 Iesbaus Ammonides prolem Simeonis agebat:  
 Namq; globo iuncti pugnaces cominus ense

Bisgeminos

Bis geminos fratres truncarant fraudibus vfos .  
 Nam soliti fuerant specula velut eminus alta  
 Gadarea e turri miseris rapere arte puellas.  
 Quatuor hinc equitum turmas ex ordine recto  
 Truncatis ducibus turbarant aequore toto.  
 Quippe quaterdenas secum traxere cohortes  
 Semmeidæ fratres arabum de montibus altis:  
 Iacturam Amonides hanc cernens Iesbaus heros  
 Quingentos Esebone viros, totidemq; Ramotha  
 Ex Masphe, ac Bethani selectos aduocat vna  
 Sex equitum turmas hastis clauaq; potentes.  
 Semmeidas igitur, sociis his cinctus agebat:  
 Et primum Sellæ ducentis Remmone cretos  
 Hortantisq; viros ad pugnam percutit ense  
 Os nudum, & nares, faucesq; reliquit inermes.  
 Palpitat inq; solo sterili, decisa palato  
 Lingua dicax, nec verba sonat sub pulucre testa:  
 Masmaus ascurrrens frater, fratriq; ruenti  
 Suppetias afferre volens, dum tenderet ambas  
 Turbatus palmas, succisas prorsus eodem  
 Ingemuit gladio, & parili cum fratre ruina  
 Decidit, ac moriens rabido terram ore momordit.  
 Inde petit Zaram profugum, frustraq; vocantem  
 Mendaces lacrerosq; viros, quos alea iacta  
 Fecerat intentos hostilibus atq; suorum  
 Exuniis: ergo desertum corripit omni  
 Auxilio, an cipiuitq; humeris caput abscidit ense.

Inde Namumellam obtruncat, tollitq; Iaribum  
 Cruribus abscisis fugientem : nec tamen audax  
 Territus hinc Iamis est : quin se se attollere contra  
 Curuato quo hostes gladio ceu falce metebat,  
 Ausus adibat eum, sed rapta protinus hasta  
 Eminus hunc heros transfixo gutture fudit.  
 Ast Arabas Amihel lingua retinere fugaces  
 Cum minime posset, simulato peltore forti,  
 Ense Michaellem clarum virtute vel armis  
 Ausus adire virum iaculo fridente per auras  
 Ante repercussus quam posset tollere in altum  
 Brachia, procubuit fracta ceruice retrorsum.  
 Restabat Zachur de tot modo fratribus vñus.  
 Quem robusta cohors ex monte profecta Scyri  
 Vix obsernabat, cum se deprenderet astu  
 Delusam Ducis esse sui, discrimine magno  
 Pace manu parta, procul ad fera bella vocata.  
 Hunc Esebone potens, stratoq; Amihelle Michael  
 Acrior effectus, iaculo pendente petebat,  
 Is, vafer vt fuerat, letum sic credidit instans  
 Effugere, & verbis hostilem eludere dextram;  
 Quem petis o princeps iaculo confusus inertis  
 Si tibi vis cnimo est (inquit) si in pectora virtus  
 Villa sedet : telum hoc tandem depone dolosum:  
 Cominus, & gladiis pugna certemus aperta:  
 Stat conferre manum, exuuias ne despice viles.  
 Dux Ducis . his dictis iaculum vt seponere vidit,

Atq;

Atq; manum gladio deflectere, vertitur Euro  
 Ocior, atq; fugam iam tum meditatur apertam.  
 Non hodie effigies : non luditur arte Michael  
 Post dorsum exclamat, fugientem & passibus urget  
 Hand breuibus, rabido ceu cum petit ore Molossus  
 Currentem ceruum rostroq; attentat acuto.  
 Iam tenet : arreptum & nudo transuerberat ense  
 Effuge nunc (inquit) delude & callidus hostem.  
 Tum Simeone sati Ductorum clade suorum  
 Tam subita cecidere animis, ac peltore robur  
 Excussum est ingens, abidere & corpore vires.  
 Vnde fuga celeri proiectis fortibus armis,  
 Consuluere sibi per denia quæq; ruentes.  
 Interea globus ille Ducum qui limite torto  
 Ebronitarum cædentia castra secutus  
 Ut renocaret eos belli moderator Amasas,  
 Vrgeret uè ducum præsentia tanta nouorum,  
 Re desperata iam ad prælia prima redibant.  
 Puluream a tergo namq; vt conscendere nubem  
 Viderunt Ebrone sati, post dorsa ruentes  
 Atq; vt senserunt Equites, discrimine nullo  
 Ante habitu, nimia mentem formidine capti  
 Instantes hostes reputarunt : pondus & ipsum  
 Totius belli reuolutum in se esse timentes,  
 Continuo laxis per quæq; feruntur habens  
 Deuia præcipites, sine more, sine ordine passim  
 Miscebatur eques pediti, cursumq; vetabat.

Bartholomæi Bottæ.

Et pedes aduersis Equitem procurrere contis  
Ut primum ingressi Symeonem terga dedisse  
Inueniunt, stratis per humum dulchoribus ipsis.  
His Zabulones ausos succedere cernunt  
Bellum sustentare vices audacius aquo.  
Bannalias etenim quem tergora fulua leonum  
Horrendum dederant, iaculis hastaq; premebat  
Sobbochæ ausitides se se coniunxerat illi  
Stirpis Arapheæ prostrator & ipse Gigantis.  
Nec non & Ionatas patruelis regius vna  
Prætendit clauam qua monstrum strauerat ingens  
Hosq; sequebantur fortissima pectora bello  
Custodes Regis docti versare bipennes  
Non auro comptas, sed multo sanguine tintas  
Alarum in morem Celeti, pheretiq; minaces  
Sexcenti ambibant, comites Davidis utranq;  
Fortunam experti, durisq; laboribus apti.  
Argobii posuimus regni Basanidis ore,  
Effera gens eultu duro deducta Manass. .  
Namq; Ammorææ mores tenuere ferinos  
Delectæ gentis: cui tum regnarat Ogiges.  
Vi ferro armati sic ferrea corda gerebant.  
Non acie struta, aut cuncis, nullo ordine bellum,  
Composita aduersos hostes non arte petebant.  
Mos erat vna omnes ruere: ac silvestribus apri  
Persimiles duris frendebant dentibus; ore  
Spuma vomebatur: dicas hos mandere ferrum

Inter

Davidiados Lib. VI.

119

Inter eos igitur sexcentos arte potentes  
Misceri tacitos prudens præceperat Hæros,  
In sua pueris ruerent ne damna tumultu,  
Rursus in audaces sinerent procurrere, quando:  
Id fieri possit gentis discrimine nullo.  
Aduersæ partis belli moderator Amasas  
Cum vidisset eos tam grandi mole moueri  
In Zabulonas, se se coniecit in illos:  
Ductores secum ducens, iussitq; vocari  
Agmina Daniadum properæ salutisq; relinquiri  
Bannalias antem qui iam præcesserat omnes  
Leptaphylem primum dura transfoderat hasta  
Prædonem terræ illustrem, maris atq; piratam.  
Ampharium Ionatas galca nudauerat ipsa  
Excusur rapido: quem proximus ense trucidat  
Sobbochæ Ausitides: caput & decussu honestum.  
Abbialon verò Machyrim dum posceret astu  
Præteritis notum bellis, quasi vellet habere  
Hunc pacis medium, protetoremq; salutis:  
Re vera insidias furtim tendebat, vt illum  
Incautum premeret, pressumq; repente necaret.  
Ecce sed obliquo veniens vt fulmen ab ictu  
Contortum a Ionatha telum caua tempora fixit.  
Decidit infelix sella prolapsus ab alta  
Vitaq; cum gemitu fugit insidiosa per auras  
Occisis Dicibus Iepthen Dabaretha pholumq;  
Signiferos perimit vexillis ante lenatis

Bannias Iechonam, Medalen, Dabarethaq; filuo  
Ense necat. Tirium alipedem Messurus Iaschin  
Falcato insequisur gladio sed tarda Phadassur  
Crura retant senio: casus tamen adiuuat illum  
Nam Ionathan metuens qui iam præcesserat ambos  
Dum meditabundus quoniam se verteret, vnde  
Fulmineum posset gladium vitare, moratur,  
Ecce Phadassur agit falcem, nudataq; crura  
Ante secat, Tyrius celerem quam cerneret istum.  
Gamaliel iuuenis motus senioris ab ictu  
Erubuit, quod adhuc nil dignum fecerat: ensem  
Incassum lateri cinxisse dolebat inerti.  
Ergo sopore grani velut excitus cleuat hastam  
Atq; ex aduerso venienti occurrit Amasa.  
Heu quid agat felix animi virtute sed impar  
Viribus? occubuit valido transfixus ab hoste.  
Cui pater accurens (nam lumina forte leuarat  
Terribilem ad sonitum magni ferientis Amasa)  
Cernuatam falcem vacuas tollebat in auras.  
Vlcisci sperans morientem, sed prior ecce  
Alterius Ducus est simili perfoissus ab ictu,  
Et moriens senior iacuit reuolutus harcna  
Confestim Rabia atq; subal cecidere propinqui  
Occidit atq; Machir vires expertus Amasa.  
Nam Galeam atq; caput fortii diniserat ense.  
Dehinc Galaade satos Sephan, Caphinatq; Maachan,  
Hunc acie gladii secuit, sed cuspidi primum

Transfixit:

Transfixit: medio, caput abscidit ense reuerso.  
Ast alios alii flernunt, stirpemq; Manassei  
Præcipitem rastant, atq; in sua damna ruentem.  
Sex fratres celsa Pharres deduxerat Esdra,  
Et senas illi dederat seruare cohortes.  
Horum tres primi tribus appetiere potentem  
Rectorum belli iaculis audacter Amasan  
Quæ simul exccepit clipeo, simul atq; refixit.  
Vtq; manu promptus totidem iaculatus in illos.  
Guiture traciebat primum, qua spiritus almus  
Itq; reditq; viam toties, sed sanguine clausa  
Venerat, vnde redit tenues dilapsus in auras.  
Decidit extemplo quod erat mortale relictum.  
Alterius verò peccus transfodit inerme.  
Impatiens iræ nam scutum abiicerat ante.  
Dentibus infrendens restabat tertius, ore  
Sapius exerto dum spumas cuomit ecce  
Excipit adueniens telum, ferrumq; momordit.  
Tres alii nimio superlati corda furore  
Confestim abiectis clipeis, gladiisq; reiectis  
Expansis manibus & apertis ritibus oris  
Vnguis clacerare parant & mandere morsu  
Fratrum occisorum, squa potis esset Amasan.  
Ille autem dextra, vigili quoq; lumine velox  
Brachia mox resecat repetitis istibus ense  
Rictibus opponit clipeum frenendentibus vitro  
Quem frustra apprehendunt nam dentibus ore refractis

Bartholomæi Bottæ.

Mordicus ante cadunt, fratrumq; cruore voluti.  
 Atq; aliis fossi plagis moriuntur inulti,  
 Non sibi non aliis rabies fera consulit vniquam.  
 At celesti socios lacerari impunc videntes  
 Atq; crux inexaturabile Petrus Amasa,  
 Ex illis centum, mediis de millibus, acri  
 Profiliere gradu, præeuntibus atq; repressis  
 Confestim cratem iunctis vmbonibus vna  
 Contexere simulq; Duces cinrere cruentos.  
 Ictibus ac rapidis gladios hinc inde rotantes  
 Cadebant paucos multi, fessosq; recentes.  
 Ast illi auxilium cassa iam voce vocabant.  
 Nam Zabulonas Heroes ante fugarant.  
 Iamq; Decem ante pedes frustra clamantis Amasa  
 Oppressi numero, perfossi & corpora telis  
 Deciderant, & humum iam mordicus ore premebant.  
 Ter cratem saxo frustra conatus Amasas  
 Rumpere pregrandi : nil proderat hasta vel ensis  
 Quatuor ex sociis iterum cecidere perempti  
 Ipsius ante oculos, dolor insanabilis illi,  
 Dum gladio atq; vncis manibus diuellere textos  
 Tentaret clipeos, desperataq; salute  
 Qui superextabant in gyrom vulnere tardi  
 Vix poterant fugere . atq; illus ritare frequentes,  
 Et nisi Daniadum strepitu quos acer agebat  
 Absalon extremos, testudinide forte soluta,  
 In latus obliquum sibi consuluisse Amasas

Prærapido

Dauidiados Lib. VI.

121

Prærapido cursu : vita imperiisq; fuisset  
 Ultimus ille dies, fortasse & gloria maior.  
 Sed quia non illic rerum, neq; tempora vita  
 Fixa sunt, eas sit, dextra casurus Iobæ.  
 Daniadas inter tunc se retrahendo recepit.  
 Quos vltro accensos in prælia, sponte ruentes,  
 Excusit magis atq; magis sermonibus altis  
 Seq; Ducem inuisum valide pugnantibus offert.  
 At celestis pheletiq; simul dare rursus habendas  
 Argobiis laxas frenum mordentibus vltro  
 Est opere precium visum, pro cornibus autem  
 Presidio armatos se se preponere turmis.  
 Profiliunt igitur sexenti ac fronte locantur.  
 Per cuneos, galeati omnes ac scuta tenentes  
 Corpora loricis, ocreis quoq; crura tacentur.  
 Cingebant etiam hos equites hinc inde ducenti,  
 Alarum in morem, quos duxerat ante Michael.  
 Armati clavis, durisq; bipennibus omnes.  
 Daniadas contra tribus iis instructa Manassis  
 Corruere est permissa, suis & moribus vti.  
 At Zabulonas ex magna parte fugatos  
 Quinquaginta Duces, quos nomen & Inlyta fama  
 Bannaiæ variis eius de finibus oræ.  
 Traxerat ad bellum, lacerabant vndiq; fortes.  
 Bannaias alter præserit insignis eodem  
 Nominis, facta volens imitari fortia primi  
 Nunc acri præceptus equo, si pettore virtus

Q.

Villa resistendi vietiis quandoq; redisset,  
 Hos ardens iuuenis gladio expugnabat & hasta.  
 Sed refugas iaculis, d'iro vel fuste premebat.  
 Nam iaculo pauidos dignabatur & ense.  
 Nunc pedes in cuneos, siquos audere videret  
 Aut Dncis aduentu, fretois aut fortibus armis,  
 Inserta clipeo leua, dextrâq; prebenso  
 Ancipiit gladio reuocabat ab ordine primum,  
 Si conferre manus pugilum de more libebat,  
 Deinde duos alios bellandi callidus arte.  
 Sine laceffitos probris, seu vulnere punctos,  
 Sine fugam simulans retrahebat ab ordine motos  
 Irrumpendi aditum ut sociis præberet in illos.  
 Non procul hinc Burim comitem, dare terga maniplos  
 Viderat arcentem iuuenis pulcherrimus ore  
 Peñore & audaci, virtute ac viribus impar.  
 Misera ad bellum flens hunc Galileia Nais,  
 Et flentis pueri lachrymas collegerat ore.  
 Hic ut erat præceps animi, manibusq; cruentus  
 (Nam pauidos quosdam pallantesq; ante necarat)  
 Atq; sibi expostens aliquod nomenq; decusq;  
 Ne de plebe vnus, semperq; inglorius esset.  
 Propterea est ausus furtiuo perdere telo  
 Magnanimum Heroem Burim, magnumq; tribunum  
 Bannaria magni comitemq; ac Regis amicum.  
 Hunc itaq; incantum, intentamq; fugare maniplos  
 Post dorsum emissâ furtim infæliciter hasta,

Quaq;

Quaq; pater collum leuiter sub casside strinxit.  
 Saucius extemplo facie conuersus ad ipsum  
 Vulnerit autorem, qui iam nudauerat ensem,  
 Ut reliquum colli rapuum truncaret eidem.  
 Ille ut aper lato cui stent venabula ferro  
 Aut procul adueniens humeris infixa sagitta  
 Strinxerit, ore vomit spumas ac dente feroci  
 Mox venatorem fertur furiosus in ipsum.  
 Sic iuuenem aggreditur pauidum, pedibusq; fugacem,  
 Mente manuq; ferox, fugientem ac talibus vrget.  
 Siccine post tergum feriendo acquirere non men  
 Improbe sperasti & succiso & poplite crura  
 Amputat, anulsumq; caput mox iactat in hostes.  
 Quo caput alterius collisum concidit ut bos,  
 Quem sacra percussit fracta ceruice securis.  
 Emulus eiusdem virtutis alumnus & Hellen  
 Bannaria eiusdem, vestigia pressa magistri  
 Ense sequebatur: casos sternebat & hostes.  
 Hic fortem Nathona ducem belli arte peremit.  
 Cum placuisset eis solis decernere ferro:  
 Atq; ideo in pariem pedes exiliisset veterque.  
 Cur socios tecum trahis (inquit) fædere fratres?  
 Ille videre volens quinam sequentur, ab ipso  
 Auertit faciem: mox ense citissimus Hellen  
 Aversum obtruncat: moriens irrisus at ille  
 Preualuisse dolis: casso dabat ore que ellim.  
 Credita res: superare decet viriute, vel asu;

Q. 2

Bartholomaei Bottæ.

Publica bellandi modo sit iustissima causa.  
Quis numeret quantos Abiezer miserit orco  
Rabbaides? lento visus procedere passus?  
Nam membris & mole Gigas, quos false metebat,  
Inferias omnes defunctis esse volebat.  
Vere nouo in viridi sicut falso horrida prato  
Herbarum genus omne trahit: neq; parcitur ipsius  
Floribus: alba cadunt ita lilia, vilis ut alga.  
Narcisi, & violæ, sic purpurei, iacinthi,  
Ut cyathis, & spinis veluti paliurus acutis.  
Oppositos quo suis curua sic falce secabat,  
Et de plebe viros, equites quoq; sanguinis alii.  
Magnanimosq; Duces, iuuenesq; senesq; trahebat.  
Accedes, Iras, Aphelon, genitusq; Baanna,  
Achicaas senior, Ionathas, Abielq; disertus,  
Eliabas cum Buranio, & Salabonius acer,  
Tres simul hi terti, totidem traxere cohortes,  
Afferidas contra venientes turbinis instar,  
Quod Zabulones, Heros ante cadentes,  
Posse suis armis freti, auxilioq; leuare,  
Sperarent; verum simili cecidere ruina,  
Namq; Somer primus duitor deceptus ab armis  
Ipse suis cecidit grauiori pondere pressus.  
Fraxineam Accedes etenim contorserat hastam  
Præcipuum in Somerem: duro thorace repulsa est:  
Nec crepuit: sed enim maiori quassus ab ictu,  
Retrosum est lapsus galea ceruice refracta.

Liber

Dauidiados Lib. VI.

123

Liber, at eius equus casu perterritus ipso  
Ore ferox, morsu socios, & calce petebat.  
Ductoremq; Heberem qui forte accurrerat illuc,  
Præcipitem insontis casum miseratus amici,  
Dentibus apprendens, diuulsit ab alite curru:  
Atq; trabens secum repetitis morsibus ulro  
Sanguinea lacerum corpus discerpit barena.  
Protinus Afferidum est acies turbata, virorum  
Concursu, casuq; Ducum, quibus ordine slabat.  
Heroum rnde globus medios irrupt in hostes.  
Ictibus & validis dextra lena, trucidat,  
Turbatos equites, disiectos atq; maniplos.  
Dissipat: inq; fugam miseros conuertit inanem.  
Iephlatus incassum, incassum reuocabat Asopus  
Cadentes equites: resonat clamoribus aether.  
Quo ruitis celeres? non hac promissa fuere  
Cum propere ad bellum, cum prælia tanta sitio  
Ostendebatis, vel cum nec debita merces  
Enumerabatur, donaria multa dabantur.  
Hasta sed a valido contorta repente lacerto  
Ora replet misero clamanti, & plura paranti  
Dicere: nec certus fuit huius vulneris autor.  
Labitur infelix retrosum mutus Asopus.  
Figitur in terra, reliquis tamen artubus ingens  
Palpitat, inq; solo pauitantia crux retorquet,  
Iephlatus id cernens, volucri dum lumine querit  
Vulneris autorem, iaculo stridente per auras

Q. 3

Bartholomæi Bottæ.

Fossus ab Accedid frontis sub lumine dextro  
Concidit: ac vitam cum lumine liquit in auras.  
. Afferidas igitur turbatos ordine toto  
Præcipue extinctis Ducibes, quibus agmina stabant,  
Dum globus Heroum insequitur cum milite fortis,  
N'ibus inq; fugam totis conuertere certat,  
Parte alia i'scharidas lacerat truculentus Iobas  
Iscaridas ausos tribui succedere Iudea,  
Ac Simeone satis dudum succurrere fractis,  
Auxilioq; leuare viros: & vim addere viatis.  
Absalon admonitus dubis neu credere pugna  
Se vellet: salua cuius vistoria vita.  
Penderet: quamuis animo audacissimus esset,  
Atq; auditus pugnae, patriumq; haurire cruorem  
Filius infælix inhibaret pectori toto:  
Abstinuit tamen a pugna: sed voce tonanti  
Nunc hos increpitans, nunc illos agmen agebat  
Extremum, & quoscunque fuga renocarat inertes,  
Pollicitis, terrore, minis vrgebat in hostes.  
Nec minus eloquio paulo ante receptus Amasæ  
Præpositus summae belli succenderat illos.  
Audaces ergo ac præsenti Rege superbi  
Daniadæ, velutifuriis premerentur iniquis,  
Impetere Argobios viætricia tela ferentes  
Auspice sub viâ sunt ausi: impune futurum  
Illis nequaquam, prograndi strage secuta.  
Numq; licet Sanson prouai sub imagine fortis

Congressu

Dauidiados Lib. VI.

124

Congressu primo quosdam sine more ruentes  
Mole gigantea castu prostrauerit acri:  
Incautumq; Ducem plumbaco fuste necarit.  
Gentis Iayrum totius nobile germen:  
Atq; licet Danus lateri coniunctus Amase  
Quadrupedantis equi, quem forte phalenor agebat  
Ad gemitum gnati morientis, foderit armos:  
Vulnere quo sonipes cum se erexisset in auras,  
Concidit inde senex sella decussus ab alta.  
Inq; petra collum fracta cernicæ rictoris.  
Protinus & quamuis hasta trajectus Amase  
Gamaliel patrem, fuerit fratremq; secutus,  
Vnde repentina casu, celeriq; ruina  
Ductorum Argobii poterant fortasse suorum  
Absterrerri adeo, quod vilia terga dedissent.  
Inq; fugam versi pariter viætricia dudum  
Omnia Dauidis traxissent agmina secum.  
Indignum facinus, simul & miserabile visu.  
Non tamen in caro fixam evasere rumani.  
Rex etenim sapiens veritus quæcumq; venire  
Conflictu in tanto possent, ad sydera palmas  
Supplice voce lenat: contriti pectoris offert  
Sacra Deo, mentisq; pia libamina grata.  
O pater omnipotens, rerumq; piissime rector  
Qui superos ciues celeres ad iussa ministros  
Ambrosia pascis, dulci quoq; nectare potas.  
Ast hominum quandoq; lenes ad crimina motus

Q 4

Bartholomæi Bottæ.

Figmenta attendens fragili circundata limo  
Aſpicis & toleras, quia denique pœnitet illos,  
Atq; errata piis exoluunt fletibus vltro.  
Vlores scelerum contundunt peccora pugnis.  
Nec puder errores propria tibi voce fateri.  
Supponiq; tuis humili ceruice miniflris.  
Quodq; minus faciunt, ſuplect tua patria virga.  
Quod ſuperest, ferro reſecas, exuris & igni.  
Confiteor meruisse necem, meritoq; fuiſſe  
Expulſum regnis, & adhuc grauiora mereri  
Supplicia: admissum ſilānce rependeris aqua.  
Tu tamen o mitis index reminiſcere quoſo  
Quod tibi contriti cordis cum ſacra litarem,  
Admissumq; ſcelus propria tibi voce faterer,  
Voce Nathanaei vatis mihi dixeris olim  
Translatum facinus nequaquam morte luendum.  
Peccora ſed duris purganda doloribus eſſe.  
Corporaq; aſtra prius tundenda laboribus iſtis.  
Tu noſti quanto curarum exarſerit igne  
Hactenus hoc peccus: quantisq; doloribus intus  
Oppreſſum fuerit: quantisq; laboribus extra.  
Immatura tulit puerum mihi parca priorem.  
Absalon Ammonem quaſi ſpreta virginis vltor  
Conuiuam fratremq; ſuum inter pocula crudus  
Occidit, reputans nimio mœrore parentem  
Mc deſecturum, ſe ſeq; iacentia ſcaptra  
Mox inuafurum maiori fratre perempto.

Quam

Dauidiados Lib. VI.

125

Quam granis ille dolor fuerit mibi, Regia testis:  
Testis es ipſe Deus, duce quo tolerauimus ipſum.  
Deniq; ceu mitis pater, ex quo indulſimus illi:  
Sceptra manu rapiens regno nos expulit excors.  
Nec contentus eo, ſtit hunc baurire cruorem.  
Filius heu miſero patri ingratissimus vnuſ.  
Tempore iam ex illo quæ incommoda, quosue labores  
Pertulerim, curasq; graues Deus optime noſti.  
Parce precor tandem, noſtroq; impone labori  
Optatum finem, & nos in tua regna repone.  
Dixerat: inde ſinus lachrymis impleuit obortis.  
Audiit omnipotens, vatisq; miſeritus amici  
Intonuit leuum, radiis quoq; fulſit apertis:  
Orantis peccus leni ſpirauit & aura.  
Solatur maſtum, palmam requicmq; laborum  
Pollicitus, celerem iuſſit ſperare ſalutem.  
Tum ſimul alitibus miſſis reuocauit Ethaim  
Abbisaimq; Duceſ, ne fruſtra tempus inane  
Contererent turbas ab re cedendo fugaces.  
Quin ſinerent quoscunq; domum fugiendo reuerti.  
Nam fore mutatis animis vt Regia iuſſa  
Imperiſſimq; iugum ſubeant poſt tempora pauca.  
Parentes igitur monitis celeſtibus ambo  
Parte licet varia vietricia ſigna reducunt.  
Ad loca conflictus, pugnaces inter & hostes  
Cædibus intrantes, variis crassantur in illos.  
Abbisais Sanſona Ducem proſtrauit acuto

*Perfodiens ferro ventrem thoracis in imo.*

*Dehinc Danum agressus valido dispermat ictu,  
Nam caput ac galcam geminas (mirabile dictu)  
Diffidit in partes educto fortius ense.*

*Impetere autorem belli dehinc tentat Amasan  
Qui fortis clipeo venientem sustulit ictum.  
Nec potuere viri pariter decernere ferro,  
Nam Ducibus mediis, curruntibus atq; ministris.  
In partes alias penitus cessere, coacti.*

*Danias & miseri ceduntur vbiq; per agros.  
Afferidas iunctos pariter lacerat at Ethais.  
Quot folia in libano sylvis decussa sub altis  
Flante Aquilone cadunt autumni tempore tardi:  
Tot pedites equitesq; simul sternuntur inertes.  
Nam pauor ingenitus vexabat sponte rebelles.  
Victorem Regem conflictus esse videntes.*

*Nec minus ac servi metuunt cum verbere torto  
Armatum cernunt dominum post terga fugaces.  
Mortis vbiq; pauor, varia quoq; mortis imago.  
Planctus vbiq; sonat, lachrymae funduntur inaness.  
Corpora ceu pecudes sternuntur inertia passim.  
Bannidas cernens solum qui stabat Amasan  
Cum Ducibus paucis parta subsistere palmae,  
Adductis centum pheletis circundare iussit.  
Propagatorem belli, expugnaret ut illum.  
Ne deuictus equi saltu resiliire valeret.  
At circumspicens pheletos oculatus Amasan*

*Percipit*

### Bartholomæi Bottæ.

*Percipit insidias tendi sibi, protinus inde  
Auero subduxit equo se, cedere retro  
Diffimulans, pedica ne clausus ut ante iaceret  
Pluribus effossus telis, vel captus ab hoste.  
Quem tamen ut videre sui secedere pugna.  
Turbati effugiunt, laxisq; feruntur habenis.  
Per nemora & saltus & per spelæa ferarum.  
Vndiq; victores instabant ense coruscio.  
Ergo metu cedis per aperta pericula ruebant,  
Præcipites speculis saltus foueasq; replebant.  
Vnus itemq; alijs, post illos plurima turba  
Rupe sub obscura latebras penetrare parantes,  
Ter capita ante cadunt vel fractis cruribus omnes  
Mole cadente simul cumulo tumulantur arenae.  
Absalon ut vidit penitus sua castra relinquiri:  
Atq; omnem populum fugientem cedere retro,  
Territus extemplo est, & turpi formidine captus  
Quadrupedem versis calcaribus urget habenis.  
Ocior illa noto fugiens per densa ferarum  
Lustra sub ingenti queru dum curreret, Ecce  
Sparsa per extenos Iuuenis coma flantibus auris  
Implicita est ramos: sunt Cynciniq; voluti.  
In gyrum nodis per brachia roboris alti.  
Iumento miser heu subterfugiente remansit  
Appensus, ramis & inextricabilis besit.  
Palpitat infelix: manibus dissoluere nodos  
Incassum tentat, nec ab ullo parcitur illi.*

Bartholomæi Bottæ.

Pendentem quidam iuuenes videre magistri  
 Militia armigeri, quibus est effetus Iobas  
 Certior. incipitat, qua: e sint viuere passi?  
 Dignum morte virum? dederit nec sanguine pœnas  
 Exilii Regis, cunctorum & causa malorum?  
 Quæ de derit mandata tibi, ac Ducoribus istis,  
 Rex super illius vita, reminiscimur, (aiunt.)  
 Non ita conclamat rugens truculentus Iobas,  
 Non ita erit, me me iam nunc deducite ad illum.  
 Sic ait armigerosq; sequens tam præpete cursu  
 Contendit velox, iuuenes superaret ut ipsos.  
 Pendentem ut vedit, mox quattuor eminus hastas  
 Vnam post aliam rabidus contorsit in illum.  
 I nunc & patrium tibi subdole surripe regnum?  
 Ante dicm? & patrium sitiens iam sugge cruento?  
 Sic praefecturas nobis (ait) eripe nostras?  
 Extinctum celeres fouea abiecere sub alta:  
 Pro tumulo aggeribus lapidum cumulatur aceruns.  
 Roboreo in trunko res hoc sit carmine nota.  
 Absalon hic Paricida iacet suspensus in auras.  
 Tum belli princeps iam certus viator Iobas,  
 Ciniliq; cruento satur, se se satis vltus, & ipsum  
 Exilium Regis, tandem miseratus eundem  
 Est populum, ciuesq; suos gentemq; paternam,  
 Ne caderent omnes miseranda strage perempti.  
 Dans igitur spaciū fugiendi ut viuere possent,  
 Protinus arrepto lituo, iubet inde reuerti

Victores

Dauidiados Lib. VI.

127

Victores omnes, recipi q; in castra relicta.  
 Exuuias legere, & referenda parare trophyæ.  
 DuStores igitur spoliis potiuntur opimis.  
 Heroes autem sociorum funera curant.  
 Argobiosq; Duces imprimis tollere iussi  
 Sunt equites pheretro peditum comitance caterua.  
 Aueris ibant clipeis: mœstiq; trahebant  
 Hastas per terram. peplumq; insigne doloris.  
 Stant circum famuli signa ac spolia ampla ferentes  
 Quæ multis Ducibus traxere recentia casis.  
 Captiuos etiam manibus post terga ligatis  
 Quos tumulo tristes iugulent, sacra iusta putantes  
 Inferias umbris seu gratas mittere credant.  
 Collegere etiam dragmarum millia multa  
 Quæ Hierosolymis offerrent: siqua remansit  
 Defunctis labes: ea prima piacula sunt.  
 Sperantes etenim post secula longa redire  
 Vitales animas, defuncta q; corpora vita  
 Ad sonitum litui reparanda resumere sacri  
 Quasq; sua: ut capiant ea præmia digna laborum  
 Quæ pariter iunctæ vita meruere priori.  
 Religio hæc nostra est patrum de more vetusto  
 Descensens, ipsis referanda nepotibus olim.  
 Quamq; pii vates dinino numine pleni  
 Carmine veridico nobis cecinere sequendam.  
 Interea Achymaas prænuncius ire volebat  
 Ad Regem: palma ut consolaretur adepta.

Sed retinuit præfectus eum : nam non eris (inquit)  
 Nuntia leta ferens gnato (licet hoste) perempto.  
 Cusim autem misit . Tu Regi nuncius (inquit)  
 Esto celer . narrabis ei quæcunq; peracta.  
 Extemplo properans Cusis præcursor abibat,  
 Achymaas iterum suppplex iterumq; rogabat  
 Post illum ut saltem sineretur abire secundus.  
 Vix venia extorta , capreis velocior ippis  
 Arripuit celeres obliquo limite cursus.  
 Vsus fælici iuuenis diplomate Cusim  
 Prætergressus erat, poteratq; ex vrbe videri.  
 Præpositus portæ vigil, ut prospexit euntem.  
 En video iuuenem specula proclamat ab alta  
 Currentem e castris obliquo tramite nostris .  
 Rex ait a solo, nulla esse sinistra verenda .  
 Quin noua leta ferens ac fælix nuncius esto.  
 Achymaæ cursus iterum speculator ab alto  
 Exclamat (ni fallor ait) mihi cernitur esse.  
 Rex, bonus est (inquit) iuuenis mihi fausta reportat.  
 Cum magis atq; magis iam iamq; propinquus adesset  
 Noscitur Achymaas sudore & puluere plenus.  
 Extentaq; manu, fælix tibi nuncio leta  
 Rex (ait) ex alto uictoria nostra fugatis  
 Hostibus emicuit . Iam leta trophyæ ferentes  
 Victores aderunt nostri , psalteria pange .  
 Quid puero factum est? num vescitur Absalon aura  
 Rex, (ait) ignoro : sed grandem fortè tumultum

Circa

Circa illum sensi . In partem transire iubetur.  
 Nec mora cūsis adest clamans Rex optime salue.  
 Vicitur en (inquit) ulnis uictoria letis  
 Est amplexa tuos Ductores, fregit & hostes.  
 Absalon en uiuit ? quærit pater, est ne superstes ?  
 Sic pereat quicunq; (refert) patri, improba proles  
 Extiterit : periit quercu suspensus in alta  
 Perfoissus telis, fœnea & projectus in ima  
 Aggeribus lapidum tacto tumulatur aceruo .  
 Confestim , e, sella Rex surgens inde recessit .  
 Puluere conspersus caput exclamabat eundo.  
 Absalon heu fili mi : fili mi Absalon heu heu  
 Quis mihi concedat geminabat terq; quaterq;  
 Ut pro te moriar : uiuo reus hostia fiam.  
 Cumq; exclamaret thalamo Rex uocibus iſtis.  
 Nec grauis hæc ullam faceret querimonia finem.  
 Iamq; propinquabant bipatentibus agmina portis  
 Leta salutantes Regem, quasi uictor adesset.  
 In porta excipiens uictores fronte serena,  
 Ast ubi præsentes absentem & ad althera uoces  
 Mittentem querulas pro gnato cæde perempto  
 Agnorunt, nimio pauefacti corda stupore  
 Demissa facie (cen uicti) ac uoce repressa  
 Declinauerunt exercitus omnis ab urbe.  
 Militiae at princeps super omnes motus lobas  
 Regem adit, atq; illum dictis incusat amaris.  
 Pro puero nequam paricida mente rebelli

Bartholomaei Bottae.

Indigno vita iactas super athera voces?  
Atq; eiulatus querulos effundis in auras?  
At decertantes pro te contemnis? at istos  
Ductores pucrosq; tuos, qui sanguine multo  
Hanc pepere re tibi palmam . qui mente fideles  
Viribus eximiis expugnaueret rebelles,  
Exilii finem, finem imposuere laborum.  
Spernis? & asperitu nos deditigaris ut hostes?  
Hec ait, atq; truci vultu testatur Olympum  
Ni luctu abiecto faciem mutatus & ora  
Obuius in porta reliquis venientibus vltro  
Offerat exemplo se Rex . instare periculum  
Deseri ab agminibus cunctis , solumq; relinqui.  
Passurumq; malum, quo nunquam durius ullum.  
Tum patris excutiens vultum, Regisq; serenam  
Dissimulans faciem, sub pectori vulnera nati  
Defuneti abscondens, patriumq; in corde dolorem,  
Egreditur portis, sellaq; insedit eburna.  
Incundam speciem cunctis venientibus offert.  
Principum in amplexus letas extendit & vlnas.  
Gratatur reduces, ac dextram porrigit illis.  
Redditia letitia est ducibus, Regemq; salutant.  
Tum qui transferant equites, peditumq; phalanges  
Auditio hoc redeunt, exercitus omnis in armis  
Ostentat se Regi, atq; oblettatur in illo .  
Ac veluti agricolis cum forte metentibus arua  
Improuisus adegit turbo, caligine cœlum.

Qui.

Dauidiados Lib. VI.

129

Qui densa inuoluens adimis spectacula solis.  
Fulguribus crebris, tonitruq; minatur aperio  
Tempestatem atram miseris, dirqmq; procellam.  
Grandibus & guttis instant e nubibus imbræ.  
Diffingunt omnes, & opus, carmenq; relinquunt,  
Quo fessos artus hylares, curasq; leuabant.  
Si tamen exemplo Zephyrus confurgat, & Eurum  
E regione procul cœli cum nubibus efflet:  
Tum redeunt clari pia lumina solis adempti,  
Agricolas ipsos latebris exire videbis,  
Atq; alacres ad opus, carmenq; redire relictum.  
Sic quoq; deposito, leti, merore priori  
Vitores portas ingressi carmina festa  
Ceu prius ore dabant . Regemq; Deumq; canebant,  
Signa ostentabant, qua victis hostibus illa  
Diripiueret die, spolia atq; cruenta trophya.  
Captiuos etiam quos vincula dura ligabant.  
Innumerosq; Duces fugiendo: aut vulnere fractos.  
Mirantur ciues numerum, exuuiasq; recenti  
Sanguine adhuc tintetas. & corpora magna gigantum  
Tum fessos dapibus socios, & vulnera curant.

Dauidiados VI. Libri finis.

10. AVGUSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In septimum Dauidiados argumentum.

*Monosticon VII. Libri.*

Septimus Isaiden regno cōfirmat inundūm.

*ARGUMENTVM.*

**V**ota Deo reddit, celebrat coniuia vistor  
Isaides : narrantq; duces & fortia facta,  
Bannaias, quæ quisq; suo pro Rege pericla  
Pertulerit : rursum hortatu senioris amici.  
Orsa refert. vt nato Abner post funera patris  
Obtulerit regnum, pugnæq; exarserit ardor.  
Mox initum fedus narrat, facinusq; nefandum  
Kloris Ioabi, & iuuenis miserabile fatum.  
Hinc regem populos animis concordibus illum  
Agnouisse suum. & solymis noua bella parati.  
Inde palestinos ausis : sceptriq; coronam  
Arce syonea positam cum fæderis arca.

B.R.-

<sup>130</sup>  
BAR. THOLOMÆI

BOTTAE.

Dauidiados. Liber VII.

**A**T Rex exceptū cōdens sub pettore vulnus  
Quāquā vix lachrymas inter suspiria rara  
Et tacitos gemitus vltro quandoq; fluentes  
Affectu patrio vt genitor cohibere valebat.  
Læcitiam hand simulans, sed gaudia vera modestus  
Iam prætendebat coram vittoribus ipsis  
Ore sercato : celesti munere palmam  
Corde recognoscens partam : gratesq; tonanti  
Ex animo dignas primo soluebat Eoo.  
Imposito fini curis, longoq; labori.  
Partiri demum populo æqua lance inbebat  
Expositam ingentem prædam ; donaria multis  
Insuper arbitrio duxorum : lumine certo  
Qui merita atq; fidem, cunctorum & fortia facta  
Præsentes melius norant, ac vulnera passos.  
Quiq; propinquorum subita pre morte dolebant.  
Qui varios casus, gravia & discrimina rerum  
Euentusq; malos fortunam quiq; notarant.  
Vt pote sudoris testes, testesq; laborum.  
Regia barbarico cul tu dehinc ampla parari  
Tecta iubet : postes auroq; ostroq; decoros.

R.

Bartholomæi Bottæ.

*Ac vetetes muros viridantii fronde poliri.  
Porticibus longis auleaq; forte reperta  
Exuuias inter, depicta coloribus aureis,  
Præcipit expandi : sterniq; tapetibus amplis  
Omne solum comptas byssino & vellere mensas  
In quibus ornatos Ductores murice & auro  
Excipit aurato Rex ipse induitus amictu.  
Mille Ducum nati tonsis mantilia villis  
Indolis egregiæ Iuuenes spes optima patrum  
Ante ferunt, grandes pateras & cymbia vasea  
Dent ut odoratas manibus respergine lymphas,  
Excipientq; simul : niueo dehinc vellere siccent.  
Dona dehinc libani expeditunt, fructusq; feraci  
Ac super omne solum fœlici vrligine pinguis.  
Ante omnes mediis sella Rex sedit eburna  
Composita latæ substrata pelle leonis :  
Horrida cui ceruix ritis pandebat apertos,  
Ostendens albos dentes, linguamq; rubentem:  
Velleribus fuluis dorsum pendebat vrimq;.  
Atq; pedes rigidi fulgebant vnguibus aureis.  
Post Regem proceres decorata sedilia complentur  
Turpureis pannis, variisq; coloribus auro.  
Ordine quisque suo, dextra præfctus Iobas  
Militiæ, Abbisaïs frater quoq; proximus illi.  
Tertius a leua perprudens Ductor Ethais.  
Bannaias illi virtute ac sede propinquus.  
Heroes, aliiq; Duces hinc inde loquantur.*

Iesbaus

Dauidiados Lib. VII. 131

*Iesbaus & seminas iuuenum comitante caterva  
Architriclini officium impleuere : nec inde  
Sunt designati præstantes robore & armis.  
Maior habebatur sed enim qui moribus esset :  
Præditus humanis, sociosq; præiret honore.  
Intus erant famuli plures penetralibus ipsis  
Cura penum quibus est struere, atq; adolere penates.  
Fumantes epulas pretendere lancibus aquis.  
Quas iuuenes longo gestabant ordine mensis.  
Crateras alii, calices ac pocula promunt.  
Vnde ministrantur latices & fortia vina.  
Miscendo ad libitum : nec erat qui cogeret illus  
Nolentes repetita resumere pocula voce,  
Spumantes nè mero pateras haurire lyco.  
Ebria quippe tument cum pectora, cumq; cerebrum  
Fumoso ex vino caligine voluitur atra  
Inter conuinias rixa, rabidiq; tumultus  
Insurgunt fuso ac miscentur vina cruore.  
Exploso hoc igitur certamine Regis ab aula.  
Sobria festiui in longum conuinia ducunt,  
Contenti vietu reparare in corpore vires.  
Quas labor exhausti longi & ieiunia belli.  
Vescuntur pariter cuncti fumantibus escis  
Selitarum alitium perfracto gutture colli,  
Alitium pecudumq; simul, carnisq; ferinae,  
Seruato ritu patrio, & discrimine legis.  
Taurorum ingentes artus (nam sanguine fuso*

R 3

Ante crematus adeps sacram fumarat ad aram  
 Heroes soli depascunt, extaq; costis  
 Diripiunt audi veribus detorta salignis.  
 Postquam excussa fames & amor compressus edendi  
 Textilibus calathis palma scirpoq; marino  
 Copia pomorum (mensis quæ grata secundis  
 Munera sunt) allata fuit quibus affluit illa  
 Fructibus ora ferax veluti paradisus ad Edem  
 Præcipe caricis, digi, isq; rubentibus illis  
 Quos in Idum ea pulcherrima parturit arbos.  
 Viscera cunctorum postquam exaturata quierunt.  
 Aspersis iterum manibus, mensisq; remotis.  
 Rex variis belli casus, & prælia querit?  
 Quonam quisq; loco primum congressus in hostes  
 Fortia facta Ducum, Heroum scitatur & alta.  
 Quo pacllo pauci simul agmina tanta fugarunt?  
 Siue per insidias an aperto marte per hostes?  
 Irruerint? tello an potius stratagemate vafri?  
 Robore an humano fuerit vitoria adepta?  
 Numine vel potius superum, certamine in ipso  
 Viribus adiecitis vitoribus, atq; pauore  
 Summisso interius victis: præcordia nanque  
 Nescio qua subita formidine pulsæ pauescunt.  
 Tum tremuere Duces, tacitiq; per ora tucentur.  
 Mutua, quarentes quis idoneus esset ad ifla?  
 Bannaïas tandem signatur ab omnibus unus;  
 Ut qui bellipotens, fandiq; erat arte peritus

Singula

Singula præteriti queat acta referre dici.  
 Bannaïas igitur surgens sic ore locutus.  
 Viuat in eternum Rex fælicissimus eum:  
 Fortia Ductorum durent ac gesta suorum.  
 Robore non nostro præsens vitoria parta est.  
 Et si magnanimi, totis ac viribus hostem  
 Prefferimus: tamen exiguis numero obrutus esset  
 Deniq; ab agminibus tantis exercitus audax.  
 Numine ni superum suggestæ in pectora vires  
 Durassent, magis atq; magis succrescere visæ.  
 Divisis animis etiam discordia quadam  
 Inter eos mihi visa fuit paulo ante suborta.  
 Nam tres seiuittim in diuersa abierte phalanges  
 Nos etiam in totidem paritti ut eramus, adorti  
 Absq; labore duas: castris eiecimus ambas.  
 Tertia sed pugnax acies conflixit aperie.  
 Robore fisa Ducum, numero ac milite frcta.  
 Expugnata diu, verum reparata frequenter  
 Ad medium usque diem, magnis tamen obſtitit ausis.  
 Territa tum cessit super aduentientibus istis  
 Qui iecere duas alias fælicibus armis.  
 Hac ait. & verbis monstrat loca cognita Regi.  
 Deductoq; mero mensa depingit in ipsa  
 Productos colles, riuos camposq; patentes.  
 Et quibus obſtiterint artis in faucibus hostes.  
 A quibus inde procul fuerint legionibus atti.  
 Enumeratq; Ducum per singula, fortia facta

Bartholomæi Bottæ.

*Que pugnando tanè potuit Dux ipse videre.  
Nec reticet verax quæ gesserit hostis Amasas  
Oppositas partes quarens bellando innare.  
Quos dederit leto fortæ, quos ante fugarit,  
Quæ n celestis Pheletisq; simul conclusus in arbo  
Quo celeri saltu certam per deuia mortem  
Vixit, qui ritos cursus, quantosq; recursus.  
Herou n fremitus tum mensa surgit ab omni.  
Namq; incusibant trepidum : quia fugerat hasta  
Congressu primo in clipeos tantummodo fracta.  
Bannarias contra, cæuta referebat id astu  
Esse Ducis factum, castris quo posset abire.  
His, aliisq; Duces verbis contendere visi.  
Sic animum Regis vario sermone leuabant.  
Interea senior nato subnixus ob xuum  
Berselaus adest bylari, Regemq; salutat.  
Hic Galaade satus iuncta Galaditide nymphæ  
Bellando etatem prorsus consumpserat omnem.  
Vi superum occulta seruatus vulnera ab omni  
Integer : ut puris qui moribus integer esset.  
Vittorem amplexus Regem gratatur adesse.  
Ductores tantos dehinc admiratus in unum  
Consedisse, genas lachrymis impleuit obortis.  
Dehinc ait, O tales animos Deus optime serua.  
Magnanimum herorum, & concordia peitora pace:  
Vnde salus Regni totius, & vnde rebelles  
Semper ab obliquo retrahantur limite fracti.*

*Iustitia*

Dauidiados Lib. VII.

133

*Institia veluti callumna pellitur omnis ;  
Non secus armorum virtute rebellio dura.  
Tunditur : hac populi franguntur & arte superbi.  
Qui fractis opibus domiti, pressoq; Tyranno  
Ex tribubus cunctis veniam pacemq; petentes  
Legatos mittent : Regemq; in regna reducent.  
Cingere nec vobis opus obsidionibus vrbes.  
Maxima res confecta viri, metus omnis ab esto.  
Sic fore vti vates prænuncio, & omnia tuta.  
In manibus vestris regnum mihi credite cano  
Multarum experto rerum per tempora longa.  
Sic fatus senior molli tum sede locatur  
(Omnis namq; Ducum chorus assurrexerat illi)  
Herorum medius, recto sed tramite contra  
Dauiden ipsum, quoniam oblectatus in illo  
Ceu cari aspectu gnati pater ora tueri  
Regia gaudebat semper, faciemq; serenam.  
Cumq; loquebatur, pendebat ab ore loquentis.  
Tum veluti ad patrem Rex sic affarier orsus.  
Nos tua suscipimus leti prænuncia fata  
Berselae pater, diuini vt vatis ab ore.  
Non tua nunc primum mihi certa fidelia dicta.  
Credimus experti dudum : reminiscimur inquam  
Proxima præcipua quæ nobis ante tulisti,  
Cum regno expulsos, tristes, profugosq; benigno  
Exciperes alacris vulnu, molliq; foueres  
Amplexu, dictis, armis, opibusq; leuares.*

Bartholomæi Bottæ.

Consolatus enim verbis (*vt scimus amicis,*)  
Sic fore dicebas, sublato *vt* turbine venti  
Nubibus in purum resolutis aera, cælum  
Omne serenari, ac magni freta concita ponti  
Tempestate cito, pacata quiescere ab atra.  
Collectis nautas remis, velisq; resartis  
Protinus optatos videas apprendere portus.  
Vos quoq; vexatos populari turbine quodam  
Sic fore *vt* amota diuini numinis ira,  
Permissu cuius fuit ista repente suborta  
Seditio, prorsus relevatri, in regna reduci.  
Numine pacato lachrymis, superauimus ecce.  
Ammodo nil superest. nisi nostra in regna reduci.  
Id quoq; fatidico spes est te vate repleri.  
Vtq; fide certa tamquam cælesti morari  
Promissum hoc noris : non hinc victoria signa  
Ante mouebuntur, tribuum legatio supplex  
Quā veniam pacemq; petens aduenerit omnis:  
Saucius interea miles curabitur arte.  
Hisq; fatigatis requies erit omnibus vna.  
Ne tamen incassum tempus labatur inane,  
Polliciti memor ante mei fausta ocia nattus  
Sermonem vobis tacite exposcentibus, vltro  
Dudum intermissum repetam : atq; exordia regni  
Post exanclatos multo sudore labores  
Subsequar : *vt* vitam nostram specularicr omnes  
Hi iuuenes possint, imitari & fortia facta

Heroum

Dauidiados Lib. VII.

134

Heroum exemplo, ac vera virtutis amore.  
Dixerat : & tacita dum mente reuolucret acta  
Enarrata prius, secum narrandaq; certo  
Ordine digereret : Princeps Galaditidis oræ  
Berselaus ait, merito Rex optime noster  
Te colimus : præcedis enim mea vota benignus;  
Dum narraturum te offers : pro munere magno  
Quæ fuerant poscenda mihi, nam cœtus hic ore  
Ductorum innuerat tacito, iuuenumq; corona.  
Atq; ideo, (*vt verum fatear*) tua limina adiui.  
A graibis curis iam te ratus esse solutum.  
Hæc ille atq; manu sunt facta silentia tellis,  
Tum Rex e solio sic est affarier orsus,  
Extenta in proceres dextra, vultuq; sereno.  
Postquam Defuncti supremo a funere Regis  
Dilectiq; mihi Ionathæ surreximus omnes,  
Consulto ante Deo parua Syceleche relicta  
Inde aam tum primum Hebrona petiuimus urbem.  
Atq; ibi collectis senioribus omnis Iudeæ  
In Regem atq; Ducem belli me nostra perunxit  
Letæ tribus : scæptrumq; dedit, regniq; coronam.  
Tunc ego ne tanta percussus clade pateret  
Hostili populus præda, rectore perempto.  
Protinus armari iuuenes, finesq; tueri  
Expositos inbeo procul : atq; infirma locorum  
Muniri aggeribus raptim per rudera structis  
Semiruta atq; nouis succingier oppida muris,

Turribus ærectis castella in montibus alta  
Firmari : telis, armis, rictuq; repleri.  
Ut possent etiam longa obsidione teneri.  
Millia quanta virum fuerint Hebrone coacta  
Tempore in exiguo quisquam vix credere posset.  
Nam longo armorum tribus hæc incalluit vſu.  
Promissæ introitu terræ Salmone sub ipso  
Esse quoq; in fatis memorabant debita priscis  
Scœptra senes tribui nostræ, gentisq; Ducatum.  
Et mansura diu, donec mittendus adesset  
Maximus e summo Christus promissus olymbo  
Quem saluatorem deberent vſq; morari  
Regnaturum orbi cunctæ per sæcula gentes.  
Sic nostri generis patrem cecinisse Iacobum  
Aiebant olim post sæcula multa futurum.  
Dum nati suprema daret mandata vocatis,  
Quæq; sigillatim fuerant ventura doceret.  
Id tempus venisse igitur, promissa parentis  
Leta tribus recolens quo munera tanta priora  
Suscepserit : donec ventura secunda manerent.  
Quando priora quidem sunt pignora certa futuri.  
Vnde mibi iusto Regi parere parati,  
Nimirum exiguo legiones tempore senas  
Sponte coegerunt, Equites bis mille ducentos.  
Parte alia fugiens captis in Gelboe castris  
Militia Saulis princeps collegerat Abner  
Reliquias populi, triginta ad millia cæsis

Isbostethum,

Isbostethum, Saniis fuerat qui sola superstes  
Et soboles suprema domi agenirice retentus  
Constituit Regem, sedemq; in castra locauit,  
Hanc ipsam Manaim, qua nos consedimus vrbe.  
Castra quidem ut scitis Manaim plerumq; vocamus.  
Hinc pro Rege suo traecto protinus amne  
Agmina quæ reliquis tribubus collegerat Abner  
Eduxit, reputans se posse infringere magni  
Fata Dei, quibus hæc regna spopondera olim  
Cælitus, at concessa volens mibi iura tueri,  
Saretiadem intrepidum tribus ipsa elegit lobam.  
Militia nostra Ductorem, ita credidit illi.  
Tum primum inter nos ciuilia bella suborta.  
Indignatus enim princeps acerrimus Abner  
Quod mea me Regem tribus assumpsisset Iudæ.  
Instructam in nostros aciem produxit ut hostes  
Concurrere igitur ciues (miserabile vſu)  
Piscofam Isacidæ celsi Gabaonis ad vndam  
Cum dirrcessissent acies vtrinq; paratas.  
Euentum belli placuit tentare periclo  
Paucorum : incertam minimo discrimine palmarum.  
Egrediantur (ait) pueri coram omnibus Abner  
Biffeni, ac tentent primi præludia bellii.  
Egrediantur (ait) noster quoq; Ductor lobas.  
Continuo audaces egredi hinc inde duello  
Conflixere cito, leua (miserabile vſu)  
Vnusquisq; parem comprehendit, & illia ferro

Bartholomæi Bottæ.

Per latera infixo celeri transuerberat istu.  
Occubuere viri fortes, nomenq; dedere.  
Nam robustorum locus est exinde vocatus.  
Territus est Abner totusq; exercitus eius  
Tam subito casu, ac miseranda cæde suorum.  
Vnde fugam primo congressu iniere peremptis  
Tercentum ac supra, fugientes acer Iobas  
Insectatur eos, nec nocte tenetur opaca.  
Dum fugerent, facinus memorabile frater Ioba  
Quod meditabatur secum est conatus Asaël  
Prendere Ductorem fugientem, aut perdere ferros,  
Cursor ut acer erat, capreis velocior ipsis  
Insectabatur fugientem iamq; premebat.  
Quem sic progreiens ut erat placidissimus Abner  
Alloquitur. dextra iuuenem tibi siue sinistra  
Quem spolies (inquit) pete, ne te cogar Asaël  
Hac fodere inuitus conuersa e concitus hasta  
Vnde tuo fratri sit siam inuisus Iobæ  
Perpetuo ut nunquam possim caput ante leuare.  
Iusta cæde licet, namq; implacabilis extat.  
Nec minus infelix sequitur, premit atq; monentem.  
Talia verba putans secum Dicis esse pauentis.  
Exuuias, iterum atq; iterum clamauerat Abner,  
Ex aliis aliunde petas, morieris Asaël.  
Perstitti ille amens, monitis nec cessit amicis.  
Percitus vnde ferox auersa protinus hasta  
Inguine percussit ferientem: & cädere retro

Viribus

Daudiados Lib. VII.

135

Viribus ac vita tum deficiente coagit.  
Ille quidem occubuit, magnis tamen excidit ausis.  
Magnanimum iuuenem pedites fleuere iacentem  
Illum equites pariter lachrymis fleuere subortis.  
Atq; morabantur nequeentes lumina ab ipso  
Fleßere. quin omnes credas ibi sistere cogi.  
Indolis egregiae decus id morientis in ore  
Efulgebat adhuc, fletus quo quisq; ciebat,  
Ac veluti flores decerpti nuper ab vngue,  
Succedente etiam seruant pallore ruborem.  
Lilia sic retinent candorem quassa per auras.  
Illum igitur frater texit: iussitq; moueri.  
Longius Abbatis: mora ne properantibus vltro  
Is fieret. profugos atq; insectarier hostes  
Inde retarentur, casi quoq; sumere pœnas.  
Acrior ergo sequens, defunctiq; vltor Iobas  
Extremos ferro quoescumq; metebat acuto.  
Obvia sed veniens iam colle receperat illos  
Benniamidum proles, tumuloq; tegebat in alto.  
Vnde leuans Abner vocem clamauit. Ioba  
Quo furor vsq; tuus deseuiet vltor inique?  
Quo ferus vsq; tuus sudabit sanguine mucro?  
Non alienigenas sed fratres perdere queris.  
Solus an ignoras quam desperatio dura?  
Sitq; salus fessis nullam sperare salutem?  
Accitus his verbis populum reuocauit Iobas  
Aere dato signo, sociosq; in castra recepit.

Sive pudore nono, insueta aut pietate grauatus.  
 Incertum an dubia metuens discrimina noctis;  
 Vna igitur fratrum sunt prælia voc dirempta.  
 In diuersa abiit exercitus alter vtrinq;  
 Nec tamen is bellum finis, sed tempore longo  
 Inter vtramq; domum certatum est, donec Is Abner  
 Rege suo increpitus patriæ consortia propter  
 Pellicis indignæ tulit hæc conuicia Ductor:  
 Utq; canis rabidus virga percussus herili,  
 Latratus duros Dominum conuertit in ipsum:  
 Ostentat dentes, rictusq; expandit apertos.  
 Sic ille indignans culpæ leuis esse reatu  
 Increpitum grauiter, mecum noua fæderâ tentat  
 Alloquitur tribuum capita, iis mea fata recenset,  
 Me designatum Regem, a puerilibus annis  
 Fatidico Samuele docet: strauisse Coliam  
 Terribilem cunctis terebinthi in valle gigantem.  
 Meq; Ducebat optatum populo, fælicia semper  
 Sinna fuisse refert mea. meq; Tyrannidis atræ  
 Debellatorem monstrari cælitus vnum,  
 Sub quo fas plena sit libertate potiri  
 Talibus eloquiis procerum deuincta suapte  
 Obsequiis olim nostris, præcordia monit.  
 Lethæo nec enim fuerant iam pectora sparsa:  
 Mentibus obtusis, adeo neq; vel reminisci  
 Ne possent partos nostro sudore tryamphos.  
 Benniamidas ipsos etiam deflexerat Abner.

Ignatum Regem exoscos, & inutile sceptrum.  
 Tam sibi quam generi, pro quo discrimina multa  
 Hattenus expertos, & adhuc grauiora manerent.  
 Si producta foret diuina diutius ira.  
 His habitis, procerum consensu Hebrona petiuit,  
 Consortemq; thori dilectam Saulida nostri  
 Quam patcr in uitam tulerat, laidaq; locarat,  
 Adducit secum, qmæ nostro gratior esset  
 Abner in aspœctu primo, veniamq; sequestra  
 Ac pacem toti populo Regina pararet.  
 Tunc igitur magno nobis exceptus honore  
 Maximus Is populi princeps: acceptaq; pacta  
 Fædera sunt inter nos, atq; in pace remissus  
 Vi tribuum primos adduceret: vtq; coronam.  
 Ante repromissam vatum diuinitus ore  
 Post habito Isbosetho, totius gentis & ipse  
 Militia dictus princeps, mihi poneret Abner:  
 Ecce sed infælix rotis est obrutus ipsis,  
 Successu in primo rerum: Namq; acer Iobas  
 Forte superueniens, auditio principis huius  
 Tam subito aduentu, celeriq; in pace recessu,  
 Quæ fuerant & pacta simul noua fædera pacis,  
 Turbidus intumuit: mecumq; expostulat ista.  
 Incusans hostem, explorato: emq; remissum.  
 Unde furens abiit: finem præciderit ipse.  
 Moxq; recedentem celeri cursore subacto,  
 Cum nec adhuc nostra princeps procul esset ab rube

Bartholomæi Bottæ.

Admonet ut redcat, quasi quædam oblitera fuissent  
 Quæ meminisse decens erat, ac conferre necesse.  
 Inscius huius ego Deus est mihi testis, & ipse  
 Compositor fraudis, sine me qui texuit illam.  
 Occidit incautus rediens confossum in ipso  
 Limine portarum: maduere & sanguine postes.  
 Vltus Asaëlem fratrem sic durus Iobas.  
 Occisi in bello has pœnas sumpsere dolosi.  
 Bis gemini fratres, alia seu fortè latenti  
 Quam soli tacito condebat peccatore causam.  
 Quid facerem? turbata mihi ipso in cardine rerum  
 Omnia: nam conuenta breui casura videbam;  
 Ni fautor regni mihi prospexit ab alto,  
 Pectora qui solus seruare innoxia nouit.  
 Protinus accurri, cœlesti numine tactus.  
 Disrupi vestes, palmis & pectora planxi.  
 Effudi lachrymas, questus & ad aethera mœstos  
 Coram omni populo, certa & suspicia misi.  
 Seruiadas etiam duros pro tempore dixi.  
 Multas concessi maledicta inuestus in illos.  
 Quæ non euident, & si tardante senecta,  
 Exaltore Deo. qui vindicat omnia iustæ.  
 Supplicii grauitate moram qui pensat in illos,  
 Qui vel ab utuntur tanta bonitate, nec ipsum  
 Clementem ut Regem reputant, ita deniq; iustum.  
 Inficias uel eunt, rudit ac Pharaonia proles  
 Ego Deum. vel si est, mortalia temnere facta.

Possumus

Dauidiados Lib. VII.

138

Possumus elicere ex diurna se de malorum.  
 Ore licet falso fatigantur, cuncta videre.  
 Tunc ego præcepi cunctis maioribus urbis,  
 Sauiadeq; ipsi, duitoribus atq; Tribunis:  
 Maximus ut quoniam totius gentis Hebreæ  
 Occiderat Princeps, solemnes diuite pompa  
 Exequias illi facerent, loculoq; subirent.  
 Ipse quoq; indutus lugubri ueste pbererum  
 Ponè sequens flebam, insontem tumuloq; locabam.  
 Occlusumq; intus suprema voce ciebam.  
 Abner Benniame & Duxor fortissime gentis  
 Hic miserande iaces casu sublatus acerbo.  
 Non velut ignavius cecidisti: brachia nullis  
 Funibus aut manicis tibi sunt iniecta per hostes  
 Nec tumuere pedes inclusi compede dura.  
 Captus & irrisus ludibria nulla tulisti.  
 Intulit haud quisquam fugienti vulnera dorso.  
 Sed velut infidias ficti patiuntur amici  
 Pendere viri fortes omnes: ita fraude dolosa  
 Tu quoq; præuentus miserabilis occubuisti.  
 Nam quis iniquorum fratribus, quos credit amicos  
 Perfidiam vitare valet? laqueosq; cauere.  
 Pectoribus clausos & ac technas corde latentes?  
 Luce palam his habitis, & munere functus amici,  
 Ne norunt omnes insontem in sanguine casi.  
 Officiumq; pùs Regis super astra tulere.  
 Seruiadas odio, mesunt & amore securi.

Nec, quia vallatos numero milite fratres  
Vtpote qui casis latronibus ante redissent  
Victores, Regem vt decuit multare nequibam,  
Sunt indignati, nam nota potentia fratum.  
Regni etiam nouitas erat excusabilis illis.  
Nullus enim Regum scelera onania vindicat unquam  
Multæ nequit solus, quæ disimilare necesse est.  
Plurima testa luitent quæ nocte reguntur opaca.  
Ergo Deum vltorem sperent impune relixi.  
Omnibus expletis vix tandem a funere surgens  
Tum demum fletus posui apparentibus astris  
Consensi gustare cibum, quod & ante negaram.  
Additur hinc aliud facinus damnabile eodem.  
Tempore fortè paucoriam federat ossibus ingens  
Benniamida Isbosetho, vulgata cæde recenti  
Abneris, ignauo Regi sunt membra soluta.  
Nullæ animo, nullæ mansere in corpore vires.  
Vnde fatigatus curis ardentibus intus,  
Debilitate foris, lecto cum forte quietem  
Meridie parua solus captaret in aula:  
Cumq; fores omnes vigili custode carerent.  
Solaq; anus nutrix grani purgaret aristas.  
Ante domum quam sola vigil seruabat apertam.  
Vtla sopore tamen, medii feruore diei  
Inclinata sinu caput, obdormiuit inertii.  
Ecce repente duo Berotæia semina, fratres  
Remnonide, iustus index quos vrbe fugarat

Vtpote

Vtpote sicarios, patronos atq; latronum,  
Adspicunt atq; vident fruges custode carere  
Mox sibi diripiunt abieclæ messis acernum.  
Ense soporata vctula tamen ante perempta  
Ne vigilis furto, vel clamor anilis obfset.  
Ergo perpetuo vigil est multata sopore.  
Cum simul aspicerent foribus bipatentibus ades  
Expositus furto, tacitis sunt passibus illas  
Ingressi, vt Regem lecto videre iacentem  
Ausū immane nephas fratres, ausoq; potiti.  
Namq; soporatum scelerato protinus ense  
Inguine transfodiunt, crudeliter atq; trucidant.  
Avulsum inde caput truncō sumpsere relixi.  
Cum reliquis spoliis fuerant quibus ante repleti.  
Nequæ recedentum vestigia pressa per agros  
Fortè notarentur, deprendiq; inde valerent.  
Avia deserti sibi nota abcundo petentes  
Nocte cucurrerunt tota, atq; Hebrona volarunt.  
Me petere audaces sunt ausi cæde recenti,  
Se fore ditandos sperantes atq; probandos.  
Suscipte dixerunt caput hoc Rex inclyte, Regis  
Benniamidum, populis qui te regnare vetabat.  
Infensoq; odio te insectabatur vt hostem.  
Hunc Deus omnipotens nostro dedit ense necandum.  
Namq; soporatum lecto obruncaimus ipso.  
Hoc scelere audito, viso quoq; cesspite casi,  
Horruit aspectu dire, atq; effebuit ira.

Bartholomæi Bottæ.

Pectoris ut iusti, sum detestatus & illos,  
Ausi immane nephas, qui, & perpetrare fuisse.  
Sic Deus in columnem seruet, regnoq; potiri  
Me faciat (dixi) quia detestabile vestrum  
Hoc scelus vlciscar : memori nam mente reuolu  
Illiū qui Saulem mandante peremerat ipso  
Munera cuiq; dari tam nuncia leta ferenti  
Forte videbatur dignum : tamen ense necandum  
Iustitia suadente dedi, haud exterritus esset  
In Chriſtum ac Dominum scelerata extendere dextrā.  
At vobis (inquam) Banæ ac scelerate Rechabe  
Quo parcam pacto ? qui hominem nihil ante nocenter  
Qui Regem vestrum latronum more necasti ?  
Arripite hos pueri, manibus pedibusq; recisis  
Effodite hos oculos, truncis & naribus aures  
Vellite, deformes factos suspendite muro.  
Ut videant cuncti, ac scelus execrentur eorum.  
Regis at insontis caput, electa vngita myrrha.  
Floribus aspersum tumulo condamus in ipso  
Abneris : exequias digno celebremus honore.  
Quo fatto pietas mea propagata per vrbes.  
Benniamidum extremas gentis totius & oram  
Palla prius regni stabiluit fædera nostri.  
Et populorum animos maiori vinxit amore.  
Rectores igitur, Tribuum capita, atq; Tribuni  
Militæ, cunctiq; Duces, exercitus omnis  
Defuncti Regis, turbata repente tameisi.

Pectora

Dauidiados Lib. VII.

140

Pectora geſſiffent, audita cade nefanda  
Principis ante ſui . verum pietate fecuta  
Qua ſcelus vltus eram, pacati mente quicrunt.  
Fæderibus placitis omnes, dictisq; ſletere.  
Cumq; die fixa diuerſis ſedibus vltro  
Ad me acceſſiffent, porrexiffentq; ſalutem,  
Vnanimis eademq; vno ſunt ore locuti .  
Noſter eſ, oſ noſtrum noſtris ex oſibbus ortum  
Noſtra ex carne caro, Tu Rege ſuperſtitie Saule  
Dux preçiosus eraſ nobis ex millibus vnuſ  
Elleitus, fortis viſtor confeſſus ab alto.  
Te puerum Samuel ſacro perfudit olinio,  
In Regem noſtrum iuſſu regnantis olympo,  
Regnaq; terrarum merito tibi iure locantis,  
Non importunis turbæ clamoribus actus  
Ut Saulem durum Regem praefecerat olim ;  
Sed pater ut gnatis blando dedit ore magiſtrum  
Non exactorem populi te, aſprumne Tyrannum,  
Cenſorem at morum, Seruatoremq; futurum.  
Sceptra quoq; in longum generi dignabitur auum.  
Ac ſtabile imperium Dauidis in arce locare.  
Quem non lenticula fragili, inſtabiliq; perunxit.  
Præteritum ut Regem, quem iam diſfudit abano  
Ut ſolet e facilī labro versarier vnda.  
Quin prius forti liniuiſ & vberē cornu ;  
Pingue tibi imperium ſignans, dextramq; potentem.  
Adſumus ergo tibi praſto, parere parati.

5 4

Ut Domino, ut Regi, atq; Duci, patri, eq; parenti.  
 Accipe sceptrum manu, regenos, capitiq; coronam  
 Fulgentem radiis, esto tu gloria nostra.  
 In bellis victor, pressiq; ex hostie triumphans.  
 His dictis, solio tribus omnis in arce locato  
 Purpurea induitum trabea stabiliuit & vnxit.  
 Inde meo capiti gemmis auroq; micantem  
 Bissenis fultam radiis posuere coronam.  
 Aurea sceptrum mihi debinc porrexere rogantes  
 Pacifice ut regerem ciues, hostesq; domarem.  
 Post haec summissis animis & corpore cuncti  
 Maiores natu, proceres, vnaq; Tribuni  
 Regis adorarunt in maiestate sedentis  
 Quiq; Dei in terra vice fungitur, aurum sceptra  
 Omnibus his actis libamina fudimus are,  
 Ingentes pateras spumanti sanguine plenas  
 Nam centum obtulimus tauros cum millibus agnis.  
 Extra sacerdotes crati fumantia abenæ  
 Intactosq; adipes adolebant ignibus : vnde  
 Thuribus exceptas ardenti forcipe prunas  
 Spargebant, demum suavi Thymiamate multo  
 Sussibant aram, templumq; vapore replebant.  
 Debita rite Deo postquam mea redditia vota,  
 Sacraq; pro populo de more fucre peracta.  
 Tunc epulis proceres demum incubuere paratis.  
 Omnibus & populis quacunq; ex vrbe profectis  
 Regisco luxu coniuia leta fuerat

Exhibitæ

Exhibitæ ac multis data sunt sua munera dignis.  
 Hinc exaudiri cantus, atq; organa multa  
 Concrepere, & cytharas modularis vocibus vna  
 Carmina letitiam fausti resonare dici.  
 Nocie debinc media vix membra dedere quieti,  
 Postera cunq; dies primo illuxisset eoo.  
 Clasica terribilem sonitum dare iussa fuere.  
 Confestim armari socios, facilemq; iuuentam  
 Correptis in equos telis descendere iussi.  
 In quorum medio cinctus iuuenilibus armis  
 Spumanti praœctus equo Rex ipse sedebam.  
 Hierusalem in magnam contendit Hebrone relicta,  
 Solus ibi stabat chanaanæ ex gente relictus  
 Iebusæus adhuc : quem non potuere parentes  
 Pellere tercentum totis atq; insuper annis  
 Quinquaginta : virum quod erant fortissimi bello  
 Pectora : quod celsis fuerat circundata muris  
 Vrbs ea : quodq; situ esset munitissima forti.  
 Vnde in contemptu nostri gens illas, nec ipsis  
 Armati portis voluere exire : sed altis  
 Mænibus (atq; ioco) cecos simul atq; Leprosos  
 Imposuere inopem turbam ac miserabile vulgus.  
 Turribus ex celsis clamabant inde superbi:  
 Regi Hebraorum prohibebunt mænia soli  
 Qui super assistunt claudi simul atq; leprosi.  
 Ast ego contemptus, diuino ac numine certa  
 Fortiter adiutus numero milite cinxi

Bartholomæi Bottæ.

*Applicitisq; (vrbem) scalis conscendere iussi.  
Suppositos pedites credas diuinitus alis  
Protinus assumptis ad mœnia summa volasse.  
Abiectis muro facile infælicibus illis,  
Congressu primo munitam cepimus vrbem,  
E lato custode quod indefensa vacasset.  
At Iebusai nos vt videre per vrbem  
Omnem præter spem, qui erat nec credere dignum,  
Ingressos furere, ac telis instare coruscis:  
Territi: & exemplo tanto correpta pauore  
Pectora sunt illis, vt nec pendentia tela  
A latere appositis sint ausi attingere dextris.  
Improuisus enim stupor iis deuinxerat artus.  
Cumq; stupore pauor: pauidisq; infederat horror  
Mentibus: & siccò simul arida lingua palato.  
Haeserat, vt tenues nec possent edere voces.  
Ergo velut statuæ, figmentaq; lutea quadam  
In quo quisq; loco fuerat tum forte repertus,  
Excipiebat ibi validos securibus ictus:  
Aut fodiebatur telis trans pectora missis.  
Aut illisa graui malitabat clava cerebro.  
Sic Iebusai chananea ex gente superbi.  
Interiere omnes, vix Orna superfuit vñus  
Qui Regem obsequio quodam sibi iunxerat olim,  
Dum fugiens Saulem variis latitaret in antris  
Vrbs capta inferior quamquam latissima, nobis  
Arcta videbatur tamen, & nihil esse peractum,*

Ni

Dauidiados Lib. VII.

242

*Ni simul excelsa contigeret arce potiri.  
Protinus edixi præconis voce vocatis  
Agminibus cunctis. Quicunq; prehenderit arcem,  
In domatum calamis signiq; refixerit hastam,  
Dux, & Militia princeps totius Is esto.  
Omnes ecce Duces certatim currere cernas.  
Sumpfisse alatis credas talaria plantis,  
Nec vallem transisse, sed & per inane volasse,  
Præmia magna mouent animos ad fortia facta:  
Altior illa quidem surgebat vertice montis  
Quem dixere Syon superabat culmine nubes.  
Nescio quo pacto repere, & volitare per hastas  
Appositæ video muris, nec querere scholas.  
Dormierint nec ne, incertum, tunc temporis hostes:  
Fistula iam domatum vexilli accepérat hastam;  
Namq; velut velox iam federat ales lobas  
In summa muri pinna, iam iamq; tenebat  
Signa manu; clamans meq; alta voce vocabat.  
Rex (ait) en arcem teneo: mihi redde quod vltro  
Pollicitus (neq; enim vox irrita Regis haberet  
Fas est: huic optatus honos est redditus vni.  
Huic merito cessere Duces: exercitus omnis  
Paruit, atq; lubens: debinc iussa nec abnuit ullus.  
Sic igitur summa fæliciter arce potiti,  
Ageribus iaetis vallem obturauiimus illam:  
Productisq; arcem muris adiecimus vrbis.  
Condidimusq; domos, quibus exciperemus ab omni*

Bartholomaei Bottæ.

Tarte procul regni procereſq; Ducesq; profeſtoſ.  
 Custodesq; ſimul vigiles primasq; cohortes.  
 Officium quibus eſi pratoria celsa tueri,  
 Aſtre & Regi, preſto parere iubentis  
 Imperio : turbas procul eſſe iubere moleſtas,  
 Atq; importunos populorum areſtre tumuliſ.  
 Seditio in Rege nſi quando repenitē cohorta eſt,  
 Quodq; frequens ea pars coniunctis edibus inſtar  
 Urbiſ erat, platea atq; viis hinc indi relictis,  
 Urbeſ Dauidis quidam dixerit Syona :  
 Complures arceſ ſolam dixere Syonis.  
 At urbeſ magna populo preſectus Iobas  
 Cum reliquis Ducibus ſi uul incoluere frequentes  
 Atq; ita per ſeptem bellis ciuilibus annos  
 Coafeſtis, poſt quam prium mihi credita ſceptra  
 Tranſtulimus regnum parua ex Hebrone preſecti  
 Hieruſalem in magnam, ſedesq; locauimus illic.  
 Vnde Palestini Syriæ gens aſpera bello  
 Ut me Dauidem in Regem noucre creatum,  
 Illis terribilem iam tunc ex eade Golie,  
 Cunctarum ut tribum regrem moderator habenas  
 Exarſere cito : dolor ingens oſſibus hæſit.  
 Arma parant, veluti contempta rebellibus eſſent  
 Imperia a nobis ſua : nam diſtione potenti  
 Praeſerat Hebraeos per tempora multa cadenteſ  
 Gens ea : quod ſpreto colerent, idola tonanti.  
 Sumat enim pœnas inimicis ſaſe miſiſtris  
 A populo

Dauidiados Lib. VII.

143

A populo peccante Deus inliſſimus vltor.  
 Vnde gemiſcentem legimus quandoq; locutum:  
 Heu heu me vindex inimico vlcifar ab hoſte.  
 Arma parant igitur dominari ut ſaſe putantes  
 Allophyli nobis, quia ſic grauitate reatus  
 Offenſus genti Deus id permiferat illis.  
 At reminiſcentis populi me Rege miſeritus  
 Iam pater ipſe ſui in gaſtrangere dura parabat  
 Seruitii hoſtilis : virgam ieu iactat in ignem  
 Placatus gnat⁹ genitor : qua percitus ira,  
 Pulsarat merito vertentia doraſa rebellis.  
 Nos itaq; audito fama referente parati  
 Hoſtili, nullo ut quondam terrorē ſubacti  
 Illius auſpicio rerum qui torquet habenas  
 Ac freti auilio, collegimus agmina noſtra,  
 Iam robuſtarum per ciuica bella cohortum.  
 Fortia namq; manus armorum ad prælia longo  
 Calluerant vſu, factæ in ſua dama potentes.  
 Cumq; propinquasset diſſu in valle gigantum  
 More locuſtarum vſtantes omnia morsu.  
 Ex aduerso acies noſtras dirrexiſimus vltro,  
 Consulto ante Deo, veniamq; ex corde precati,  
 Qui tonitru horribili tumidos abſterruit hoſtes.  
 Nos animis contra magnis obtriuimus illos.  
 Quid memorem peditum quoṭ millia cæſa fuere.  
 Quas equitum turmis anceps abſumpſerit enſis  
 Subuersos currus fracto prius axe rotarum.

Bartholomæi Bottæ.

Illic mille Duces gladio cæsi : totidemq; triumpho  
 Seruati nostro : prostratae quinque phalanges,  
 Quinque vt erant satrapæ) fuerit quā maxima strages.  
 Sunt certo indicio, mutataq; nomina vallis.  
 Nam prius hæc Raphaim dominata gigantibus olim  
 Dicta Baalpharasim, fuit appellata deinceps.  
 Quod Deus a nobis illic diuiserit hostes:  
 Quod vixi fuerint idola relicta Baallis.  
 Quæ simulachra Deum Demonia falsa tegebant.  
 Unde dari incertæ simulato numime sortes  
 Effingebantur, responsaq; vana futuri.  
 Neue infælicis populi insipientis vt olim  
 Deciperent animas ad pristina scandala nudas,  
 Iussimus effringi : foueisq; effossa relinquiri.  
 Nec tamen iis damnis, tanto & discrimine fracti  
 Absq; graui bello potuere diutius esse,  
 Dura palestini, nimirum ad prælia nati.  
 Namq; parant iterum repetitis sortibus arma.  
 Fortunamq; audient vitæ tentare periculo.  
 Euentus belli dubios, incertaq; fata.  
 Sydereò fluxu promoti, & vate bilingui,  
 Auspice ventoso, nec non & Aruspice vano,  
 Congeminant Equitum turmas, duplicantq; phalanges  
 Adueniunt iterum, valle & funduntur eadem.  
 Nos etiam magnis animis occurrimus illis.  
 Exigui numero, sed bello viuida virtus.  
 Conflictu nec enim numero milite solo

Vincitum

Damidados LIB. VII.

144

Vincitur : at potius fortis, ac maioribus ausis.  
 Qui mihi mos fuerat, dubiis in rebus, vt ante  
 Consulerem sorte superumq; hominumq; parentis,  
 Seruandum duxi in tanto discrimine rerum.  
 Per medium ratem, Poderi qui cinctus ad aram  
 Cum sacra contriti cordis lachrymasq; litasset,  
 Pro Rege ac populo nec non pia vota dedisset,  
 Hæc responsa tulit tenui spirante susurro.  
 Hostilem fugito frontem formidine facta,  
 Circuitu longo quæ sunt post dorsa pirorum  
 Ad sylvas contendere velut querendo latebras.  
 Summaq; cum nemoris motare cacumina cernes  
 Ipso diluculo nullis perflantibus auris.  
 Sed tibi, sed populo, nostro præcunte fauore.  
 Tunc hostes inuade tuos, ac fortiter vrge.  
 Dextera nam gradiens tecum mea conteret illos.  
 Est nemus oppositum superato colle pirorum  
 Quod manus agricola & conseruat ordine multo  
 Fructibus omnigenis. uerum quia collis abundat  
 Circunquaq; piris. sortitur nomen ab ipsis.  
 Huc quasi congressum fugeremus, abiuvimus omnes  
 Ut fuerat iussum metati castra sub umbris.  
 Ast alacres illi iam se superasse putantes  
 Indulgent genio, dapibus vinoq; replentur.  
 Nocte fere tota sistris citarisq; canentes,  
 Solemnes epulas uictori mane Baalli  
 Indicit castris missò præcone sacerdos.

Belligeroq; simul manu mortis sue Dagoni,  
Asterot. eq; Deæ , quam dicunt esse potentem  
Reginam cœli, & regnum iura tenentem.  
His pecora ac tauros vanus mactabat aruspex  
Ducebatq; choros hostis Lymphatus inermes,  
Laudabatq; deos : detestabatur at ipsum  
Gentis Iudeæ diuum sermonem minacem  
Ast opere imbellem, vanum, profugumq; vocabant.  
Audit omnipotens summo delapsus olympos,  
Et nemoris tenui supraemam cacumina flatu  
Concutiens, nobis se se monstrauit adesse.  
Tum nos conflictus ineundi tempore nacto;  
Extemplo armati cœlestia signa sequentes  
Colle sub umbroso sensim descendimus omnes.  
Atq; improuisi, taciti, sine murmure circum.  
Fundimur, intempestiuæ similesq; procellæ  
Irruimus dorso ludentum: cuertimus aras  
Lymphatos homines, vanis cum variibus ipsis.  
Mactamus, pateras, crateres, cymbia vasea.  
Omniaq; humano pecorumq; cruento replemus  
Caduntur passim : passim sternuntur inermes.  
Optauere fugam, sed nec potis vlla dabatur.  
Nam celsi montes cladebant vndiq; vallem.  
Iamq; equitatus erat noster diffusus utrimque.  
Seruabantq; vias instructi agrestibus armis  
Agricola duri, iacturam quippe laborum  
Seminis exiuncti nece compensare nolabant.

Qua fugerent igitur ? vel quis foret exitus illis ?  
Ac velut ore fero rapidi si quando Molossi  
Cassibus offendunt inclusos vndiq; ceruos,  
Nunc hunc, nunc illum laniant: nec sanguinis haustus  
Se saturare queunt, donec tota agmina cernant  
Ante pedes prostrata suos extintâ iacere.  
Sic nostros hostes in clausa valle retentos  
Aggredimur telis : pauidos prosternimus : atq;  
Prostratos audi ingulo laceramus aperto.  
Sic vlciscentes oprobria mille recepta  
De nece maiorum pœnas ita sumptimus æquas.  
Atq; ita seruitio ceruicem excussimus arcō.  
Cumq; fatigati nimia præ cœde lacerti  
Deficerent nobis : captiuosducere iussi  
Sub iuga nostra Daces reliquos ac vulgus inermes.  
Inde palestini nobis seruire coacti.  
Hostibus iis domitis placuit traducere sacram  
Ex Cariathiar Iudeæ confinibus arcam.  
Quam commendatam pater Amminadabus habebat.  
Tempore iam ex illo fuerat quo reddita vasis  
Ante phylaxis resolutis postibus alui.  
Imbris expositam nudoq; sub aetheris axe.  
Iuncta meæ domui stat porticens alta : pararam  
Hic ego purpurei, crocei, aërii q; coloris  
Garbasa byssinis interlita serica villis,  
Funibus & simili copulata colore retortis.  
Parietibus pictis aulaaq; strata iacebant;

Castrorum in morem, quæ vel tentoria dices.  
 Collectis igitur senioribus, atq; innocentia  
 Indolis egregiae claris natalibus orta.  
 Cum Ducibus, populi rectioribus atq; magistris.  
 Aduenere citi præciosis vestibus omnes.  
 Induti, atq; super partim fulgentibus armis.  
 Insignes in equis, iunctis vel curribus alti.  
 Hos inter medius, pulchraq; astante corona  
 Planicie in campi sub aprico colle iacente  
 Celso dum veherer currū, sellaq; sederem,  
 Ad circumstantes tali sum voce locutus.  
 Quanta per incultas Moses discrimina terras  
 Dum traheret populum creata superauerit arca.  
 Sapientis audistis sancti Samuelis ab ore:  
 Quantaq; post illum sacra confisus in arca  
 Ultra Iordanem Regum expugnator Iesus  
 Prælia bellando confecerit, vtq; repente  
 Congressu primo munitas caperit urbes,  
 Si non audistis, iam me referente potestis.  
 Discere, vt edicti cultum reparatis auitum.  
 Non aliter potuere vadum Iordanis habere  
 Ante patres nostri, quam prauia fæderis Arca  
 Exiccauit aquas, retro fugientibus vndis.  
 Non Hiericuntinam valuissent ariete crebro  
 Diruere, aut penetrare urbem septemplice muro  
 Vallatum, ferro nisi sacra potentior omni  
 Fæderis Arca dei magno percussa tridente

A fonda-

A fondamentis ea magna tanta ruisset.  
 Vnde nec immodicum valuerunt virbis. Ayna  
 Audacem populum congressu sternere primo:  
 Quod procul Arca Dei violato numine furto  
 Haud exercitu dignata fuisset adesse.  
 Fletibus at postquam populi & clamantis Iesu  
 Fæderis ante arcam, santis quoq; morte secuta  
 Charmidis, est numen pacatum, ad prælia ventum est  
 Insidiis tellis & aperto marte secunda:  
 Praevaluere viris audacibus agmine certo,  
 Extinxere omnes: ipsam quoq; funditus imo  
 Aequantere solo flammis ultricibus vibem.  
 Montibus hinc positis illineq; Ebate, atq; Garizi  
 Fæderis Arca Dei media dum valle federet:  
 Ecce sacerdotes diuinim manu, relecto  
 Omni mandato legis, benedicta precari  
 Sunt exauditi præconis voce per auras,  
 Si qua iussa forent populus fernasset ad vnguem.  
 Si contempliceret, dira & maledicta minari.  
 Cumq; omnis populus mandata facessere legis  
 Cuncta spopondisset, renouato fædere auitos:  
 Mitia sunt audita Dei responsa per arcam:  
 Pollicitus quippe est palmam bellando perennem,  
 Telluremq; bonam partiri sorte per omnes  
 Se permisurum, per secula multa tenendam.  
 Fortior hinc populus, factusq; auditor ergo  
 Sub Duce robusto reperitis protinus armis,

Conclivis ire parant celsum ad Gabaona tuendam  
 Indignatus evim solymis qui regna tenebat  
 Acer Adonis dec: se subtraxisse suorum  
 Imperio : externisq; fidem, dextramq; dedisse.  
 Quatuor accitis exemplo Regibus una  
 Cum populis, urbem cinctam obsidione premebat.  
 Fæderis ergo memor, fideiq; receptor Iesus  
 Diuinam ante arcam sacris ex more litatis,  
 Assumpsi populum linquens ea Galgara castris  
 Nocte debinc ora tacitum concendit ad hostem  
 Quem subito aduentu, subito & clangore tubarum  
 Et proclamantis populi deterruit : ergo  
 Occupat incertos, panidosq; trucidat inermes.  
 Cumq; fuga celeri sibi iam pleriq; timentes  
 Consulerent : pedibusq; alas paucus adderet: Ecce  
 De super intonuit Deus : horribiliq; fragore  
 Terruit ascensi duri Becheronis in ipso.  
 Namq; repentinu lapsabant imbre fugaces.  
 Quodq; erat horridius grande lapidosa terebat  
 Corpora strata hominum, simul alipedumq; ferarum.  
 Et multo plures perierunt grandine dira,  
 Quam ue acies ferri, durusue absumperat hostis.  
 Tum magnus populi Duxtor (mirabile dictu  
 Et mirabilius visu) succensus Iesus  
 Pectora diuino flatu . Sol (inquit) ab axe  
 Ne moueare tuo : sed celo fixus in alto  
 Siste gradum : & tu luna simul cum sole morare.

Donec

Donec ab hostili sumamus gente refixas  
 In celo pœnas, diuino numine leso.  
 Mobilis ecce stetit lampas . qua lucida cursu  
 Labitur assiduo totumq; p. rambulat orbem.  
 Nam superas sedes cum clara luce dici  
 Huius Hemisferii lustrauerit . inde relit  
 Occidens nobis alias transfertus ad oras,  
 Antipodasq; petit , quos lumine lustret eodem.  
 Perpetuas tamen hi populi timuere tenebras  
 Illa nocte sua, qua nostro fixus in orbe  
 Humanae voci sol paruit, atq; dici  
 Cunctando huic nostræ plures super addidit horas  
 Acrior ex voti successu factus Iesus  
 Nisibus insegitur totis, ac robore clauæ  
 Mactat ubiq; vagos, fugientes comprimit hasta.  
 Quinq; etiam Reges omni virtute relitos  
 Ac desperatis rebus latitare sub antro  
 Nunciat ecce Duci populus: quos claudier intus  
 Imperat appositis saxis ingentibus ori  
 Spelunca: multos custodes insuper addit.  
 Reliquias verò fugientum protinus ipse  
 Cum toto populo partes settatur in omnes:  
 Donec ad interitum cunctos deduceret : unus  
 Nec supereesse quidem potuit, qui nuncius esset  
 Urbe domiq; suis tam vastæ cladis in agro.  
 Vnde repente ruens, nec gnaris urbibus huius.  
 Immensa stragis, sex occupat impete in uno.

T 3

Bartholomæi Bottæ.

*Quas etiam ferro vicit consumpsit & igni;  
Num scelerum cumulus mēsuram impleuerat ingens.  
Ipsos deinde suos Reges de carcere traxos  
Imperat adduci & calcari colla subattis  
Principibus tribuum, dicens: nolite reveri:  
Este viri fortes, reliquos calcabitis aquæ  
Sub pedibus vestris pressa cervice tyrannos.  
Galgalæ viator ouans perit inde, ut vota tonanti  
Soluaret ante sacram victimam ex hostibus arcam.  
Nempe Duces centum tauros cum millibus agnis  
Ex omni prada lectoris offerre iubebant.  
Victima grata Deo latam mastatut' ad aram.  
Solemnies epulas statuunt, & vina coronant.  
& soris interea magna Regnator Iabis.  
(Imperio cuius multæ parere vetusto  
Gaudebant gentes. & dignabantur earum  
Induperatoris tanti præcepta subire:  
Barbarici Reges elati fascibus ipsis)  
Cum procul audisset (fama referente) tumultus:  
Et tantas clades acceptas Regibus illis  
Qui propè Iordanem florentia regna tenebant:  
Ut sibi proficeret, nec non communibus vnd  
Consuleret rebus: gentes iubet atq; Tyrannos  
Protinus armari, latoq; occurtere campo,  
Ante lacus Mæronis aquas, vbi copia rerum  
Nulla deesse potest: quibus ille exercitus ingens  
Prorsus ali, sustentariq; valeret abunde.*

Conuenere

Dauidiados Lib. VII.

143

*Conuenere Duces igitur, populiq; sub ipsis  
Innumeris, variis linguis, armisq; decorti.  
Quot varia volucres, anni sub tempore certo  
Ad mare conueniunt ventorum flatibus atta,  
& pricas pariter vt transportentur ad oras.  
Primus Iobalus Rex affuit, atq; Madone  
Fringifera regione tulit peditesq; , equitesq;;  
Falcatos etiam currus, hominesq; mimaces,  
Troceros, belli gnaros ex stirpe Raphæa,  
Rex Semeron secum regno ac feritate propinquus,  
Mons a quo Semeron, Samariaq; arua vocata.  
Eduxit totidem turmas, peditumq; cohortes,  
Armatos etiam currus, fortisq; Gigantes  
Ac saphus acer erat post illos atq; trahebat  
Millia multa virilium, contextos pellibus omnes  
Arcubus instructos versis post dorsa pharetris.  
Dehinc alii Reges duro ex aquilone profecti.  
Qui montana simul loca deseruere remota,  
Acquorâ camporum, nec non & pinguia culta,  
Qui liquere lacus versi cenerothis ad austrum.  
Adueniunt etiam regio quos Dora remisit.  
Ab dura gentes? nec enim campesiria plana,  
Nec fluuius Doræ nitidis argenteus vndic,  
Mellifluæ vel apes, nec mellia prata tenere  
Aut dulces gnati potuere, nec vbera cara.  
Consortum, lachrymæ, facies vel grata parentum.  
Sex etiam, quarum sunt effera pectora, gentes*

T 4

Bartholomaei Bottae.

Conuenere simul diuerso ex orbe ruentes.  
Namq; suos raptim populos collegit in unum  
Solis ab occiduo sparsos Chananaa vel ortu.  
Sunt irrisores isti, qui facta parentum  
Improba, si qua vident, tacito non peccore condunt.  
Indice sed monstrant, ronchi dant ore cachinos.  
Simas hinc nares cuncti traxisse feruntur,  
Effigiem quandam vel Rhinocerotis habere.  
Asperitu solo dignoueris esse nefandam  
Progeniem illius gnati, qui riserat olim  
Visa verenda patris nimio resoluta liao.  
Vina quibus parcant fuerint si epota deinceps?  
Cum vitis proprio non ignouere satori.  
Ille tamen venia dignus, quia primus & expers  
Vim tantam esse nouo ignorauerat ante liquori.  
Ammoreorum gens aspera deinde secuta est.  
Ut montana colit, lapidosaq; pectora gestat.  
Iebusorum pariter montana colentum  
Gens sequitur, duris nequaquam moribus impav.  
Venatu assiduo soliti potare cruorem.  
Dentibus incottas nec non & mandere carnes,  
Hesternos homines numero reputare ferarum  
Consuevere, ideo ferro venantur & illos.  
Sanguineæ mentes effuso sanguine gaudent.  
Inde pherezæi veniunt ac durus Ethenus.  
Et qui radices habitabat Eueus adimas  
Hermonii montis, virides ubi pascuq; lata

Pinguibus

Dauidiados Lib. VII.

142

Pinguibus arnentis colles gregibusq; ministrant.  
Vrbs ibi celsa sedet de nomine Maspha vetusto,  
Quæ ditiane potens longè lateq; patebat.  
Indidit haec oræ nomen, nam Maspha vocatur.  
Hi simul horrebat hesternos, quippe timebant  
Finibus his pelli, ac pingui regione fugari.  
Propterea moniti collectis viribus omnes  
Ad Mæronis aquas circumsedere, parati  
Isacidas arcere, repellere finibus hostes,  
Et raptas aliis audi subducere prædas,  
Tollere viætricem gentem: per secula nomen  
Propagare suum fines orientis ad usque.  
Verum syderei fælix regnator olympi  
Et qui terrarum latè moderatur babenas,  
Impia regna piis qui fixerat ære perenni  
Reddere, iniquorum & iustis conferre labores,  
Ductori Isacidum sub uestipe sacra colenti  
Ante tabernaclum quo fæderis arca latebat,  
Visus adesse fuit genitoris imagine magni,  
Regis Iabini reserat mandata cruenta;  
Consilia atq; aperit contexta, dolosq; reuelat,  
Innumeræ gentes collectas indicat esse  
Ad Mæronis aquas, quæ ex Asore Rege recepta  
Castra repente parant inuadere Galgala noctu  
Opprimere Isacidas somno vinoq; sepultos.  
Ne vereatur eos monet, insidiasq; paratas  
Praueniens animo fortì connuerat in ipsis.

Bartholomæi Bottæ.

Nam fore, ut has gentes cr. is deleat aūspice cælē  
Regnatore omnes, & protectore piorum.  
Protinus hos moniuū summo geniuore recepto  
Arniari populum tenui præconē susurro  
Imperat aī omnes taciti mandata facessunt.  
Noēte debinc tota gradinuntur, mane recenti.  
Improuisi adsunt, inuadunt castra repente  
Regis labini nec dum ductore recepto.  
Mortis imago Pauor de cælo missus in hostes  
Insuuat sensim se se, & præcordia replet.  
Inde secutus eum frater tremor occupat artus  
Et consanguineus mentes stupor arcit inertes.  
Vnde nec arma citi rapiunt : præconia nec vox  
Moris ut est soliti capienda hortatur ad arma.  
Tympana nulla tonant : neq; sis̄tris turba cietur.  
Stant inopes mentis, fracti, n̄:q; scandere nudos  
Audet equos quisquam, gibbis vel abire camellis  
Nec sibi proficiunt turpi per devia cursu.  
Stant manibus iunctis præcluso corde gementes,  
Expectantq; necem, prætendunt colla machæris.  
Cæduntur passim, passim maſtantur inertes.  
Corpora vbiq; cadunt gladiis ingulata corniscis.  
Monticola ac veluti concussis quercubus olim  
Sternebant terram quasi grandine glande ruentes  
Ut vacuos ventres (ignoto pane) replerent.  
Non secus Isacidæ monitis celestibus asti  
Vndiq; sternebant succisis hostibus agros.

Sanguine

Dauidiados Lib. VII.

150

Sanguine spumantes currebant vndiq; riui.  
Tunc Meronis aquæ rubuerunt sanguine multo  
Hinc diuersa lacus species absterruit oram.  
Finitimæ gentes timuerunt vnde ruinam.

Dauidiados VII. Libri finis.

IO. AVGUSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In octauum Dauidiados argumentum.

Monosticon VIII. Libri.

Arca Dei octauo legitur regesq; subacti.

ARGUMENTVM.

EVeritatem chananam ductor Iesus  
Et mole horrenda Enachidas. habitanda relinquit  
Regna palestinis eadem ; quo exercita virtus  
Isacidum vigilet : ducta tum sorte colendos  
Eissenæ capere tribus agrosq; domosq;  
Faederis ante arcam cecidit temerarius ozas.  
Quam Rex ipse lyra niueoq; indutus amictu

Bartholomæi Bottæ.

Consequitur laudesq; canens comitatur in arcem.  
Fit steriles coniux, dum sindone rist in alba.  
Saltantem Isaidem: tum reges ordine promit,  
Vel quos edomuit, syria metuendus in omni;  
Vel quos ipse data socios sibi pace recepit.

B A R T H O L O M A E I  
B O T T A E.

Dauidiados. Liber VIII.

SIC scelerum vlores facti, celeresq; ministri  
Sunt Abrantiadæ iustissima iussa secuti  
Iudicis eterni, sumpsere & sanguine pœnas.  
Quas tectæ artifices technæ meruere dolosi.  
Si qua tamen valuere fugam discrimine leti  
Agmina præripere aut spacioſa per æquora campi  
Siue per altiugos colles band calle frequenti,  
Quadrupedum plantis confusa vel alite curru  
Freta vel ardenti cursu (talaria necit  
Quippe timor pedibus, fortis vigor atq; iuuentæ)  
Insectatus eos Bellator Iesus ad vſi, ue  
Masserephotis aquas dulces, Sydonaq; magnam.  
Ei latos Masphe campo, v'i perdidit omnes,  
Acrius ex cursu priſugos succensus in ipſos.

Relliquia

Dauidiados Lib.VIII. 151

Relliquia vt nullæ supereffent gentis iniquæ  
Subneruauit e: quos, currus e: rufit eorum.  
Inde reuersus atrox (mitem coelestia iussa  
Esse trucem vrgebant) vacuatam milite fortis  
Asora regnante lata mox corripit urbem.  
Ciuiis occisis gladio, ſuſpendit & ipsum  
Induperatore magnum pre ſtipite grandi.  
Celsaq; teſtarunt flammis vtricibus vſta.  
Aequantur; ſolo deſtruitis mœnibus altis.  
Vrbs antiqua iacet propriis tumulata ruinis,  
Ex habitatorum vitio: pro ciuiis vrbem  
Dum pietate vigent, morum ac probitate nitescunt,  
De cælo omnipotens pater aſpicit atq; tuetur.  
Non autem cines pro mœnibus aggere cinctis.  
Marmore nec pario crufata palatia curat,  
Cum fuerint homines crudi & pietate carentes:  
Illi ſunt vrbes foueæ, ac ſpelæa draconum.  
Aurea ſint quauis ſummi laquearia templi.  
Sintq; licet variis altaria ſculpta ſiguris,  
Ditia ſint ſuſpensa tholo donaria multa,  
Sericeæ vefte, argentea vafa, vel auro  
Ex ſolido & fulvo, nitidis gemmata pyropis:  
Sintq; ſacerdotes impuri, lumine cæti.  
Impia plebs, populusq; ferox, & prætor iniquus:  
Sintq; magistratus fures, ſociiq; latronum,  
Et matrona procax, ſint abſq; pudore puellæ:  
Ac Iunenis petulans, Senior ſuibundus & auræ.

Sanguineus miles, raptor, pincepsq; tyrannus.  
 Quid nisi dirarum sunt vrbes antra ferarum?  
 Templaq; speluncæ, queis præda coacta latronum?  
 Aedibus his iustus parcer Deus (absit) ini quis?  
 Aut picturatas quo pacto attendat Is vrl es?  
 Qui neq; stellifero spezabit conditor orbi.  
 Funditus has ædes, bæc pulchra palatia, & vrbes.  
 Destruet: æquabitq; solo, ceu magnus Iesus  
 Asora cum populis & circunquaq; sedentes  
 In chananæorum latis confinibus vrbes  
 Perdidit, exussit, destruxit & oppida earum.  
 Nec mansere quidem sublatis nomina terris.  
 Victores igitur spoliis, terraq; potiti  
 Isacidae lati redeunt ad Galgala castra.  
 Ceditur & coram compliciti fæderis arca  
 Hostia multa deo præstantis hostibus vno  
 Conflictu casis: renouant pia sacra per aras.  
 Enachidae soli deletis gentibus illis  
 Restiterant frati montanis vrbibus atq;  
 Molle gigantea, qua præpollere putabant.  
 Viribus inuictis super omnia corpora nostræ  
 Gentis Iudeæ visu tam parua: sed impar  
 Pectore robur erat: minor illis gratia cœli  
 Nam deleuit eos ab Iesu sorte secundus  
 Missus Iephonides nostra de gente Calebus,  
 Atq; Abrantiadum princeps fortissimus vnu.  
 Eset enim quamquam grandeus (olympias illi

Septima nam supra decimam completa sequentem  
 Orbe volubilibus spaciis de more vocabat)  
 Heroi robusta tamen viridisq; senectus.  
 Tres ipse Enachidas confecit Ebrone recepta  
 Ottomelq; gener Dabiram expugnauit. & Axam.  
 Coningio meruit duplice cum dote puellam.  
 Nam prius arentem terræ vergentis ad austrum  
 Tradiderat partem, sed suspirante puella  
 Aequor, & irriguum duplex super addidit illi.  
 Confectis igitur bellis & pace secura  
 (Namq; palestini Gaze, Azotii, atq; Gethei  
 Quiq; superfuerant reliqui de genibus illis)  
 Torpida ne longo fieret gens nostra veteruo  
 Exerceret eos, exerceretur ab ipsis,  
 Aer tributa dabant: placuit sic pendere pœnas  
 Nequitate veteris victos belloq; sub actos.  
 Conspictu Isacidum cum terra quicseret omnis  
 Ex Arca tum sede Dei Responfa. dabantur  
 Mitia, ne qua Duces raperet discordia tantos  
 Ut quandoq; solet victores inter auaros  
 Imperii ac rerum, fastu dominante per omnes.  
 Ore Dei sacro tum lex agraria lata est.  
 Communi ut paci lectis ductoribus vnd  
 Eset consultum Terram diuisit Iesus  
 Felicem felix senior plenusq; dierum,  
 Sorte trahens funem per tot sili subdita regna.  
 Bissenis Tribubus vacuos cultoribus agros

Partes cuiq; suas, tribuit, cunctosq; remisit  
 Militia, ut campos colerent, urbesq; nouarent  
 Sedibus ac struttis gignendæ incumbe proli  
 Imperat, ac memores essent celebrare quotannis  
 Sacra Deo patrio, sanctumq; reuiscere templum.  
 Fœderis area Dei quo clauditur vnde mereri  
 Vnanimis iuncti cælestia dona valerent,  
 Vnde erratorum veniam consultaq; summe  
 Prospectura rei cælestia sumere possent,  
 Propterea proceres (dixi) populiq; vocati  
 Hoc Domini templum, sanctam quoq; fœderis arcam  
 Nos etiam summo decet ut veneremur honore  
 Urbe sylo (ut nos sitis) destructa : fœderis Arca  
 Capta palestinis fuerat : signisq; tremendis  
 Reddita : nunc vili quasi sit de specia tenetur  
 Oppidulo : quare magnam deducere ad urbem  
 Hanc nostram est animus, sedes ubi Regia firma  
 Ut simul a nobis digno celebretur honore.  
 Protegat & præsens nostrum per secula scæptrum.  
 Ergo alacres ad opus cuncti accingamur honoris.  
 Assensore omnes, & vultu dicta probarunt  
 Latitia pleno, lachrymisq; per ora profusis.  
 Nam tacti fuerant mira dulcedine quadam  
 Interiori Duces diuini numine cultus.  
 Hinc ducta celebri pompa populiq; Ducesq;  
 Sublimes in equis, iunctis & curribus omnes  
 Vadimus armati, nobiscum exercitus ingens

Turpures

Purpureas guttis interlucentibus auro  
 Induti clamides super arma micantia longe  
 Benniam in Gabaa, minima tunc urbe relicta  
 Amminadabus erat leui de stirpe sacerdos  
 Appositus tuftos arcæ cum prole gemella.  
 Sedibus ipse suis caram propriamq; tenebat.  
 Inde tabernaculum magni de paupere tello  
 Extulimus domini, magno qui nuvine complevit  
 Celorum tractus, mare, telluremque iacentem.  
 Deinde Dei sedem contebat pellibus arcam  
 Ignari fratres bobus planstroq; trabendam  
 Imposuere nouo : propriis quam ferre decebat  
 Subiectis humeris, hominum ceruice subacta.  
 Ergo sacerdotes per secula cuncta futuri  
 Prudentes fiant, quoniam ignorantia legis  
 Cunctorum errorum est marer, genitrixq; malorum.  
 Dum cytharam plectro modularer & ore canoro  
 Cum Ducibus circumpositis meditarer & hymnos,  
 Dumq; sacerdotes mecum psalteria leti  
 Ducentes planstrum pulsarent pettine cburno.  
 Interdumq; meos canerent noua cantica psalmos.  
 Atq; incompositos populi per compita saltus  
 Letitiaeque, darent gratas ad sydera voces.  
 Ecce boues populi strepitu & clangore tubarum  
 In solito moti tellurem calce panire  
 Et resiliere gradu ceperunt, longaque circum  
 Cornua iastare, & crebro ceruice reflexa

Si qua colla iugo ac vincis subducere possent.  
 Tunc inclinatam crebris ex calcibus arcam  
 Ne curru excusso caderet territus ozas  
 Concitus applicuit palmas sed fulminis instar  
 Heu miser (horresco referens) percussus ab ira  
 Diuina interit subito, ceciditq; supinus.  
 Extemplo turbati animi, formidine dira  
 Horremus cuncti : gelidus pauor occupat artus.  
 Sistimus atq; gradum, quatinuntur & ossa tremore.  
 Lætitia in luctum conuertitur omnibus rna  
 Causa latet cunctos, commissa piacula clarent.  
 Morte viri tanti, nec enim sic sternitur insons.  
 Tunc egomet mecum casu concussus amici  
 Talia versabam tacito sub pectore verba :  
 Ecquis adbuc poterit conspectu numinis huius  
 Impavidus mortis subsistere tutus ab ira ?  
 Quando repentina multatus cœde sacerdos  
 Qui sacra quotidianie pro cunctis obtulit aræ  
 Permetuens igitur currum diuertere iussi  
 Vicinas verae sancti Obbededonis ad ædes.  
 Tres autem menses tantum sum passus abesse:  
 Nuncia cum primum cupido mihi fama tulisset  
 Huic domui sacram quia dignæ exceperat arcam  
 Respexisse Deum præsenti lumine cœli,  
 Quod rerum patuit cremento, ac germine prolis.  
 Prospectu simili, similiq; fauore prehensus  
 Pectore spem latam concepi, fæderis arcam

Ad me ducendum statui & placabile numen.  
 Accingor rursus, non cultu induitus vt ante  
 Purpureo, aurata trabea, neq; Regis amictu  
 Præfulgens, sublimis equo nec vt ante vehebar.  
 Nec proceres necum sunt vetti curribus altis,  
 Nec processerunt armis velut ante nitentes.  
 Humanos fastus quia displicuisse tonantè  
 Constitit ex oze casu, euentuq; sinistro.  
 Quare byssina solum succinctus Ephode  
 Adiectisq; choris mihi septem, carmina leta  
 Ante decim imparibus numeris ac voce canora  
 Ludebam, digitis salientibus organa tangens.  
 Cumq; sacerdotes humili ceruice subacta  
 Sex, gradibus lentis, implessent ordine passus:  
 Viætima trina tribus mox cœdebatur in aris  
 Ante Syonæam quæduila fuisse ad arcem.  
 Astri peruentum est, sub porticibusq; locata  
 Aereo stratis panno cœliq; colore,  
 Et fulvo stellis interlucentibus auro.  
 Tunc tauri centum, ac totidem cum matribus agni  
 Sunt patrio ritu casifumantibus extis :  
 Flaminibus domini primas concessimus ipsis.  
 Dehinc populo partes qui mecum inuentus in urbe est.  
 Cumq; domum intrarem, cunctis ita rite peractis  
 Ut latos facerem, quos sollicitudo premebat  
 Regia stirps Saulis se se obtulit ecce Michollis  
 Obuia, primus amor quondam & carissima coniuncta

Bartholomæi Bottæ.

Sed patrii fastus heres, elataq; regno.  
 Obiicit intranti, quod festa luce fuisse.  
 Scurræ habitu fultus vili succintus obolla.  
 Propterea indignus sceptro atq; inglorius essem.  
 Contemptus fateor respondi durius illi  
 Ore subirato quam promerita ante fuisset.  
 Nam contemptricem diuina secuta mariti  
 Ultio digna fuit: ventris priuata deinceps  
 Optato est fructu, sterilisq; remansit in ænum.  
 Matribus exemplum, ne Reges ore laceffant.  
 Confortemq; thori, ut paueat contemnere consors.  
 Nunc referam vobis quæ præmia quantaq; dona  
 Tunc mihi contulerit moderator & arbiter æqui  
 Ex humili cultu & summissis fascibus illi.  
 Numinis ut veri cultores scitis in ænum.  
 Exteriori habitu nec enim oblectabitur vñquam  
 Si mens interior propria virtute superba est.  
 Cessite primus Abel suffultus pelle Bidentum  
 Seremate tam vili teneros tamen obtulit agnos  
 Et respexit eum, dehinc munera grata recepit.  
 Celitus emissò qui holocaustum absumeret igne  
 Disimili frater post illum mente Caymus  
 Obtulit armenti magnum sed inutile tergum  
 Et rastos sed vix hærentes ossibus artus.  
 Nec respexit eum, neq; tristia dona recepit.  
 Sic me; sic trabea posita ac diadematæ Regem  
 Ex habitu tenui sibi subdita pectora fasum

Dauidiados Lib.VIII.

155

Et superum rex tor, nostri dominati & orbis  
 Tunc pius aspergit, fuit quoq; tempore multo.  
 Ipse feros populos domuit, gentesq; feroce,  
 Elatos bella Reges mihi sub didit vni.  
 Oppida victori mihi munifissima stravit.  
 Et spolia ipse dedit sublati vrbibus ampli.  
 Plurima pollicitus longum extendenda per ænum.  
 Optima quæ volis pandam cum pace secuta  
 In Hierosolymis mea sceptræ tenebo solitus.  
 Nunc autem tantum dicam quæ prælia bello  
 Confeci victor post suscepitam cedibus arcam.  
 Namq; fatigatos sociorum nouimus artus  
 Præ desiderio nostri sermonis, & omnes  
 Intentis animis bella hac audire paratos.  
 Ut mea firmarem sacris ita rite peractis  
 Regna, palestinos statui procul esse fugandos,  
 Aeternos hostes, tories qui bella non assent.  
 Tunc quoq; ut audieram bellum instaurare parantes,  
 Et ne torpenti frustrarem oracula ratum  
 Desidia, latos qui me pretendere fines  
 Posse Hebraorum regni persæpe canebant.  
 Partaq; sceptræ meis linquenda nepotibus esse.  
 Quæ simul ut possent in pulchra pace tenere.  
 Pacataq; frui per me ditione reliæ,  
 Ex cunctis tribubus missis ductoribus istis  
 Colestas acies produxi: castra repente  
 Nostra super fines extensa fuere Gethæos.

Bartholomæi Bottæ.

Admirati illi primis successibus ausus  
Accessisse nouos : mox eduxere phalanges  
Nec bene alibi stritas, sed raptis concitus armis.  
Quinque illi Satrapæ quinis ex urbibus illis  
Præclaris bello gestis & rebus op. mis  
Aduenere ciui, iunctis & frontibus una  
Dirrexere aciem : nos contra obsistimus illis,  
Cornibus erectis hinc inde per aquora campi.  
Alzrum in morem circumfulgentibus armis.  
Amplexi medios super aspirante fauore,  
Congredimur magnis animis ac viribus æquis.  
Sed male confusi turbantur ab ordine nostro.  
Bis viëtis etiam pugnax fiducia cessit :  
Paulatim at maior nobis excreuit in horas.  
Ardor pugnandi, ac suggestæ in pectora vires;  
Numine cœlesti se se insinuante latenter.  
Andaces igitur panidos settamur, incermes  
Armati, telis passim terebramus acutis.  
Millia multa virum tetro demittimus orco,  
Corripuere fugam pauci cædentibus vltro  
Cum Satrapis, nec enim valucere resistere nobis.  
Qui tamen a nostris equitatibus ante prehensi  
Sunt omnes, recipi quam possent urbibus ullis.  
Vigintores igitur munitæ accessimus urbi.  
Extemplo cincis nimia formidine capti  
Dedere se satius duxere : patentibus ergo  
Excipimur portis, tota spatiatur & urbe.

Omnis

Dauidiados Lib.VIII.

156

Omni tum demum sublata stirpe Raphæa,  
Hoc est conflitu perf. artis viribus, hostes  
Frœna palestini nobis ccessere regenda.  
Atq; indicta sibi tum persoluere tributa.  
Exceptis etiam summae custodibus arcis.  
Sed præfaturas nos ipsi indulsimus illis.  
Ne penitus nomen Satraparum ex gente periret.  
Nunc autem quoniam simul assensere rebelles  
Hostibus iis nostris, & iniqua mente dolosi  
Transmisere suas in nos paulo ante phalanges,  
Euulsis Satrapis prætoria celsa tenebunt  
Ex nostris missi reëtores : atq; domabunt  
Colla superborum iudea lege recepta.  
Et ne deficiant iterum, fortasse iubebo  
Mænia deponi cum turribus alta superbis.  
Oppida nudari muris atq; arcibus ipsis.  
Omnia consilio sicut bene pensa salubri.  
Prosequar interea quæ cepi bella referre.  
Namq; Palestinis domitis conuertimus arma  
In vallem Syriæ mananti vligine pinguem.  
Quippe tribus fluuiis circundata penè videtur  
Insula : & irriguis fit fertilis vndiq; riuis.  
Culta Moabitæ ea sunt vberrima regna.  
Nos reminiscentes discrimina mulia per illos  
Non modo præteritis illata parentibus annis,  
Verum etiam fraudem nostris maioribus olim  
Prætensem, fines dum pertransire pctissent

V 4

Bartholomæi Bottæ.

Illorum sine pauperie , d. uniuersitatem ferendo.  
Ast illi patem circumduxere dolosi  
Harriolum Balaam: maledicta malignus aruspex  
Carminibus magicis ut decantaret in illos:  
Quo facile euictos omnes gens cruda necaret.  
Quin etiam elefas ex omni gente pueras  
Nec puduit miseros illis prosternere patres:  
Ut Deus offensus solitum de more fauorem  
Subtraheret genti nostræ caderetq; relicta.  
His itaq; accensi, pœnas ex gente nefunda  
Sumere tantarum fraudum , cœu numine missi,  
Instructas acies producebamus in illos.  
At sceleræ audaces facti, semperq; putantes  
Ultorem dormire Deum velut agmine facto  
In nos armati sparso per rura tumultu  
Falcibus, atq; aliis alii ut furor arma ministrat  
Instructi solis nullo munimine telis,  
Ordine ductorum nullo , sine more ruebant.  
Sternimus ergo reos, belli sine lege ruentes:  
Ordine seruato prætensis vndiq; telis.  
Ac veluti stimulis grauiter pungentis Asili  
Cum fului offendunt correpta armenta Leones ,  
Per nemora & saltus omni custode relicta,  
Continuo aggressi currentia corpora sternunt.  
Dehinc lacerant duris ingentes mortibus artus.  
Sic nos compositi bello , sine more furentes  
Dilaceramus eos: pallantes deinde fugamus:

Ingreedi

Dauidiados Lib.VIII.

157

Ingradimurq; ipsam mixti fugientibus urbem .  
Tum duo funiculos media protendimus urbe :  
Vnus erat vita fugeret quicunq; sub illo,  
Seruiret nobis, expenderet atq; tributa.  
Alter erat duræ necis index atq; ruinæ.  
Hoc rbi praconis clamatum est voce per urbem:  
Tertia pars tantum vitam deligit amaram :  
At reliqui ciues gladiis ceruice subacta  
Optauere necem, potius quam degere seruos.  
Heu miseri, qui nescierint præponere vitam  
Aeternæ morti, grauiusq; tyrannide Regum  
Libertate mori, & stigio seruire tyranno.  
Quam multo satius domino seruire potenti  
Imperio, cuius vitam mereare perennem :  
Quam libertatis specie succumbere pesti  
Tergeminæ, & vitiis sceleratam ducere uitam.  
Liber is est uerè, uitiis virtute subactis  
Qui famulatur ei, superum cui summa potestas  
Iussit seruiri, ac rerum concessit habenas.  
His ita transactis, dignouimus iſe Sophenæ  
Regem Adrazarum rapidas Eusfratis ad undas:  
Quam fælix effet regno contentus autio  
Si patrios fines numquam excessisset : in ipsa  
Urbe Soba regnaret adhuc, patribusq; vocatis  
Iura daret, folioq; sedens sua sceptræ teneret.  
Sed mentem ambitio simul ac inuasit auaram  
Et propagandi regnum tam dira cupidio,

Bartholomæi Bottæ.

Ac diffundendi nomen per bellica facta :  
Perdidit Is vitam & regnum : nomenq; profudit.  
Qua fluit Euphrates vltro citroq; cupinuit  
Regnare : ex vna Tigrid Babilonis ad vsque.  
Parte alia nostri Iordanis adusq; fluenta.  
Posset vt Euphratis solus Rex magnus haberi.  
Et Mesopotamos Rex hinc atq; inde vocari.  
Cumq; subegisset flumini inter vtrunq; iacentes,  
Vertice qui celso paradisi exire leguntur,  
Felicem Syriæ partem fæcundaq; regna:  
Nec contentus eis nostros inuadere fines  
Certus erat , voti compos totius vt esset.  
Elatos animos fælix successus alebat:  
Nescius iccirco tolli se passus in altum,  
Vt grauius caderet, superadueniente ruina.  
Nos itaq; auditis quæ dudum mente superba  
Arrachides in nos conceperat : iuimus illo;  
Ducentes satius, (iuenum dum viuenda virtus,  
Dumq; animos refouebat adhuc victoria duplex)  
Collectas acies educere finibus vltro ,  
Et procul a nostris aliena inuadere castra :  
Quam latos fines sparso custode tueri.  
Aut irrumientes pauidos sub tela morari.  
Nec minus audaces Syrios inuenimus hostes :  
Nam debellatis ex gentibus auxerat illis  
Palma frequens primos fastus cumulataq; præda.  
Quam tamen esse oneri, pugnantibus atq; timori,

Iam

Dauidiados Lib.VIII.

158

Iam toties experto expertus eram : nam miles auarus.  
Dum partis inhiat, præsentibus atq; tenetur ,  
Tempore pugnandi, si lumina fallere possit  
Suffugium querit : vel inutilis astat onustus.  
Nos agiles verò fuerant quibus ista relictæ  
Impedimenta domi : confestim adorimur onustos:  
Audaces illi congressu insistere primo  
Sunt vishi, magnis animis ac viribus æquis.  
Ast vbi tam facile instantes vrgere probarunt.  
Atq; leui saltu venientia tela cauere,  
Oppositoq; iuctus vmbone repellere crebros,  
Et validis crates clipeorum irrumperè dextris.  
Perturbare acies : striditas vastare phalanges,  
Signaq; rapta manu prosternere plurima terra :  
Tum sibi, cunq; oneri, metuentes vertere terga  
Atq; fatigati iactabant arma per agros ;  
Perq; vias, proiecta iacebant vndiq; tela.  
Vt vel opes dorso pendentes cursus inermis  
Seruaret ; verum fessos oneriq; timentes.  
Nos alacres parta & leniores vndiq; palma,  
Calce terebamus calcem, telisq; fugaces .  
Perfodiebamus, nec non pendentia colla  
Abscindebamus, fugientia deniq; crura  
Triticeam vt messem porreftis ante macheris  
Pone scabiamus : nec ab horum cæde coruscos  
Ante fatigati cursu subduximus enses,  
Quam grauis Euphrates rapidis occurriter vndis

Bartholomæi Bottæ.

Millia viginti prostrata cadavera campis  
 Obruta sunt : summersa tulit rapidissimus annis  
 Millia multa virum: ripis quæ condidit altis.  
 Instantes etenim dorso, iam iamq; prementes  
 Ut fugerent nostros, saltu se ingurgite vasto  
 Proiecere, rati se evadere posse natando.  
 Ast infelices vis fluminis horrida sorpsit.  
 Robustorum equitum sunt millia quinque perempta.  
 Sexcenti currus capti : pars maxima quorum  
 Flamnis absunti : in nostros seruauimus p̄sus.  
 Ex illis centum, subneruatosq; iugales.  
 Ast ipsum Regem, qui ad mœnia fuderat urbis  
 Vellibus primum: totis sumus inde secuti.  
 Agminibus profugum, lecta peditemq; phalange.  
 Inclusos placuit fossis atq; aggere ciues  
 Cingere, ne noctu subito tentoria cursu  
 Nostra infestarent, frustra vel ad arma cierent.  
 Ne sub obscura luna fortasse latenter  
 Subsidia auxilio recipi venientia possent.  
 Namq; adadus Syria rector Dominusq; Damasci  
 Auxilia obfesso fama referente parabat,  
 Se dare posse putans viito solatia amico.  
 Imperiiq; sui cupidus protendere fines  
 Vsq; ad Bersabeen si nos superasset Hebreos.  
 Verum alieni audius, sua perdidit omnia : nobis  
 Proficiente Dco rerum qui flectit habendas.  
 Concitus ille quidem, sequumq; exercitus ingens

Lucc

Daudiados Lib.VIII.

159

Luce palam uenit numero confusus inani  
 Tantorum pedium, nec non vallatus equestri  
 Ordine nobilium iuuenum, quos semper alebat  
 Sumpibus ipse suis, gnaris dabant atq; magistris.  
 Sub quibus assumptis exercentur in armis.  
 Viribus hic etiam propriis, ac robore vasto  
 Corporis, asiduo bellandi fretus & r̄su.  
 Ast ope diuina nos freti occurrimus illi.  
 Confersis animis cælesti rore, scientes  
 De calo palmam securius esse petendam.  
 Congredimur peditem versis aciebus & armis.  
 Agminibusq; equitum succingimur vndiq; lati.  
 Nec mora, nec requies, crebris sonat iubibus aer  
 Eufratisq; caua strepuerunt vndiq; ripæ.  
 Tum pater omnipotens summisis flatibus euri.  
 Fluminis in fundo superas exexit ad auras  
 Spumantes fluctus, molemq; eduxit aquarum:  
 Quæ super excrescens ripis effusa iacentes  
 Impleuit iuxta campos, hostilia dudum  
 In quibus extiterant tentoria fixa : repente  
 Fit clamor totis & perturbatis castris.  
 Audierant etenim totum uulgata per orbem  
 Quæ data sunt olim nostra miracula genii.  
 Ut per Erytraeas Duce Mose cucurrit vndas  
 Incolumi gressu, siccisq; per æquora plantis.  
 Ut pharos hostes inuoluerit vnda reuertens,  
 Vorticibus rapidis surgensq; immerserit astus.

Bartholomæi Bottæ.

Ergo metu simili, ne succrescentibus vndis  
Vis fluii obrueret cunctos, trepidare gementes  
Vidimus : & pugna nobis dare terga relija.  
Nos contra positi telis instare coruscis,  
Aduersos premere, & pauidos prosternere lati.  
Millia multa virum tetro damnauius orco.  
Colle sub aduerso redeuntes tinxiimus vndas,  
Sanguine casorum manantibus vndiq; riuis.  
At reliquos omnes iam sorpserat vnda reuersa  
Namq; iubente Deo tumidos (mirabile dictu)  
Conflictu expleto fluetus reuocarat ad alueum  
Eus fratres, seq; in sua claustra receperat amnis.  
Casorum exuicias summersorumq; relinquens  
Corpora per campos, spolia, & victoribus arma.  
Nec quemquam e tantis victor subduxerat amnis,  
Præter Regem Adadum : qui nobis defuit unus.  
Aurea quin etiam nobis sunt arma relicta,  
Telaq; fixa solo : latæ bis mille secures  
Ex auro solido, fuerat quarum usus inanis.  
Regisco luxu sed enim prætoria tantum  
Prima choors Regem præcedere strutta solebat.  
Ergo bylaris palma, & spoliis ditatus opimis  
Vittorem populum, ac vicitria signa reduxi  
Vrbis ad obsecce fuerant quæ castra relitta,  
Congressu instanti ; ne se coniungeret hostis ;  
Mania subfido neu mox capienda leuaret.  
Tum desperati ciues simul agmine facto

y na

Dauridiacos Lib. VIII.

145

Vna omnes, pueri, matres, iuuenesq; senesq;  
Diversis (rabies, & quo furor arma ministrat)  
Instruti telis victi vistoribus audent,  
Fortibus imbellis nobis concurrere tentant.  
Credita nec toties vittis dare posse salutem  
Desperata salus, sed enim mors omnibus una  
Communisq; necis solamen habere putarunt.  
Appetiere necem simul omnes, namq; grauati  
Confecti, fame sua conieceré sine istu  
In nos tela manu veluti fantasmatu quædam  
Ab miseros ciucs in aperta pericla ruentes  
Excepere equites, validis & viribus hastas  
Contorsere in eos, quib; pectora robore cassa  
Ad terram transfoſſa cadunt, ignobile vulgus  
Sternitur : incuruis ceu falcibus arida messis.  
Ac veluti ferro cum prata metuntur acuto,  
Herbarum cadit omne genus cum floribus ipsis;  
Vix exaudiri morientum comminus rullæ  
Emissæ poterant voces, gemitusq; dolentum :  
Extenuata adeo fuerat via gutturis arcti,  
Faucibus arteria ne possent hincere clausis.  
Ciuiibus occisis igitur discrimine paruo  
Vrbis & obsecce patuerunt moenia nostris.  
Immensis opibus nostri incubuere repertis,  
Argenti, atq; auri fasti infecti, talenta  
Millia multa tuli, nec non splendentis & eris  
Immensum pondus fractis ex vrbe colossis.

Bartholomæi Bottæ.

Omnia seruari sacra que iussimus sede:  
Si quando nobis aut proli condere templa  
Fas fuerit condigna Deo, quibus arca locetur  
Fœderis instabili longa per facula sede.  
Indeq; digressi multas excepimus urbes  
Et latas syriæ vistorum more per oras  
Felici gressu discurremus usq; Damascum.  
Regia qua sedes Adadi ditissima quondam  
Dum solio fœlix flaret contentus aucto.  
Turbati extemplo ciues pœclade recepta  
Expandi portas nobis vitoribus urbis  
Excidio pauidi sublato Rege iubebant.  
Occurrunt proceres veniam pacemq; petentes.  
Ergo introgressi summa succedimus arce.  
Vicis iura damus: tum pendere sorte quotannis  
Victori populo moderata tributa iubemus.  
Urbibus in cunctis iudea e gente locantur  
Præsidia, appositis summa custodibus arcis.  
Dumq; statum ut Domini magna componimus urbis,  
Ecce oratores Emathena ex urbe profecti  
Assistunt, olea ramos prætendere iussi:  
Quos ferus ille Thoas syriæ regnator opimæ  
Miserat. Et secum ducebant Regis Aduram  
Egregiam prolem, bellatoremq; futurum  
Difficili palma qui congauderet adcepta,  
Hostis Adrazari interitu, captaq; Damasco.  
Plurima que nobis, & quam præciosa tulere.

Munera

Daudiadis Lib. VIII.

161

Munera quid referam? argentiq; auriz; talenta:  
Aurea tota domus gemmis ornata superlex  
In primis oblata misi est: cœlataq; in auro  
Fortia fulta Ducum, pugnas & pœlitz auro um  
Crateras, lances ex aere, & cyathia fulvo:  
Quod fulgore ferunt ipso speciosius auro.  
Nos animo duci magis inuitantis amici,  
Quam taoris acti donis: quibus omnis auara  
Mens exercitatur: pressam cadit inq; ruinam.  
Animus votis, ac dext:as iungimus vna:  
Munera suscipimus: & fœdera facis inimicis.  
Quæ magis vrgent alia ad ferabellæ vocati.  
Nam Madia iras cethura ex matre creator.  
Finibus egressos patriis hostiliter agros  
Nuncius attricerat certus persuadere nostris,  
Cum pecore in numero gibbosæ armatis trahentes.  
Onnix vastari, popularier omnia latè.  
More locustarum, quæ cuncta virentia rodunt.  
Compositis igitur quæ componenda fuere.  
Urbe Damascena rapis exercitus armis  
Ereditur necum velox, tutarier armis,  
Imbellem est animus nostris, & finibus hostem.  
Atq; arcere procul proprio & depele reigne.  
Accensi his stimulis, justæ & calcaribus iræ.  
Ac veluti sumptis pedibus pernicibus alis  
Quatriduo fines patrios adueniuntur: & iam  
Istrælitas tacita præmissus Iobas

Yribus e cunctis rapidi Iordanis ad yndam  
 Egerat accensos furiis pro messe subasta.  
 Hos contra madian numeroſo milite ſifus  
 Inualidas acies tendebat prepete curſu.  
 Clamore, & magno noſtros terrere putabat.  
 Absq; ſono inſtructas acies fulgentibus armis  
 Obiiciu bis Ductor, per tela ruentibus vltro.  
 Congressu primo clamora per ora patenti  
 Vulnere confeſtim ceciderunt mille palato,  
 Suffixa lingua rapido aut mucrone recifa.  
 Nos parte ex alia teſti ſub vallibus imis  
 Circuitu modico ferimur per opaca viarum.  
 Atq; inſperati raptis diſfundimur armis.  
 Poſt dorſum irruimur, & incermia terga foramus,  
 Quis cladem illius lucis stragemue loquendo  
 Ferre queat? ſternuntur humi ſine vindice fortes,  
 Imbellesq; cadunt pariter: crux vndiq; riuis  
 Spumeus exudans fluit, augeſcitq; cadendo.  
 Exitus iis nullus, nec ſpes opis vlla dabatur  
 Vndiq; conculſis: noſtri ante retroq; premebant:  
 Hinc Iordanis erat turbatis fluctibus ater  
 Horridior viſu morientum ſanguine mixto.  
 Ergo trucidantur gladii rutilantis ab ore  
 Et ſine deleſtu ſexus, matresq; viriq;  
 Vna ruina Duceſ trahit, atq; ignobile vulgus.  
 Vix iuuenes pauci raptis potuere camelliſ  
 Diſfugere, extreſos quoſ proxima ſylua tegebat:  
 Valle

Valle ſub umbroſa fugientes nemo notauit.  
 Cedibus intentos adeo ſubuerterat ira.  
 Nec prius abſtunt quā nocte ruente per auras  
 Luminibus cuiuiliſ tenebra offunduntur inanes.  
 Ut minime poſſint diſcernere ab hoſte propinuos.  
 Ballachidas tanta Dens hac permifit in hoſtes  
 Perpetuos nobis crassari cede, quod olim  
 Conduxere Balam populo maledicere noſtro.  
 Quodq; puellarum ſpecie allexere ſuarum  
 Ardentis iuuenes ſacrare Beelfegor Aram.  
 Nollem illam pariter lachrymoſa voce gementura  
 Duximus in ſomnem ſuſpiria & alta trahentum.  
 Vnde quicuerunt animi, & deferbuit ira.  
 Luce ſequente igitur vagina condimus enſes.  
 Captiuos facimus reliquos iuuenesq; ſenesq;  
 Ingentem praedam populum partimur in omnem.  
 Et ſublata ſibi cum faenore quisq; recipit.  
 Mox in Idumaoſ nobis ferabellæ parantes  
 Viſor Abyſain miſi, ſecumq; cohorteſ  
 Tercentum, nec non florenteſ ere cateruaſ:  
 Pluribus in bellis equites virtute probatoſ.  
 Regia vallis erat nemoroſis vndiq; ſepci  
 Collibus: in cuius medio mirabile dictu  
 Exudans humor ſalſarum manat aquarum.  
 Hinc lacus efficitur coeuntibus vndiq; riuiſ  
 Per plures foſſas ducentur & inde lacune  
 Queſi miſcentur aqua dulces cum deſſuit amnis

Imbre superiecto torrens ex montibus altis.  
 Ast ubi concaluerunt simul feruentis ab aſtu  
 Solis, & Aethere moderatis flatilus auræ,  
 Conglomerantur vni glacies e fracta, globiut  
 Chryſtalli Borea, ſi yticoue Aquilone coaſti.  
 Hoc ſale concreto condiri nouimus eſcas.  
 Iſtru nenta gula, atq; irritamenta parari.  
 Ecce ſalinarum quam dixi valle redulta  
 Nuper Idumæi ſe poſſe latere putantes  
 Millia virginis pedium ſub fronde tegebant,  
 Agmina multa equitum ſecreius viue parabant.  
 Mox ubi signa darent, exinde erumpere certi.  
 Siue ubi Salmanadæ noſtros ex amne fugafferent,  
 Siue ut ſubſidium de cœli forſitan ipſis  
 Aſſerrent, improuisi bellumq; nouarent.  
 Ergo ex premissis exploratoribus vnuſ  
 Duitori ſummo rem certam nunciat, eſſe  
 Valle ſalinarum iam millia multa coaſta,  
 Qui non in iaculis, non exercentur in armis,  
 Ut potè ſecuri, vel ab omni parte quieti.  
 Sed magis indulgent ventri, cereri, atq; lieo.  
 Sed viridiante thoro proſtrare in ſomnia quodſdam  
 Proſtratos vel humi signatis cernere talis:  
 Vix ea fatus erat, cum nuncius alter ab ora  
 Adueniens alia Gebelenæ dixit in aruis  
 Scopofis alias acies coiſſe: nec illis  
 Armatorum equum ſimul agmina multa deceſſe.

Quos

Quos, & Idumæi clam nobis arte parabant,  
 Subſidia ut poſſent preſſis ſummitere primis.  
 Saruiaſes ut erat ſumptis accerrimus armis  
 Ingenio velox, curſu velocior ipſo.  
 Protinus abſq; ſono, & ſtrepitū inbet arma parari,  
 Et tacitas acies procedere nocte ſilentis:  
 Ast equum turmas peditum reſtilgia ſumma  
 Pone ſequi, & circumpoſitas in dagine ſylvas  
 Alarum in morem ſuſcincere, ne quis abire  
 Eſſugiens poſſet, ei adiſ vel nuncius eſſe.  
 Poſterā vix orieus rafeſis aurora quadrigis  
 Exiguam lucem primo ſpargebat eoo.  
 Cum biuio valle iam circumſederat omnem  
 Ingressus tacitis velox exercitus armis.  
 Extemplo horrendum duplex argentea ſigna  
 Dat tuba, quam gemini Phineſes vtrīmque tenebant  
 Poſt aliæ in ſonuere tubæ, & caua timpana circum  
 Sifraq; tum populus clamorem ad ſydera tollit.  
 Quo ſtrepitū tremuere hostes, nec tollere qui ſiquam  
 Corpus humo eſt ausus: ſomno velut ante iacebant  
 Sic iacuere metu attoniti nimioque ſupore.  
 Ergo velut pecudes cuncti ingulantr ad vnum  
 Direptis ſpoliis Ductor, paruaq; quiete  
 Militibus feſſis confeſſa, nocte ſequenti  
 Armatas acies ſalfa de valle cruenta  
 Eduxit tacitus Gibelenen versus opimam.  
 Non tamen hos vino reperit ſomnoue granatas

X 3

Bartholomæi Bottæ.

Nemq; Elipha; senior gnatis comitatus utriusq;  
Signare censebat, mox processurus in hostes,  
Nz n licet accepit clavis nec nuncius unus  
Omib; extintis pariter, fugisset ad illos.  
Vox tanen horrendi strepitus Gebelitidis oram  
Terruerat totam, & cunctorum impluerat aures.  
Intra. Taz acies igitur deducere certi  
(Me is presigimali dufores mouerat ipsos)  
Cum genitore Sophar, Temm, Ceniceus & Omar  
Vi e dum finierant sub signa locare cohortes.  
Cum præmissi equites nostri emicuere gerentes  
Horrendum visu, summis prefixa sub hastis  
Millia casorum capicum a ceruice renulsa.  
Obstupere Duces primi : tremucre caterua  
Pestora cunctorum gelidus pernaserat horror.  
Sumptaq; tela manu nimio dilapsa pauore  
Attoniti abiiciunt : fugiuntq; per arua uagantes  
Sed quoniam miseri ? non proxima vana cernunt.  
Non pacies est flumen, quo fracto ponte morentur  
Hostiles cursum, compescant atq; furorem.  
Petrarum haud soudex, quarum condantur in alio.  
Iamq; equites nostros geminas partitus in alas,  
Ductor Abiscais præcinxerat vndiq; campos.  
Admissusq; pedes duro nudata premebat  
Dorsa hominum ferro: pressosq; forando necabat.  
Prolapsos ingulo mucrone secabat aperto.  
Est aliis latera, aut pectus fodicbat incerte.

Nonnullis

Dauidiados Lib.VIII.

164

Nonnullis istu valido caput ense leuabat.  
Mille necis species, quamquam mors omnibus una.  
Quinq; duces uisti desperata ante salute,  
Cum se præcipites ab equis sine mente dedissent,  
Quadrupedum trælli cursu morsuq; furentum  
Calcibus & duris laceri periere per agros.  
Quiq; fuga celeri potuere euadere securis  
Armatorum acies peditum, impegere frequenter  
Inturmas equitum : valido quibus hastæ lacerto  
Transadigit costas, aut ilia cuspide ferri.  
Ferrea nonnullis quatit & cana tempora clausa.  
Effractosq; uomunt miseri cum sanguine dentes.  
Calcibus indomiti plures sternuntur equorum:  
Corpora strata iacent : funduntur sanguine riu.  
Pingue scit tellus tanto madefacta crux.  
Millia uiginti ceciderunt ingere paruo.  
Idem cadendi finis fuit atq; dici.  
Terror Idumæam duplicata strage suorum  
Maximus inuasit : nec enim spes illa relitta  
Cernebatur opis : quarè se dedere uillios.  
Omnibus est uisum, nostris expandere portas.  
Occurrunt suplices ueniam pacemq; petentes,  
Ductori & flexo prætendunt poplite claves.  
Oppida uictores & nunitissima quaque  
Castella excipiunt, hebraeo & militi complent.  
Ingressi Bosram summa potiuntur & aice.  
Præsidia hic Iudea locant, statuuntq; senatum.

X 4

Bartholomæi Bottæ.

Poterit preſciant genti, quamq; tributis.  
 Esarum nobis tum priuam ruffa ſubefte  
 Geas diſcie: didicit m'ior ſervire minori.  
 Stirps vtriusq; ut p'adixerat eſſe futurum  
 Consul'tus Deus, a magna Genitrice Rebecca:  
 Dum collidentes gemini iſi geſtaret in alio.  
 Idem etenim nobis, illi:q; fuere parentes.  
 Dicimus Iſacide: Iſacide dicuntur & illi.  
 Sed veluti fratres gemini Eſaias atq; Iacobus  
 M'iterno ex vero diſcordes exilere.  
 Ceu cute diſſimiles, ſic uia & moribus ambo.  
 Moribus ac uita ſic nos diſtamus ab illis.  
 Compositis rebus rediens exercitus illuc  
 Cum Duce v'ctor ouans ſpoliis & boniſtus opiniſt  
 Cum palmi excipitur nobis meritoq; triumpho.  
 Ante ſacram grates redduntur f'ederalis aram.  
 Plurimi digna Deo ma'latur & h'oftia c'eſis.  
 H'oftibus: ac psalmi laudes hymniq; canuntur.  
 Interea moritur ſeaio ac m'erore granatus  
 Ammonitarum Rex felicissimus olim.  
 Ille Naas Arabum fului ditifſimus auri.  
 Quam ſælix, ſi dum ſælia regna tenebat  
 Imperio proprio, ſumma contentus & arco  
 Sed iſſet Rabath & pradiuitis ubere gleba.  
 Vixiſſet letus, pulchraq; in pace quieſſet.  
 Sed quoniam bello ſumptisq; acerrimus armis  
 Tam latos Arabum uoluit protendere fines:

Hanc

Dauidiados Lib.VIII. 165

Hanc primam appetiit noſtrum Galaditidis oram,  
 Obſeditq; diu pulchram ceu v'ctor laben:  
 Cunſorumq; oculos nimia feritate parabat.  
 Genis in opprobrium noſtri & diuclere dextros.  
 At Saul aſcendens populo clam n'ſte coaſto  
 Excepit inc'au'tos & abas, cunctosq; trucidat.  
 Vixiſſ; Naan ipſum velox dromedarius auferit  
 Deic'um Regem, ſuper onnes ante ſuperbum.  
 Hinc animi m'or' contractus ad uſq; ſenectam  
 Conſecit variis corpus miſerable morbis.  
 Interiit tandem ſuperatus tabe uenen'i.  
 Aſt ego quem profugum blandus conſuerat h'ofſes  
 Dum procul a patria ſocero pellebar amaro.  
 Cuins, & inu'alidos ſeruauerat anteparentes,  
 Officii cant' non immemor ipſe diſertos  
 Miſi oratores, qui ſolarentur amico  
 Aſſeſtu gnatum: lenirent atq; dolorem.  
 Seruatumq; diu ſic teſtarentur amorem.  
 Indubia fidei pignus poſt funera pa'ris.  
 Rex nouus imprudens animi leuitate iuuent  
 Atq; mal'a gentis vitio, qua ſepe nouarum  
 Percupid'z eſt rerum, ſuggestu ac ductus eorum.  
 Qui maledicendi ſtudio uersantur in aula,  
 Suſpettos habuit legatos: atq; putauit  
 Exploratores miſſos iuſtificare videre  
 Quaeq; loca, unde capi poſſent regionis & urbis.  
 His igitur iuuenis temere ſuccensus abegit

Indecores illos ignominiaq; notatos.  
 Nam medium his barbam decus oris grande virorum  
 Abradi iussit, longasq; abscindier oras:  
 Nudatae partes ut circumquaq; paterent,  
 Quas natura tegi iussit discrimine certo.  
 Dederat in nostræ gentis probrumq; virorum.  
 Eiectos homines iussi Hiericunte morari,  
 Oris ita affetti donec decus omne rediret,  
 Nec contumeliam hanc grandem sum passus inultam.  
 Delectum fieri iussi cessante tumultu:  
 Ex quacumq; tribu florentes ære cateruas,  
 Præstantes animi iuuenes secernere iussi.  
 Ast Ammonitæ cernentes scandalum caco  
 Haud impalta viro, tristi maledictæ surdo.  
 Nec contumeliam Regi fecisse canoro.  
 Sed bellatori fama super atbera noto.  
 Cum strepitu ingenti misis Ductoribus alti  
 Nominis, educunt ex urbibus agmina multa,  
 Omnibus ex agris collecto milite fines  
 Currici campi latos implere laborant.  
 Ante urbis portas quæ charanachana vocatur.  
 His neq; contenti magna mercede minacem  
 Conduxere Syrum, cui dat prouincia nomen  
 Et regnum, fluum grandem posita inter vtrunque  
 Hinc etenim Tigri, atq; illinc Euf. ate rigatur.  
 Additur huic etiam Maacha ex regione Tyrannus:  
 Ductor & Istorius, quo non iastanior alter

Et melior nugis quam dextra, ac voce tremendus.  
 Millia tres isti reges terrena trahebant.  
 Armariorum hominum, currus, equitesq; superbos.  
 Bis mille, instrutos variis sua corpora telis:  
 Armaq; virgatis sagulis beluina tegebant.  
 Pellibus ex raptis variarum cade ferarum.  
 His tamen auxiliis nequaquam absterritus ipse  
 Sarutadas misi fratres, duo fulgura belli,  
 Cum classe exigua sed lecto flore innuentæ.  
 Conflitū nec enim numero so milite cepto  
 Vincitur: at magnis animis, & robore firmo.  
 Palma etiam melius superum conceditur aura.  
 Ponte superiecio Iordanem exercitus acer  
 Traicit in latos fines progressus eorum.  
 Sedit & intrepidus prope ripam fluminis alti  
 Vnde locus nomen, letum trahit vnde vigorem  
 Fælici limo, quando superenatat amnis.  
 Arbitrabantur dubio procul esse futuros  
 Viatores hostes: quoniam foris, intus, & urbe  
 Bisgeminis acies structas plenasq; parabant.  
 Exiguam at nostram spernebant turgida fastu  
 Testora: quum clausam in medio mox esse vorandam.  
 Omnia ubi vidit quæ prudens Ductor Iobas,  
 In geminas acies partitus & ipse cateruas  
 Fratri vnam cura cōmisit & arte regendam  
 Quem brevibus verbis sic est hortatus in hostem.  
 Tu viden a facie, dorsoq; exurgere bellum.

Bartholomæi Bottæ.

Ex capis altis, aliisq; ruentibus vibis.  
 Perge Ammonitas tu contra hoc agmine firmo:  
 Ne timeas Aralum iactas ad sydera voces.  
 Quid in tacitus telis tu contra audientior ito.  
 Inq; syrum proficiscar ego, Regesq; superbos.  
 Si te quoq; nolim, retro violenter adactum  
 , Ammonide impulerint, tibi confessim agmine nostro  
 Subsidio presens adoro: quod si mihi Reges  
 Forte viderentur vi multa infilere: retro  
 Lienti fratri poteris succurrere frater.  
 Esto vir fortis, patria pro gente gerendum  
 Hoc bellum est nobis, violato Regis honore.  
 Infirmie partes nostre sunt: rector olympi  
 Viderit, & palmam superis aspiret ab oris.  
 His deditis, aciem syrios cenuerit in acres  
 Aerior ipse romens spumas ex ore cruentis,  
 Duxit & ante omnes vibrans ex rolo ore duro,  
 Hastam, equum turmas confertos traxit in hostes.  
 Hic patuit insta quaatum diuina suorum  
 Cœlitus aspiret causa clementia robur.  
 Namq; equites nostri syriorum pectora & arma  
 Quotquot in occursum primos habuerent forarunt.  
 Deictos ab equis per humum strauere repentem.  
 Quo viso tremuere Duces: exercitus omnis  
 Obslupuit primo, debinc terga auersa dedere.  
 Vnde omnes: gelidos tantus paucor occupat artus,  
 Millia viginti, & supra iacuere perempti.

Cetero

Dauidiados Lib.VIII.

157

Cetera turba metum fugere per ania quequæ.  
 Vibis quoq; egredi quos ante parauerat Ammon  
 Horrisono variis nostris clamore putarunt  
 Posse absterrei, nihilominus agmine fatto  
 Fulminis in eos uibrabant brachia telis.  
 Ergo frustrati strepitu clamoris inani  
 Protius ad syrios (ut erant) a incenibus urbis  
 Editiore loco, trepidantia lumina tollunt.  
 Auxilia nunc sibi properè uentura putabant.  
 Quos ut uiderunt fugiendo terga dedisse  
 Pallantes per agros ac deuia quæque uagari:  
 Correpti extemplo nimia formidine & ipsi  
 Tela abiecerunt conuerso lumine ad urbem,  
 Inde fugam properant, ea proxima tuta petentes  
 Mœnia: sed nosri totis calcaribus armos  
 Quadrupedum in festis urgebant agmine telis.  
 Post dorsum profugos dextra leuaq; premebant.  
 Ad portas urbis donec, & mœnia uentum est.  
 Ante fores ipsas est orta miserrima cades  
 Namq; inter se se dum certant esse priores.  
 Vulnera suscipiunt alii, redduntq; uicissim.  
 Compressi ast alii flatu crepuere retento:  
 Præcipue nimio uentre ab domine tardi.  
 Pleriq; in foueam lapsi experiere natando  
 An possent exire: sed impedit alta crepido.  
 Hoc strepitu acciti præreptis undiq; telis  
 Accurrere citi cives, & cardine uerso.

10. AVGUSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In nonum Dauidiados argumentum.

*Monosticon IX. Libri.*

Nouus hēt victos Arabes Rabateiaq; castra.

*ARGUMENTVM.*

Bartholomai Bottæ.  
*Viribus eximiis nixi sunt claudere portas:*  
*Bis nimio intrantis turbæ cessere tumultu:*  
*Tertia sed postquam aggressi molimina, pestes*  
*Aprendos vincis manibus traxere viritim.*  
*Ferratos vultus æris duxere per ansas.*  
*Obstruxere aditus totos, debinc aggere multo.*  
*At ni fecissent: aderant iam limine in ipso*  
*Hostibus extremis permixtoq; agmine nostri.*  
*Qui vacuos aditus irrumpere forte repertos*  
*Exemplo, ac trepida tentuſſent vrbe potiri:*  
*Sole cadente tamen, surgente & veſpero tardo.*  
*Dulcisono interea recipi clangore iubelat*  
*Buccina victores in caſtra boſtilia fessos.*  
*Exūias vbi collectas iam Ductor Iobas*  
*Cum fratre in populum partiri forte parabat.*  
*Nos autem leti reduces excepiimus ambos*  
*Vt validos fratres, dignis & honoribus ambos.*  
*Ornari placuit parta ſine fanguine palma*  
*Hic finis fandi Regis, plaususq; fecutus*  
*Heroum: qui vera illum ceciniffe probarunt.*

Dauidiados VII. Libri finis.

**R**ege fatigato sermonem orditur Iobas  
*Præfatus veniam: suscepta vt clade dolentes*  
*Vlto Arabes Ammone ſati fera bella pararint,*  
*Armarintq; syros, rapidis quoſ alluit vndis*  
*Arduis Eufrates, decepti numine falſo.*  
*Vt rex ipſe manu ſeuum proſtrauerit hostem:*  
*Quo ceſo Ifacidis fuerit victoria parta.*  
*Hinc Arabes memorat rurſus grauioribus ausis*  
*Iam vires alias, aliasq; armasse phalanges.*  
*Post cædem ingentem, Rabateia in caſtra fugatos*  
*Venisse, & fatum miserable fortis Vrid.*  
*Hic ſolum nati at patrem in ſua regna receptum.*

# BARTHOLOMAEI

BOTTAE.

Dauidiados. Liber IX.

**A**T Berselaus genitor cui bellica facta  
Semper erant cordifitiens audire subactam  
Ammonitarum lfacidii per facula gentem.  
Extendit palnam, iudicxitq; silentia tettis.  
Vi filuere omnes : senior sic farier orsus.  
Sæpe fuit agatum volui interrumpere Regem.  
Illus at nimia vicis dulcedine verbi  
Conticii (fateor) regali pendulus ore.  
Sed quoniam mecum multi quiue byscere coram  
Qui ar sint, suiunt audire quid inde secutum  
Posse fuerit, tanto fracti anne quiescere bello  
Ammone infreniuè. Abes satis esse putatim?  
An noua cum syriis potius se in bella pararint?  
Tuq; Ducum Ductor fortunatissime Ioba,  
Auspice quo semper felicia bella geruntur,  
Qui memorare potes, nec enim consecula fuere  
Te sine : qui bellis praefitus in omnibus adsis.  
Trofe quere incepsum sermonem Regis ab ore.  
Plurima nox restat : nec enim labentia somnos  
Sydera persuadent : nec adhuc fumantia vina  
In stomachi fundo sedem inuenere quietam.

Aptius

Dauidiados Lib. IX.

169

Aptius hasta mihi quam lingua mouetur in hostes  
Bersellae pater subito respondit lobas  
Aspera bella magis didici tractare gerendo:  
Quam fando verbis mea fortia facta referre.  
Facundi quis enim poterit vestigia Regis  
Ponè sequi & docto qui felicissimus ore est:  
Bellipotente manu, multo & felicior armis.  
Asper ut in factis ego sum, sic durus & ore.  
Attamen aggrediar: nec enim tua spernere iussa  
Fas vim quam fuerit cuius pater optime nostrum  
Hinc Ammone sati iacturam in pace nequibant  
Praterito passam bello, tot acerba suorum  
Funera ferre Ducum, rabidum Melchona secuti.  
Sorte iterum duila qui vatis ab ore canebas  
Fortunam instabilem fato: semperq; fuisse  
Euentus belli dubios: ideoq; monebat  
Tentari casus iterum: meliora futura.  
His igitur freti responsis, atq; furore  
Innato genti virtio regionis adjustæ,  
Armari pubem statuunt: repetiq; syrorum  
Auxilia, a cupidis duplice mercede locanda,  
Ne simul acceptam cladem paterentur inultam.  
At Syrus Eufraten circa qui pinguis duro  
Vomere & arua colit simul exercetur in armis.  
Inualidum cernens se se minus atq; potentem  
Aduersus vires hebraas: sed tamen optans  
Acceptam cladem & tot funera acerba suorum.

x

Bartholomæi Bottæ.

Vicisci ad socium traiecto flumine misit.  
Regem adrazarum : peditum cui copia multa  
Multiugi currus, Equitum quoq; mille fuere  
Agmina : nam tanto bellandi ardebat amore  
Hebræam in gentem, quam fortem nouerat esse.  
Semper ut in promptu foret illi exercitus ingens,  
Largifluo sumptu quem Rex prædiues alebat.  
Ne qua moræ præcium tanti foret hora paratus:  
Si noua bellandi se occasio forte tulisset.  
Horrendam cladem memori nam mente tenebat  
Quam fuerat passus Rex Adrazarius alter,  
Proximus imperio sed discors mente superba,  
Dum Mesopotamum Regem se dicier olim  
Ambiret, regno fluuium inter virumq; parato,  
Et nisi de regni confinibus orta fuisse.  
Inter eos vrgens, graue controuersia bellum,  
Quæ paritura videbatur, fortasse dedisset  
Suppetias illi solito de more, propinquo.  
Nunc itaq; ascitus fraterna lege syrorum  
Quantascumq; habuit super amni ponte locate  
Transmisit turmas equitum, peditumq; ceteras.  
Atq; infinitos currus virumq; rotatos.  
Falcibus vnde seges meteretur dura virorum,  
Sub Duce millitia fortis Caddanne sobacho.  
At Syrus Eufraten citra superaddidit illis  
Omnem militiam spoliato rure pedestrem:  
Vix equites paucos ex nobilitate coegit,

Quod

Daudiados Lib. IX.

170

Quod præcedenti multos amiserat anno.  
Millitia princeps cum fines esset adortus  
Lothæios celeres Arabas cuin Rege paratos  
Protinus adiunxit Syriis, coniunctaq; castra.  
Iudeam versus tacito contendere gressu  
Auia deserti, vallesq; mouere per imas,  
Ut vel Iordanem nobis transuadere possent  
Incautis: subita nam sic formidine quirent.  
Omnia turbari, nec haberit tempus ad arma  
Cogendi populos, (fuerat ceu moris) in vnum.  
Rex autem prudens superum ceu numine plenus  
Iamdudum norat pigritantibus ista futura  
Hebreis: sed enim vigilando posse caueri.  
Vere nouo monuit populos, & in arma coegit.  
Grandis erat nobis exercitus, & lucte concors  
Altaq; de summo virtus infusa latet.  
Ipse quoq; in medio fuluis Rex noster in armis  
Ingentes animos nobis dabat: intus alebat.  
Semper enim fuerat bellando victor. & omnes  
Quæ circa nos fuerant gentes, quibus atq; superbis  
Ante premebamur, fracti ditione potenti,  
Contuderat bellis verso in contraria fato.  
Imperioq; sao virtute subegerat alta.  
Ergo bene instructi nostrum traiecerimus amnem  
Inde Ammone satos syriosq; petiunimus vna  
Tempore quo iuncti campestria lata parabant  
Deserere: atq; omni penitus cessante tumultu

x 2

Occultas tentare vias prope teuta ferarum.  
 Ecce improuisi tacite pergentibus vltro  
 Adsumus : erctas acies ostendimus : atq;  
 Congredimur subito latis sine cespite campis.  
 Non illos currus cingebant, fossa, nec agger.  
 Omnia nam retro taciti impedimenta trahebant  
 Ergo citi aggredimur rectis ad vulnera telis.  
 Pugna fit, occurunt hostes non absq; pauore.  
 Turbatis animis seruatoq; ordine nullo.  
 At nos instructi cuneis dispergimus illos.  
 Conficimusq; vagos disiectis arte maniplis.  
 Pallantes alios buc illuc currere cernas,  
 Qui redeunt ad nos: & ne videantur inertes,  
 Cuspide conuersa rursus noua pralia tentant.  
 Sed circumfusi prosternimus ore precantes  
 Incassum vitam : nec enim miserescimus illo.  
 Tempore cuiusquam, quo, si non perditur hostis:  
 Perdere erit promptus : ridebit & insuper hostem.  
 Militia & intrea princeps Ductorq; syrorum  
 Et si improuiso perculsus corde sobachus  
 Aggressu nostro, raptis diffideret armis,  
 Vincere posse tamen ratus est, si prendere nostrum  
 Perdere vel Regem quavis continget arte.  
 Continuo instrutus iaculis, arcuq; doloso  
 Desilit e curru rapido, proceresq; vocauit  
 Bissenos, forti dextra quos nouerat esse:  
 Alipedes in equos vnd condendere secum

Atq;

Atq; omni studio nostrum comprehendere iussit  
 Dimissi aliis Regem, vel perdere current.  
 Imperat inde sequi sed rarius agmina multa.  
 Protinus in cuneum deducti irrumpere tentant  
 Per medias acies : ibi nam pratoria signa  
 Esse Ducem belli fuerant prætendere sueta.  
 Rex autem noster prænoscens omnia, vestem  
 Iamidum mutarat, equo prouectus & acri  
 Roboream forti dextra comprenderat hastam  
 Heroasq; suos, vt se sequerentur in hostes  
 Audaces illos, aciem qui rumpere nixi,  
 Hortatur: iusq; globum fecere repente.  
 Dehinc præudentem dextra lanaq; secuti  
 Obiiciunt sese porrectis eminus hastis.  
 Verum hostes alio (quia nullum insigne redebant  
 Inter eos Regis, cum declinare pararent  
 Instantes ictus, pendentia frena reflekti  
 Heroes oculis sensim videre coruscis.  
 Nec minus edocti cursum tenuere retortis  
 In leuam loris cuneum disrupte tentant.  
 Conuersus verò iaculum contorsit in illos  
 Bellipotens Ductor : clipeo qui protinus æra  
 Bannaie exceptus porrecto vmbone pependit.  
 Cumq; manu vellet iaculari hostile secundum  
 Per latus intectum currentis lancea Regis  
 Ingreditur subito, penetratq; per ilia ferrum.  
 Vulnera quo laesus confestim flexit habenas

Alipedis princeps : seq; in sua castra recepit.  
 Alt alii comites subita formidine capti  
 Sunt visi tentare fugam : penitusq; reclusa  
 Sunt ac ie vetiti, densa ceu grandine venti  
 Undiq; iactatis quatiuntur corpora telis.  
 Prosternuntur equis, vita terit vngula funetos.  
 Parte alia princeps quassatus pectora cursu  
 Vulnere latali fossus vix lora tenebat.  
 Amplexusq; iubas gelidus, similisq; ruenti,  
 Cognitus exceptusq; suis dum veste cruenta  
 Exuitur, vitam nimio cum sanguine fudit.  
 Consternati animi facto Dulcoris acerbo,  
 Et procerum casu, penitus certamina linquunt  
 Telaq; proiiciunt Syrii, fugiuntq; per arua.  
 Ipsi arabes etiam tremefacto Rege, Syrorum  
 Abscessu rapido, proprias vertuntur ad vrbes.  
 Hebrai verò fugientum cade frequenti  
 Crassantur, ne iterum atq; iterum redeuntibus annis.  
 Improbitate virum cogantur ad arma venire,  
 Et dulcem patriam, carosq; relinquere natos.  
 Nocte ruente tamen, crebro & clangore tubarum  
 Cadibus absunt fessi, terrosq; reponunt  
 Sanguineos enses vaginis strage peracta.  
 Vittores subeunt tum castra relicta Syrorum.  
 Corpora curantur vino atq; hostilibus escis.  
 Postera cunq; dies summo luxisset eoo.  
 Exuuias omnes collegimus, atq; viritim

Debita

Debita pars diuisa fuit : Regiq; relicta  
 Pars sua : qua placuit meritos decorare tribunos,  
 Atq; viros fortes donis accendere ad arma.  
 Indolis eggrecie iuuenes ad fortia facta.  
 Quis captos numeret currus & millia equorum ?  
 Quos subneruari iussit : ne iursus ad arma  
 Assimi possent, rhœdas iterumue trahendas.  
 Collectis igitur spoliis, partoq; trophyo,  
 More triumphantum patriam repetiuimus urbem.  
 Ciuib; excepti lati ante omnia grates  
 Soluimus offerimusq; Deo pia vota : litantq;  
 Sacra Sacerdotes casti, dum templa frequentant.  
 Victima pro vittis, datur hostibus hostia cæsis.  
 Plurima : taurorumq; extis altaria fumant.  
 Lata coronatur partis vrbis celsa triumphis.  
 Regifico luxu coniuia multa parantur.  
 Noctes atq; dies ductoribus alta patebat  
 Regia Dauidis, donec qua septima secum  
 Luna trahit, populi solemnia cuncta replerent.  
 Tunc esenim lati sub frondibus esse frequentant  
 More patrum vasta dum tentarentur heremo  
 Vnde dies illi sunt scenophægia ditti,  
 Latantem populum quod oporteat esse sub umbris  
 At Syrii Reges atriti cladibus istis.  
 Nam sexaginta peditum sunt millia cæsa,  
 Quadraginta equitum prope defecere perempta.  
 Nec fuit vlla domus tota regione syrorum.

x 4

Absq; suo luctu, qua funere tristis acerbo  
 Non fuerit polluta: metu grauioris & anni.  
 Ne nos vittores omni regione vagati  
 Flammis & ferro popularier omnia late  
 Vellemus. quis enim nobis ob sistere posset?  
 Legatos igitur veniam, pacemq; potentes  
 Clementi miserere Duci, cumulataq; verbis  
 Munera suplicibus: se se q; subire paratos  
 Dixere imperio, regisq; facessere iussa.  
 Condicio placuit. Regi. data fœderâ pacis.  
 Sunt tamen iis populis nonnulla indicta tributa  
 Munera preterea Regi sunt iussa quotannis  
 Purpureæ vestes binae, bineq; coronaæ  
 Ex auro & gemmis capiti decus omne per auum.  
 Quadriugi currus octo candore niuali.  
 Ocia ne iuuenes longo corrupta veterno  
 Efficerent molles, neu torpida corpora luxu.  
 Vere nouo iussa Regis delegimus omni  
 Ex populo peditum viginti millia forti  
 Robore, & expertos bellis multo ante peractis.  
 His Hec atontarcas præfœcimus atq; Tribunos  
 Magnanimosq; Duces omni virtute decoros  
 Ioiada cum summa cunctis Rex ipse tribunis  
 Præposuit: summamq; rei mihi tradidit vni.  
 Addidit his celeres quingentos casside & arcu  
 Conspicuos plenam & doctos gestare pharetram.  
 Sub Duce Sabbochai ac suetos versare per arua

Hinc illina varios cursus, pariterq; recursus.  
 His etiam totidem chaibafraçtos imperat addi.  
 Armatos equites galea & thorace decoros.  
 Lenibus atq; ocreis surras & crura nitentes.  
 Quadrupedes isti magnos ac fortibus armis  
 Accepere graues: Duro ut superesse labori,  
 Suffere ut pondus possent astutusq; diei.  
 His præfœtus erat belli grauis autor & armis  
 Barnaias heros clava metuendus & hasta.  
 His tribus aggredior duros legionibus hostes,  
 Inq; Ammone satos Arabes instruta mouemus  
 Castra: sed, a lachrymis vix temperet ullus obortis.  
 Cor licet ille ferox & inexorabile peccus  
 Trux gerat auditor. refero Lachrymabile bellum,  
 Quod nos intulimus, bellum exitiale tenaci  
 Nequitia genti, & præcordia plumbea habcenti.  
 Namq; lacrimi probris, inferre coati  
 Vindice iustitia fuimus fera bella per arua.  
 Sed semel atq; iterum fractos decuisset ab armis  
 In lasam gentem temere desistere sumptis.  
 Verum exercentes preciosa odia, atq; gerentes  
 In nos nequitia nunquam saturabile peccus  
 Nuncia fama tulit rursum noua bella parare.  
 Sollicitare syros oblatis mille talentis.  
 Qui tamen auxilia hac toties repetita negarunt  
 Cladibus afficti binis, prudentius (inquam)  
 Fœdera nobiscum seruare ille sa putarunt.

Bartholomæi Bottæ .

Quam toties fractos rursus se inuoluere bello.  
Nos igitur fines ingressi occurrimus illis,  
Qui iam aduentabant populari milite multo,  
Sed male composito, sed inexperto, atq; fugaci.  
Praelia vix primi tentant clamore secundo.  
Fortia si clamor contundere pectora posset.  
Verum ubi nostra vident sua pectora tela forare,  
Effluere & multum clamantis ab ore cruento;  
Protinus elingues facti flectuntur ad urbem:  
Inq; fugam versi pedibus talaria neunt.  
Plurima turba quidem cecidit certamine in isto:  
Sed multo plures trepidantia dorsa secuti  
Præduce Sobbochæ celeres, strauere per agros.  
Dehinc ferro, atq; igni popularier omnia late.  
Capimus: & canas in agris exurere messes.  
Cædimus agricolas, armenta gregesq; voramus.  
Oppida destruimus, castellaq; sparsa per altos.  
Eruimus montes, munita palatis, turrets:  
Aequamusq; solo quassas a sedibus ades.  
Quin & odoriferas sylvarum exurere plantas  
Cum palmis oleas, placuitq; excindere rites.  
Lignaq; pomifera, ac cedros simulatq; cupressos.  
Corpora cuncta senum cæduntur inertia passim;  
Corpora sed iuuenum robusta, laboribus apta,  
Matres atq; viri, pueri, innuptæq; puella  
Compede seruantur, simul & captiuæ trahuntur,  
Ismaëlitæ dehinc prætereuntibus illac.

vt

Daudiados Lib. IX.

174

Vt reliqua merces alias portantur in oras  
Sic facimus cunctis tota regione vagati.  
Donec ad extremam Rabatae peruenimus urbem.  
Metropolim latiq; caputrum nobile regni.  
Numq; ibi Rex solium sceptrumq; tenebat autumus  
Atq; Magistratus aderant, & curia patrum.  
Hinc populis leges, iura, ac Responsa dabantur:  
Rex autem Iuuenis, furibundus, & improbus astu,  
Injustiq; patres, Gnatonom & curia plena,  
Reddiderant urbem cœlo terræq; perosam.  
Aduentum nostrum fama referente per urbem,  
Exempli exoritur nouus hic & ubiq; tumultus,  
Matres atq; senes trepidant: fremit arma iuuentus,  
Arma viri, ferte arma citi, defendite portas.  
Eia hostes adiuncti: date tela, ascendite muros.  
Induitur primus Rex ipse nitentibus armis.  
Purpuream clamidem super armis balteus auro  
Conspicuus nettit flamas imitante pyropo.  
Armantur proceres pariter cum Rege furentes,  
Conscendent currus oneratos vndiq; telis.  
Missilibus iaculis hinc arcibus atq; pharetris,  
Hinc hastis granibus cedro redolente resectis,  
Scandunt rursus equos ciues equitesq; reliqui,  
Qui potuere fuga confliktu euadere primo:  
Artifices, famuliq; simul, nec nobile vulgus;  
Diversa arripiunt tela, his furor arma ministrat.  
Hi peditum grandem numerum, magnamq; phalangem

Bartholomæi Bottæ.

Efficiunt aciem statuunt tamen ordine nullo.  
 Non ibi Ductores Quinquageni atq; Decani.  
 Sed neq; centeni sunt, milleniuè Tribuni.  
 Qui stimulent animos, acuant sermonibus iras.  
 Qui proferre pedem doceant, simul atq; referre.  
 Turba ingens turbata metu commota furore.  
 Obiicitur nobis gradientibus ordine belli.  
 Instructas acies peditum nam fronte locatus.  
 Abbisais frater quo non velocior alter  
 Ingenio, & cursu campis ducebat apertis,  
 Agmen agens equitum, ne quis vi, irrumpere posset,  
 Bannaia dextrum cornu cingebat vt ala,  
 Agminibus reliquis, fieret ne irruptio ab hoste.  
 Per latus obliquum dorso qua miles adortus  
 Ordine turbato dum se defendere vellet.  
 Structuram traheret, confunderet atq; maniplos.  
 Sobbochais leuum præciuxerat altera cornu  
 Ala leuis celerum, præcedere docta cohortes,  
 Interdumq; sequi, semper latus omne tegebatur.  
 Ast ego ceu princeps medio maturior ibam.  
 Instructus clana & graibus circundatus armis  
 Huc illuc voluens oculos, aciesq; regebam.  
 Rex itaq; e curru iaculis instructus acutis  
 Profiluit nostros primus, temerarius, audax:  
 Quem multi proceres sunt circumquaque, secuti.  
 Hunc contra Abbisais frater meus init, & hasta  
 Fraxinea summum galea deprendit, & ictu

Praevalido

Dauidiados Lib. IX.

175

Praevalido rubram excusit cum casside cristam.  
 Quassatus iacuit media renolutus arena.  
 Cæsaricm ostentans nudato vertice nigrum.  
 Accurrunt celeres socii, rapiuntq; trementem,  
 Semianimem curru vicina morte reponunt.  
 Vix e conspectu pugna currentis & hostis  
 Prarapido cursu volucrum subtractus equorum.  
 Currus abit velox, Regemq; reportat in urbem.  
 Fratris enim comites Regem, & spolia ampla petebant.  
 At proceres summo pro Rege resistere nixu  
 Tendebant: oriturq; illic accrima pugna.  
 Nam neq; tum longis poterat decernier basiliis,  
 Comminus at nudo tantum confligitur ense.  
 Abbisais bellum præfectum mole Gigantem  
 Corripit amplexu duro, violentus, & illum  
 Pectore tollit humo, ac iunctis premit ilia palmis.  
 Compressus crepuit, disrupto ventre per auram  
 Spiritus egreditur: diffusaq; viscera terram  
 Commaculant tabo: tum demum corpore toto  
 Sternitur vt Barrus: quem serpens aure patenti  
 Perculit ingressus: cum fixerit ora cerebro,  
 Tum simul heroes nostri, ne fratris adessent  
 Magnifica factis nudi tantummodo testes,  
 Arripiunt proceres, fugiens quos liquerat Ammon  
 Et iugulant quosdam parue pugione recepto.  
 Ast aliis lateri capulo tenus abditur ensis.  
 Bannaia è equitum Ductor tum fronte recisa

Hostili visa totis calcaribus armos  
 Protinus virginis grauium mandarat equorum.  
 Nec plura his diuīlis, confertos inter, & hostes  
 Ingreditur primus, clavaq; instructus ab aea  
 A dextra leuaq; viros mactabat inertes.  
 Fit via vi: irrumptunt equites, multosq; trucidant.  
 Parte alia celeres cunctos subduxerat arte  
 Sobbochais: medios fueratq; ingressus in hostes:  
 Ceu Lopus inter oves, vel ouilia natus aperta,  
 Cedit rbiq; viros, cuneosq; globosq; frequentes  
 Dissipat, audaces lacerat, contundit inertes.  
 Ast rbi se pedites cernunt vtrumq; soluti  
 Ordinis hinc inde abscessu totius equestris;  
 Prærepto cursu fractos gradiuntur in hostes.  
 Quoscumq; oppositos pilis aut ense trucidant,  
 Iugeri in spacio viginti millia paruo  
 Tempore, per campos strati iacuere perempti.  
 Namq; suis hostes Ducibus cessere fugatis.  
 Atq; metu nimis vires recidere nec ultra  
 Oppressi nostris valueré resistere turmis.  
 Sed neq; conclusi poterant dare terga: nec vlla  
 Spes opis exterius miseris speranda dabatur.  
 Ergo trucidantur captarum more ferarum.  
 Ast Arabes reliqui retro qui castra tenebant.  
 Cernentes nimiam tam paruo tempore stragem,  
 Tutius esse rati similem metuendo ruinam  
 Si se subtraherent conflictu: & tuta subirent.

Mœnia,

Mœnia, ne hostili præde vacuata paterent.  
 Sic abeunt volucres, dum nostri cedibus instant,  
 Dum spoliis inhiant, queruntq; aptanda tropheis.  
 Nec nouere prius castris abiisse fugaces.  
 Quam suā se tutos portis bipatentibus intra  
 Mœnia condiderint: renoluto & cardine postes  
 Veltibus insertis, superadieō aggere multo  
 Sint obturatae: ne quassa vel ariete crebro  
 Cardinibus vulvis procumbere porta valeret.  
 Supposito noctu tacite consumpta vel igni,  
 Incursu hostili prædanda pateret hyatu.  
 Victores igitur propere circumdamus urbem.  
 Tentamusq; omnes aditus, si forte vacaret  
 Desertus custode locus quo irrumpere nostri  
 Armati possent. tanta simul urbe potiri.  
 Irrita sed postquam sunt tentamenta reperta.  
 Nec fissura quidem nobis est visa patere.  
 Obsidione paro iam ter circundare victos,  
 Oppressosq; fame toties superare rebelles.  
 Ardentes animis ergo præcingimus urbem  
 Stridentum instar apum progressa examina mille.  
 Aggeribus fossisq; vias excludimus omnes:  
 Castella erigimus, turre quoq; tempore paruo  
 Ballistis grauibus, pulsarier unde valerent.  
 Et procul arceri possent a mœnibus hostes.  
 Dum quateret muros aries, tormentaq; missa.  
 Cum fierent fossæ, foderetur & vndiq; tellus.

Egressi ut mures latebris noua prælia tentant.  
 Andaces in eos, cophino quibus eruta tellus.  
 Asportabatur non longè, ut cresceret agger.  
 Fit strepitus castris : oriturq; repente tumultus.  
 Arma citi properant: acies protenditur illuc.  
 Oppressi fugiunt hostes, conduntur & vrbe.  
 Missilibus iaculis portas tutantur & arcu.  
 Saxa volant fundis, crebro cathapultaq; longè  
 Mittitur : & neruis contorta phalarica venit.  
 Ceduntur quidam, ac foueis tumulantur in ipsis.  
 Tuti ergo rati petimus tentoria nostra.  
 Interea quandoq; tamen de manib; us vrbis  
 Egediebantur forulis, cæsisq; latebris.  
 Improuisi aderant, escam prædamq; petentes.  
 Sicubi pastores pecora, aut errantia passim.  
 Foscarum ripis, vel aquarum margine longo  
 Vidissent speculis, currebant protinus illo.  
 Cædebat pueros : rapiebant vnguibus vncis  
 Quæ poterant, furtimq; abigeabant rapta priusquam  
 Aut speculator eos prætoria ab arce videret,  
 Pastorum aut quisquam fugientum nuncius esset.  
 Vnde Duces belli longis clamoribus acti,  
 Agmina ad arma virum præconis voce ciebant.  
 Tum leuia interdum, grauia & quandoq; necesse  
 Prælia erat fieri, propiore vrgente tumultu.  
 Nec soli de plebe viri, sed fortia quædam  
 Magnanimum Heroum telis perfossa cædebant.

Tunc

Tunc etiam vrias Ethæus forte relitus  
 Apavidis, socijs pugnam fugientibus vltro  
 Nescio quo casu dum solus sustinet hostes,  
 Obrutus a numero cecidit, fidissimus vñus  
 De numero procerum, belliq; accrimus ille  
 Seruator legis : quem mollia nulla mouebant.  
 Nec poterant vñquam duri superare labores.  
 Incerti euentus belli, nec cognita nobis  
 Fata Dei : ignaris faciunt fortasse videri  
 Quod personarum, ac rerum discrimine nullo  
 Nunc hunc, vñuc illum rapiat ferus ensis ad orcum.  
 Hec audita Ducas pupugit sententia Regem.  
 Conscia flagitijs hoc dicto sunt pectora pulsa.  
 Ab quam difficile est crimen non prodere vultu.  
 Inuitæ rubuere genæ, pallore deinde  
 Suffuse, mox & lachrymis rorante obortis.  
 Sermonem tamen ille suum quem caperat altè  
 Prosequitur, nihil his asper commotus Iobas.  
 Vnus post alium sic pergitus (c. inquit.) ad vnam  
 Nos Bellatores persofo corpore huetam,  
 Pastores igitur moniti discrimine tanto  
 Castrorum dorso mutarunt pascua longè,  
 Vnde nec audiiri pecorum balatus eorum  
 Mugitusuè boum possent, nec ab vrbe videri.  
 Quin etiam custos castellis ante locatis  
 Est adiectus eques, qui hostem prohiberet aquari.  
 Pluribus exatis hoc pago mensibus, vrben

Bartholomaei Bottæ.

Vndiq; conclusam didici non posse teneri  
Vlterius, nec posse famis tolerare laborem.  
Ciubus id paſſim profugis referentibus vltro.  
Missimus ad Regem, qui cuncta peracta referrent.  
Rabbatha multarum capiendam ut sciret aquarum.  
Obsidione breui : nec non discrimine paruo  
Posse expugnari fessis iam ciubus vrbem.  
Quare collectis ex omni gente veniret  
Classibus instructis populorum millibus ipſe  
Vt ſibi, non nobis, tanta victoria palma.  
Aſcribenda foret totum memoranda per orbem.  
Rex itaq; accitus populis refluentibus vltro  
Ex cunctis tribubus præſa super aduolat vrbis.  
Tum trepidare metu, tenuesq; amittere vires  
Heu miseros videas, nec posſe refiſtere ciues.  
Nec veniam admissi roties sperare rebelles.  
Quin desperatis animis extrema morantur.  
Regis ob aduentum tormentis cingimus vrbem,  
Vndiq; pulsantur muri : labat ariete crebro.  
Concussum omne latus : densis ſonat iſtibus aer.  
Crate ſuperiecta cuneis foduntur & ipsa  
Fundamenta ſoli : fiunt in tempore paruo  
Fractura ingentes : magni ſoluuntur hyatus.  
Iplentur foſſe, muniminaq; omnia latæ  
Pulsa ruunt ipſis muris hærentia dudum  
Apparent turres, celsæ nudantur, & Aedes  
Interiora vrbis paulatim cuncta patescunt.

Luce

Dauidiados Lib. IX.

178

Luce palam aggredimur nudatam mœnibus vrbem.  
Apparent rari custodes, & quibus arma  
Impedimenta dabant potius ne euadere poſſent,  
Corpora quam tegerent nostris imbellia telis.  
Irruimus cuncti, prætorio, & arce potimur.  
Pallantes videas veluti fantasma quædam  
Confectos macie ciues errare per vrbem.  
Mactantur multi, iugulo foduntur aperto  
Nonnulli, qui colla dabant ferientibus vltro.  
Cade fatigato ceſſauit milite ſtrages.  
Millia nobilium ſunt plurima capti virorum.  
Sed de plebe virum vix dena reperta fuere.  
Consumpti gladio reliqui vel peste, fameue.  
Rex ignominiam fuerat quam paſſus ab illis  
Sic iubet vlcisci : ut qui diſecuere fuorum  
Barbam oratorum, ferro ſerraq; ſecentur  
Per medium a ſummis ceruicibus vſq; deorūm  
Poſteriora virum qui nudauere fuorum  
Proſterni iuſſit nudatos ac reſupinos  
Carpentis ſuper attractis tribulisq; trahisq;  
Diſtrippi ventres inamataq; viſcera fundi.  
Ingentem predaſ traxit de diuine terra:  
Millia pondo auri, argenteum ſine pondere certo.  
Aes infinitum perfractis ante coloſſis.  
Et caput ornauit dempta a Melcone corona  
Inclusis gemmis lucentibus atq; pyropis.  
Dænia deponuit cunctis ex vrbibus ora.

2

Oppida destruxit, demolitus & arcæ,  
 Ni genibus flexis veniam pacemq; petisset  
 Extremus natu puer hic Ammonius hæres,  
 Quem morti creptum R̄gem pro patre lacarat  
 Cui lenia indixit pendenda tributa quotannis,  
 Seruit ut clemens duras moderatus hæbenas  
 His ita transactis, solumnam sumus inde regressi  
 More triumphantum victoria signa ferentes  
 Que templo Domini mémores defiximus altè  
 Extera tunc demum nimio terrore quierunt  
 Bella, sed interius plusquam ciuilia nobis  
 Insurrexerunt nil tale rimentibus vñquam  
 Quis pater, agnato depulsus sede rebelli.  
 Nos quoq; compulsi suimus præuertere tela  
 Pignus in ingrātum nostrorum sanguine tincta.  
 Dixerat hæc fortis narrator, & acer Iobas.  
 Reges sed expūsto, & mensa surgente quieuit.  
 Postera iamq; dies claro surgebat Eo.  
 Cum Regem proceres adeunt, R̄gemq; salutant.  
 Armati assistunt, iussis parere parati,  
 Sine Hierosolymam regni caput imperet vrbem.  
 Victrices acies accedere, signa referre,  
 Vt scaptrum antiquum repeatat, sedesq; relietas  
 Sine per ingratas vrbes transcurrere mandet.  
 Ut meritas sumant levitatis crimine pœnas.  
 Rex ardens quamuis mentem reflectat, utrimque  
 Dictorum tamen ante memori senioris amici,

Ut sapiens mollisq; ani nos, & temperat iras.  
 Interæ populi quos strinxerat horrida strages  
 Atq; noui Ragis leti deformia fata,  
 Exempli coiere simul, se dedere pæcti,  
 Legatos misere Duces, qui nomine gentis.  
 Israëlitarum veniam pacemq; rogarent.  
 Accessere tribus simul omnes preter Iudam.  
 Postquam introgressi, & coram data copia fandi  
 Intuitu primo pauidi obstuپere videndo  
 Armatos astare Duces, & cingere R̄gem,  
 Alter in alterius faciem mox lumina verisi,  
 Quærchant taciti, quis eorum farier esset  
 Ausurus: verum solio Rex primus ab alto  
 Est affatus eos blando sermone benignus.  
 Ne paneatis ( ait ) sed vota expandite vestra.  
 Nam licet armati, pacem exquirimus armis.  
 Horrida bella quidem gerimus non sponte: rebelles  
 Inuiti nostros ferro insectamur & igni.  
 Si positis animis humili ceruice subacti  
 Imperium expertum iam tandem ferre paratis.  
 Fas est optata nobiscum pace potiri.  
 Dixerat vñq; illos qua vellent dicere iusfit.  
 Tunc resoluta metu sunt pectora clausa virorum,  
 Neptalides vultu spectabilis, ore disertus  
 Iosia sic cepit. Rex noster inclyte salue.  
 Nos quoq; magnanimi proceres saluete, Ducesq;  
 Isacidum populi nos legauere, dolentes

Terga dedisse tibi , gnatoq; besisse perempto .  
 Tam grauis heu culpæ veniam , pacemq; reposcum .  
 Suppliciter miseris fassis ignosce , precamur .  
 Iam resipescentes vel serò respice clemens .  
 Namq; recognoscunt Dominum , Regemq; salutant .  
 Teq; suam carnem sua viscera carafatentur .  
 Ossibus osq; suis , proprioq; e, sanguine certum .  
 Oramus , redeas in regnum : sicq; coronam .  
 Sceptra relicta manu capias moderamina rerum .  
 Atq; diem statuas , qua te comitemur euntem ,  
 Carmina Latitiae concessa pace canentes .  
 Dixerat ille gemens lachrymis rorantibus vltro ,  
 Tam sibi quām reliquis : simul ora genaq; madebant .  
 Rex hilari vultu respexit , & ante cadentes  
 Ac genua amplexos dictis solatur amicis .  
 Surgite vos (inquit) veniam , pacemq; petitis ,  
 Nos veniam pacemq; damus , miserefcimus vltro .  
 Visceribus nostris , generis quibus autor & vnius ,  
 Et quibus vnuis adest Deus , idem cultus , & ara .  
 Proxima bisquinos cum Luna repleuerit orbes ,  
 Adsint Ductores equitum , peditumq; tribuni ,  
 Atq; magistratus cunctis ex vrbibus adsint .  
 Israelitearum primi , capita atq; domorum .  
 Maiores vna natu viridisq; iuuentus .  
 Conueniant omnes rapidi Iordanis ad vndas :  
 Ut nos Hierusalem ad magnam comitentur cunctes .  
 Hæc ait , & solio surgens amplectitur illos ,

In signum pacis : post Regem fortis Iobas ,  
 Deinde Duces alii dextras , & mutua iungunt  
 Oscula . coniuas recipit debinc Regia mensa .  
 Post epulas abeunt lati , pacemq; reportant .  
 Letificant populos vulgato munere pacis ,  
 Disponunt igitur quæ Rex præceperat illis  
 Omnia : seq; parant venienti occurrere Regi .  
 Rex autem admirans quòd defecisset Iudas  
 Ante tribus alias , nec dum rediisset amicus .  
 Nam neq; cum Tribubus reliquis vel miserat vnum .  
 Duriciem tantam tacito sub pectore prudens  
 Cognata gentis versabat , & vnde maneret .  
 Tandem animaduertit , nimio quòd fusa pudore  
 Regis inoffensi , proprio de sanguine creti ,  
 Tarda foret : quare magis inuitanda benigna  
 Mitis ad obsequium Regis , quam tristibus esset  
 Irritanda modis : ideo mandata sadocho  
 Blanda sacerdoti de dit , vt mollire retentet  
 Pectora maiorum natu , cur tardius (inquit )  
 Quam reliqui fratres , in regna reducitis ipsum ?  
 Iudei vestrum Regem , vestrumq; Tribulem ?  
 Os vestrum , carnem vestram , seu viscera vestra .  
 Tuq; Nepos , sanguisq; meus Iesseus Amasas  
 Si non posthabito fueris mihi carus Ioba ,  
 Millitic Ductor , terrarum & Rector olympi  
 Hæc faciat mihi , vel passis grauiora rependa ,  
 Hæc mandata dabat , referens quæ cuncta sacerdos

Peltora cunctorum , nec non ipsius Amasa  
Flexit in obsequium Regis ; pulsoq; pudore  
Legatum extemplo misit : qui diceret illi :  
In tua Regna redi Rex inclite , pandimus orbem ,  
Te prestoll emur Dominum , Regemq; preciamur ,  
Seruorum culpis ignosce , reuertere clemens .  
Compositis igitur rebus , pacatus & ipse  
Dauides animos procerum lenibat amaros .  
Nam ferro potius cuperent vltore reuerti .  
Cornua tam Luna pleno simul orbe coibant .  
Iamq; dies prefixa aderat quæ lumine clara  
Aspergens cælum terramq; trabecas amicos .  
Dauidem ad Regem populos : comitatus vt alta  
Mænia Hierusalem concenderet : unde fugatus  
Desertusq; suis sine honore refugerat ante .  
Primus Jordancem totò comitatus Iuda  
Audaci preuectus equo transiuit Amatas  
Maiori studio , deserti Regis vt olim  
Crimen obuimbra : et præcedentemq; leuaret  
Defectus noxam , veniens quæmlætus ab alto .  
Rex complexus equo dedit oscula caro nepoti .  
Quod cernens simili studio speravit & ipse  
Ore procax Semeis veniam , a grauiore reatu .  
Vnde cadens flexis genibus , me paenitet (inquit )  
Rex miserere mei : culpamq; ignosce facienti ,  
Nec meminisse velis , sed clementissime parce .  
Proximus vt Regi spectans hunc lumine toruo

Abbisais

Abbisais : Duxit sperasti cuadere frustra  
Mortem (inquit) Semeis . Christo maledicere Regi .  
Ausus es in faciem nobis præsentibus ? atro  
Puluere & augustam speciem fœdare & maligne  
Quin etiam saxis Regem lapidare volebas ?  
Nunc autem reputas nos delinire precando ?  
Quin morere vt iuste es meritus , luc sanguine culpan .  
Hec ait , & gladium subita succensus ab ira  
Vagina eripuit latus vt transfoderet eius .  
Aut caput inuisum valido decerpceret istu .  
Fecissetq; statim : ni Rex retuisset , & ensem  
Inssisset condi , ac dictis pressisset amaris .  
Sarciadæ semper mihi pro Sathanæ fuitis ,  
Nec cessatis adhuc defungi munere vestro ,  
Quid tentatis adhuc animum corrumpere mitem ?  
Ignoratis enim me hodie Regem esse creatum ?  
Ergone præsenti tam nobis luce serena  
Occidetur homo per me quicunq; sit ille ?  
Infensus fuerit quantumlibet . est mihi promptum .  
Parcere : rinat (ait) Semeis , si paenitet illum .  
Nec minus ille Siba Ionatæ cui prædia prolis  
Res , & aqua domus fuerant commissa regenda .  
Officiosus erat , fugienti sicut & ante .  
Exhibuit iumenta , quibus tum fessa federent  
Corpora : pergratas atq; esurientibus escas .  
Sic modo plura dedit , quibus & veherentur onus .  
Diuersis opibus famuli per aperta fluenta .

subdolus

Bartholomæi Bottæ.

*Subdolus atq; vafer metuens , largitio Regis  
Irrita ne fieret : vacuo quæ obrepserat illi .  
Me miserum vacuos quantum assentatio blanda  
Torquet in obliquum Reges Gnatonis acutis  
Cunctorum extremus trajecto apparuit annis  
Miphiboseth claudus vili subiectus onagro.  
Rex cui Saulus annus Ionathæ spes unica proliis,  
Quem sibi Dauides conuinam asciuerat olim,  
Patris amicitiae non immemor , officiisq;  
Et cui pergratus donauerat omnia quondam  
Saulis aui fuerant quæ ditia prædia Regis.  
Cunctas sibi & famulo commiserat inde regenda .  
Propositum econominumq; domus quem iusserrat esse ,  
Huic tamen insido assentatoriq; ministro  
Rex alias iustus , rectiquoq; censor & aqui ,  
Quæ domino dederat famulo est largitus iniquo.  
Ille tamen gratus , nec prisci oblitus amoris  
Squallidus , illotus , crines & puluere sparsus ,  
Sordidus illuue , barbamq; impexus ab illo  
Manserat vsq; die quo Rex diffugerat vrbe.  
Nunc quoq; claudus , inops , redeunti occurrerat illi .  
Exilarat faciem , reducem gratatur amicum .  
Quem prope despiciens animo Rex vidit amaro .  
Miphiboseth (inquit) fugientem deseruisti  
Cur non venisti nobiscum saulia proles ?  
Me quia despexit famulus meus improbus iste .  
Miphiboseth respondit ei: nam iussus ut agro*

*Sternere*

Daudiados Lib. IX.

182

*Sternere ille mihi iumentum : auersus abiuit  
Imperio domini contempto : teque sequutus  
Fallaci obsequio deliniit: insuper & me  
Incusauit atrox affecti crimine regni.  
Tu tamen es nobis velut angelus altus olympi:  
Iudicio qui vera probas , & inania spernis .  
Interrupit eum Dauides plura volentem  
Dicere: Iam statui , mea stat sententia fixa ,  
Prosequeris longam casso sermone querellam.  
Reddit vos inter diuidite prædia. dixi.  
Omnia quin habeat potius , subiunxit egenus  
Miphiboseth: satis esto mihi tua gratia: postquam  
Cernimus incolumem Regem in tua regna reuerti.  
Nam nec ego patresq; mei quid tale meremur .  
Quin male demeritis vita est pro munere magno  
Nam quis ego vel qualis eram? quod luce serena  
Me prospexit vilem , terraq; iacentem ?  
Mortuus ecce canis reuolutus puluere tetro  
Sum pietate tua magno dignatus honore.  
Gnatus ut assiduus tibi commensalis adessem .  
Dixerat . interea populi venere frequentes  
Ex tribubus reliquis cupientes ducere Regem.  
At circumseptum cernentes vndiq; fratres  
Inter iudeos medium , ut vix visere quirent  
Difficilisq; foret turbis accessus ad ipsum .  
Mox indignari . furere , atq; tumultus oriri .  
Clamabant omnes stipantem aduersus Iudam.*

*Clam*

Bartholomæi Bottæ.

Clam nobis Regem cur suffuratus adistis?  
Fraternasq; tribus socias non vsq; moratus.  
Nonne magis nobis tibi quam Rex pertinet iste?  
Vnde decies numero tè nos superamus adiungo?  
Hsq; subiratis dura respondit Iudas.  
Est mihi proximior Rex, quam tibi sanguine carne,  
Vi pote qui nostræ fuit ortus in vrbe Tribulis.  
Eas fuit vnde mihi cunctos præcedere: quid tum  
Tumquid propterea tulimus data munera nobis?  
Tumquid honoratis præte donaria nobis?  
Rex est pollicitus vestes, an vita; uel esca?  
Quamuerum paradigma fuit. ceu mitigat iram  
Pectore surgentem responsio mollis amici.  
Suscitat accensum sic durus sermo furorvm.  
Israclitas inter tunc extitit unus  
Ambitiosus homo Sybaris Boæcia proles  
Seditione potens, cui rixa, & scismata cordi.  
Semper erant: opportunoq; hic tempore capto  
Arripiens Lituum sonitus dedit ære canoro.  
Dehinc citus exclamat præconis voce tonantis.  
Amplius Israel nil cum Dauide relictum  
Est commune tibi: tibi nil Iessicia proles  
Attinet: in proprias contempte reuertere sedes.  
Hac voce audita conuersum est mobile vulgus.  
In tua tella redi Israel, vox omnibus vna.  
Non tuus Isaides Rex est: solius Iudea.  
Sicq; tribus omnes auerse Rege reliquo.

Ad proprios rediere Lares: & solus Judas  
Est comitatus eum densa stipante caterna;  
Vsq; syoneam donec concenderet arcem,  
Gaudia quis referat Soly morum Rege recepto?  
Occurrunt Regi redeunti in vestibus allis,  
Letitiam interiorem habitu exterioru revelant.  
Hierusalem ingresso resonabant cantica pacis.  
Ducabantq; choros tacitæ per compita matres.  
Formosi iuuenes vna comptæq; puellæ.  
Ludebant pedibus pulsantibus aethera sisfris.  
Per medium incedunt urbem simul agmina iunctæ.  
Deinde Syoneam paucis properatur ad arcem.  
Ante alios omnes inuisit mobile templum.  
Rex supplex, illicq; Deum proclinis adorat.  
Sacra sacerdotes cumulant altaria donis.  
Leuitæ pecudes maculant taurosq; feroceis,  
Ingentes pateras sacrato sanguine plenas.  
Abbiathar princeps, iuxtaq; Sadochus ad aram  
Pro reditu Regis, populi pro labore recenti.  
Effundunt: mituntq; preces, veniamq; reposunt.  
Thure Deum placant sacro Thimiamale iuncto.  
Atq; Dei sedem plena venerantur acerra.  
Cæditur anniculus sic deinde tenerimus agnus.  
Quo sacra complentur, typus atq; figura futuri.  
Omnibus expletis, pacato & numine tandem.  
Rex inter proceros medius contendit ad aulam.  
Atq; ibi scopra capit, solioq; resedit eburno.

Ornatam gemmis : capiti locat inde coronam .  
 Tum memor illius , qui retro cadere fecit  
 Bisquinas tribuum partes inamabile vulgus ,  
 Abbisai ( dixit ) nostras tibi sume cohortes  
 Cum celebris , pheletisq ; simul , totamq ; phalangem ,  
 Atq ; equitum turmas prætoria nostra secutas ,  
 Insequere & Sybarim per compita cuncta loquacem .  
 Cœde luat pœnas affecti crimine regni .  
 Protinus arma cape : exequere hæc mea iussa priusquam  
 Concitet instabiles bella ad ciuilia plebes .  
 Ergone Bochriades plusquam nos Absalon anget ?  
 Hæc ait , ille celer Regis mandata facebit .  
 Imperat inde Duci sapiens prouisor Amasæ ,  
 Ut cito discurrens munita per oppida Iude ,  
 Instructas acies equitum , peditumq ; phalanges  
 Cogat in obsequium Regin , si forte tumulus  
 Exciti propter Sybarim vel ad arma ruendum  
 Instabiles animo plebes fortasse volarint ?  
 Et quoniam nouitas rerum permulceret inanes  
 Nobilium mentes spe libertatis amica .  
 Prouidus iccirco Dauides mandat lobæ ,  
 Ut per amica Ducum circumuolet oppida turmas  
 Ex alijs etiam tribubus legat : vrgat omnes  
 In sua castra priusquam pelliceantur ab hoste .  
 Soluitur his dictis ea concio : Regia iussa  
 Ductores explorare parant : & ad arma recurunt .  
 Rex autem simplici Chamaa Galaditide dextra

Quem

Quem Berselaus genitor commiserat illi .  
 Atq ; ali comites mensæ incubuere parata .  
 Berselaus enim senior secesserat vsque  
 Iordanem , ne cerneret amplius aula .  
 Vndantes motus , vasto vclut squore fluetus .  
 Et noua tantarum fugeret fastidia rerum .  
 Mordacæs Regum curas horrebat amica  
 Optauit senio magis ipse quiete potiri .  
 Nam Regis comitatus iter , dum cedere velles  
 Dauides amplexus eum simul oscula iungens ,  
 Exhortabatur solymam vt conscenderet urbem ,  
 Vitturus secum , blanda fruiturus & aula .  
 Assidua sumpturus & omnia quæque rogasset .  
 Respondit Senior . quid me conaris ineptum  
 Delicüs retinere tuis & cantoribus aures  
 Surdescunt cytharaeq ; sono capularis amici .  
 Non epula suaves , neq ; dulcia vina palato .  
 Iamq ; lacescenti stomacho mihi nulla placere  
 Inceniuia gula possunt . magis illa grauare .  
 Quinpotius rogo te , sine me in mea tebta reuerti .  
 Mollius in patrio condantur vt ossa sepulchro .  
 Est meus Achimaas qui tecum ascendere possit  
 Tignora cara mei , stirpis spes vñica nostræ .  
 Huic facito quæcumq ; mihi conferre parabas .  
 Rex ait Achimaas veniat , tu in pace quiesce .  
 Commensalem igitur Iuuenem decreuit habere .  
 Ac veluti gnatum prope se discumbere fecit .

Post

Post epulas sero dant corpora fessa sopori .  
 Rex tamen hanc longam potuit captare quietem ,  
 A dentes curas transalpæa pericla ciebant .  
 Sed magis angebant populorum ingrata suorum  
 Pectora : quæ tantis olim cumulata per ipsum  
 Offusq; odio Dauidem gratis habebant .  
 Sed neq; quotidie poterant præsentibus ullis  
 Ohsequiis vario lenita quiescere ab astu .  
 Sed neq; bellorum toties percussa flagello  
 Indurata nimis valuere aliquando domari .  
 Nec grauiter corupta modo defectio præsens  
 Castigata fuit tantorum strage virorum .  
 Quic etiam tentant molimina cassa rebelles ,  
 Buchriademq; sequi malunt ( pro Rege ) loquacem ,  
 Pro Dauide sequi sybarim sine nomine malunt .  
 Et pietate virum , atq; omni virtute carentem .  
 Hac meditans strato surgit : psalteria sumit .  
 Que modo vel digitis , vel pecline pulsat ciburno :  
 Ut superctheas dulci modulamine vates  
 Hauriat egregius mixtis & vocibus auras .  
 Contractum mororem animi quibus altior intrans  
 Spiritus extutiat : moneatq; futura canendo .  
 Spiritus hic Domini doctissimus omnia nouit .  
 Omnia latificat mæstissima pectora lenis .  
 Frescius antemonet quæcumq; futura per ævum .  
 Mellifluo cantu motus fidibusq; canoris  
 Spiritus hic velox & voceuocantis amici

Mirifico

Mirifico lapsu summo descendit olymbo :  
 Vatis & ingressus mentem leniuit amaram .  
 Quid mæres ( inquit ) ratum d'alcissime psaltæ ?  
 Quidue noua populorum seditione moueris ?  
 Hic vetus Isacidum mos est ceruicis ahena :  
 Officia ut contra Ductorum murmure certent ,  
 Ingrati obsequijs peruerso corde receptis .  
 Hoc scelus ex phariis didicerunt plebibus olim  
 Murmure linguarum quoties vexatus & ipse .  
 Ductor Hebreorum : quo non mansuetior alter .  
 Niliaci regni caput olim Aegiptia Tannis  
 Testis erit , rubras quæ vidit sanguine ripas .  
 Et mare Erithreum poterit testaric illud .  
 Quando pigebat eos inimica ex gente profectos .  
 Testis & vnda Marath ligni potabilis ita ,  
 Quæ prius acris erat , sed ligno redditæ dulcis .  
 Nec contra solos Mosen Aaronaq; fratres .  
 Murmura surgebant : linguis petulantibus ipsi  
 Detraxere Deo deicies . Nec pluribus ita  
 Israëlitarum gens est correcta flagellis .  
 Millia multa virum ceciderunt Mose iubente  
 Pro vituli cultu Synai sub vertice summo .  
 Pro madianitis etiam sunt cœsa puellis  
 Millia multa hominum , qui turpe Beelphegor aræ  
 Idolum posuere sue : & coluere nefandum ,  
 Ab quoties aliti demissa celitus esca  
 Concupiere dapes , quas fert Nilotica tellus ,

Carnes ac scombros , atq; allia , ceps , pepones .  
 Nec cœdens gladius , vel eos compescuit ignis .  
 Sed neq; tumficiens Dipsas , immissus & Aspis  
 Surdus : & omne genus serpentum mortibus asp̄is  
 Perdomuere graues animos & pettora dura .  
 Quid referam ? quoties ardentes murmure multo  
 Expetiere siti puras ex fontibus vndas ?  
 Et nisi iungando petiissent , saxaq; dextris  
 Ductor in Mosen rapuissent : forsan haberet  
 Digna exauditu vel honesta petitio posset .  
 Petra tamen fluxit percussa rebellibus vndas .  
 Vndas petra dedit concussa , & flaminis instar .  
 Vorticibus rapidis per deuia tramite longo  
 Castra sequebatur sitientum tempore multo .  
 Nonne cothurnices arreptas flamme venti  
 Nobilium Regum , mensis vulgaribus escas .  
 Apposui ? nec solius conuinia noltis ,  
 Mensé sed integrō supra sexcenta virorum  
 Millia cum pueris & matribus ortigometra  
 Sunt aliti , donec saturis in tedia versa est .  
 His tamen obsequiis numquid mollita fuere  
 Corda ducentorum procerum cum plebe secuta ?  
 Ne molirentur de sede repellere fratres ?  
 Schismatis autores cum viuos tartarus hauſit ?  
 Tunc etiam extero tolentes igne reforta  
 Thuribula , a domino prorumpens flamma voravit .  
 Omnia quid referam ? simul omnes murmure certo

Exploratorum reditu per inane leuarunt  
 Clamosas iterum , atq; iterum vsq; ad sydera voces .  
 Inq; graui paulopost seditione coacti  
 Ipsum rectorem saxis fidumq; ministrum  
 Arreptis petiere ? & nimea cura resiflat ,  
 Obiectu nubis , superante furore necassent .  
 Cumq; Ducem peterent ægyptum mente reuerti ,  
 Crassata est in eos ultrix sententia certa .  
 Nam perierte omnes , sunt strata caduera passim .  
 Desertis consumpta locis ( duo preter ) Icfum  
 Atq; Caleba duces patria tellure patitos .  
 Impia progenies Samuelem nonne videntem  
 Imperio meritis parto pepulere ? nec illum  
 Insula nostra iuuat , probitasq; innoxia vita ?  
 Sic nunc immemores meritorum mille tuorum ,  
 Te quoq; posthabuere tribus , Regemq; negarunt .  
 Quid nobis ( aiunt ) tecum Iessæia proles ?  
 Ast aderit tempus , quando tua vincula collo  
 Abiecisse suo pigrat : stirpemq; negasse ,  
 Iesseam : atq; alium Nabatæa prole profanum .  
 Constituisse sibi Regem : qui calce perennes  
 Reuictat cultus : tribibus noua fana recondat .  
 Atq; introducat vitulos Idola nefanda .  
 Ut dicant iterum surgentes ludere plebes  
 Post epulas , hi sunt Israëlitica proles  
 Dii , qui te Aegipto eduxere per aquoris vndas .  
 Gentilesq; iterum paulatim sumere ritus .

Assuecant : donec corruptis moribus yna ,  
 In scelus omne ruant proceres cum Rege probani .  
 Tunc procul a terra nostra abiicuntur & ipsi ,  
 Qui gladio hostili poterunt superesse recisis  
 Vrbibus , atq; fame longa obfidence perefris .  
 Non tamen inde tuum paucas excindier omne .  
 Semen ut exosum , patrio sed more flagellis .  
 Admissi luat vt pñas , cedetur : & inde  
 Correptum scapto Dauidis & arce fruetur .  
 Tu modo ne timeas mi dulcis amice tumultus  
 Instantes tribuum clamosa voce citatos :  
 Bochriade autoris solius cœde quiescent .  
 Tunc tibi pacato , ac dulci psalteria plestro  
 Pangenti , veniam rursus lateq; monebo .  
 Que generi ventura tuo , Christumq; docebo :  
 Quem saluatorem paritura est virgula Iesse .  
 His animum dictis leniuit . & aëra scandens  
 Venerat unde redit diuinus spiritus ille .  
 Premissi interea Ductores iussu faceſſunt .  
 Namq; Tribus cunctas iam iam peragrauerat illo  
 Sollicitando patres Iuuenesq; loquacibus ausis :  
 Ut ſpreto Dauide , magis ſe ad regna vocarent .  
 Seditione potens animos vexabat eorum .  
 Fecissetq; aliquid turbata pace : ſed eius  
 Absq; mora Abbisais vestigia torta legebat .  
 Ingentiq; manu collecta ſeuus Iobas  
 Ponē ſequebatur fratrem non paſſibus aquis ,

Indignans

Indignans , ſocium q; Amasan tempore belli .  
 Aſciuifſet ei Dauides : turgidus ergo  
 Expettabat eum : quem demum feruidus aſu  
 Vi ſuit intuitus venientem , protinus illum  
 Aggreditur blandis , fallaciq; ore ſalutat .  
 Frauer ( ait ) ſalut : dillipsumq; arripit enſem .  
 Ac per vtrumq; latus celeri tranſue berat illu .  
 Labitur infælix indigna cœde peremptus .  
 Illum irriſerunt tanta impietatis amici .  
 Ecce iaces ( aiunt ) qui collega eſſe putasti .  
 Ductoris magni , Regis comes , atq; propinquus ?  
 Verū nō reliquis mora praterentibus eſſet ,  
 ( Namq; vi e medio princeps reuolutus Amatas  
 Puluere in immundo proprioq; cruore madebat .  
 Deniq; ſiſtebant aliqui , caſumq; dolebant )  
 At ſtulit , e , medio quidam , gelidoq; locauit  
 Membra ſuper ſaxo celſi Gabdonis ad ima .  
 Tranſit ergo ſequens populus ſoliuſ Iobae  
 Signa Duciſ , fratrisq; eius velut ante ſolebat .  
 Praecurrens autem sybaris tranſfugeraſt vſq;  
 Bethmaca : munitam doſtamq; tenebat Abellam .  
 Militia princeps igitur ſua caſtra locauit  
 Inter vtrumq; locum , ne mutua ferre valerent  
 Auxilia vlla ſibi , ſed clauſa hinc inde vacarent .  
 At ciues trepidare metu , crudelia facta  
 Principis illius memorantes : cœde recenti  
 Quippe madebat adhuc tantifera dextra propinquus :

A a 3

Quiq; suis minime post fræderæ pastæ pepercit ;  
 Quo pasto externis , a , Rege rebellibus vñquam  
 Ignoscet ? nec enim satiarari sanguine posset .  
 Nulla salus viatis : restat suprema morari  
 Excidi , ac proprio resolutos sanguine mergi .  
 Sed mulier sapiens , docta fuit vrbe reperta ,  
 Quæ misericordia potuit tam durum auertere casum ,  
 Eloquio dulci pœnitus mollire ferocis .  
 Principis hæc vulnus : muros condescenderat ergo ,  
 Accitumq; Duxem sic est affarier orsa .  
 Militiæ nostri Regis Dux inclyte quæso .  
 Supplicis ancille dignare attendere verbis :  
 Quæ tibi grande dècus ; nobis paritura salutem ;  
 Quid tibi vel Regi deuota admisit Abella ?  
 Quæ nunquam census , neq; iussa tributa negavit ?  
 Nonne parens studii ? num vatum mater Abella ?  
 Quiq; rogare volunt , paradigmate nonne vetusto ?  
 Dicitur , vt veterem veniant , veniant in Abellam .  
 Quam dubii responſa petunt : referuntq; petentes .  
 Eur sortem domini , quam custodire , tueri  
 His armis debes , conaris perdere tutor  
 Infælix ? aderit tempus rationis agenda .  
 Absit ( ait ductor ) mens hæc , animusq; malignus .  
 Non ego contendô nostros disperdere ciues :  
 Pro quibus arma gerò solers , gessiq; tuendis .  
 Non ita res agitur : Sybarim sed persequor vnum .  
 Bochriaden , peruersum hominem , qui voce rebelli .  
 sollicitat

sollicitat plebes Regi secedere nostro .  
 Ut luat emeritas ex hausto sanguine pœnas ,  
 Solus Is. in manibus nostris tradatur : ab vrbe  
 Castra moquebuntur confestim , & abibimus omnes .  
 Sustinas ( pates inquit ) paulisper & illud  
 Infandum caput ex muris iactabitur istis .  
 Tunc abiit , ciuesq; vocat , simul atq; vocatis  
 Sic ait . O miseri ciues , quibus inminet vrbis .  
 Supremum excidium : nec cura admittitur vlla ,  
 Posit ut auerti & nostris sermonibus ergo  
 Attentos adhibete animos & monitusq; salubres  
 Percipite antiqua matris , & condite menti .  
 Quid vobis Sybaris malus hospes contulit vñquam .  
 Bochriades ? aut quid forsan speciatis ab illo ?  
 Ut tollatis eum magno Danide religio ?  
 Qui nos finitimo dudum saluanit ab hoste ,  
 Qui nos seruitio pressos bellando redemit ,  
 Per quem tutati iam libertate potimus ,  
 Per quem vitales iam dudum carpinus auras .  
 Qui nos incolumes tam læta pace tenebat .  
 Dum fuimus fidi , dum non admissimus hostem .  
 Hostis enim dubio procul est quicunque saluti  
 Inuidet huic nostre , certam parat atq; ruinam .  
 Tollite de medio pestem hanc contagia vestri .  
 Infandum caput hoc scelerato abscondite trinco .  
 Quod procul , e , muris cauti demittite vestris .  
 Illud enim solum princeps exquirit Iob as .

Bartholomæi Bottæ.

His moti cives sybarim rapiuntq; necantq;  
Et caput anulsum spora de mænibus altis  
Principis ante pedes demicxitur : inde cadaver  
Suspensum pedibus summa de turre pependit.  
Solutur obsidio turmis abeuntibus inde.  
Exultant cives : Felix iacetatur Abella.  
Panduntur portæ , innat ire , relicta videre  
Munia castrorum , vestigia fixa per herbas.  
Illic Abbatis tentoria lata patebant.  
Estiterant illic pratoria celsa minacis.  
Principis , horrendiq; Ducis , quem pulsæ pauebant.  
Pectora adhuc hominum , nimia formidine diri.  
Nominis , ac dextre tantorum sanguine plene.

Libri IX. Finis.

189

10. AVGUSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In decimum Dauidiados argumentum.

Monosticon X. Libri.

Agnoscit decimo venturæ tempora prolis.

ARGUMENTVM.

Post palmam in signem , & libamina redditâ diuis.  
Spiritus e. cælo regi ventura nepotum  
Fata canit : condet Salomon memorabile templum  
Virtutum ante alios titulis sapientior omnes.  
Huius ab interitu regnum scindetur autum.  
Hic binos reget : ille decem populosq; tribusq;  
Negletoq; Dei culu simulacra deorum  
Falsa colent , templum externo spoliabitur Hoste,  
Dehinc varii casus regni expanduntur Iudea.  
Optata demum Dauides pace quiescit.

**S A R T E R O L O M A E I**

**C H R O N I C A E .**

**Dauidiados. Liber X.**

**C**andidus intercargrati excepereat vibra  
Heroas reduces palma sinc sanguine parta  
Dauides : meritoq; sacros indixit honores :  
Conueniunt populi , iuuenes , matresq; patresq;  
Ante tabernaculum , priisci quoq; fæderis arcam.  
Ecce sacerdotes induiti vestibus albis  
Baltheolis lumbos cincti , capita alta tiaris  
Astabant , pateras manibus phialasq; tenebant .  
In medio Abbiathar princeps , secumq; Sadochus  
Sustentans dextra sacrata veste granatum .  
Porticibus vacuis lauite mille ministri  
Instrulti cultris armenta gregesq; trahabant ,  
Quæ ingulo doctis flamen mactaret aperto .  
Sanguineq; imbucret sumantia cymbia sacro  
Quem sancta ingrediens sanctorum offerret ad aram  
Gemmata ornatus pôderi protostamen ubique  
Aurea liniret digitis duo cornua testi  
Altaris reliquum sulco versaret in imo  
Pro culpis populi veniam pacemq; petendo .  
Lauite interea rapiebant tergora costis ,  
Ut tostæ implerent lances sumantibus efcis .

Elixæ

**Dauidiados Lib. X.**

**190**

Elixæ partim variis coquerentur abanis .  
Sic dapibus populi , sacris iam rite peractis ,  
Leti accinguntur , coniuia festa frequentant .  
Nox erat , & terris animalia somnus habebat .  
Cum fesso Regi media iam nocte peracta  
Per dulcem somnum reparatis artubus , inde  
In tennes sopor ille leuis differtur auras .  
Corripit , et stratis corpus : psalteria sumit .  
Quæ leuibus digitis , & peccine pulsat eburno .  
Plectra manu quindoq; mouet : quandoq; morando  
Ore canit psalmos vates , modulatur & hymnos .  
Spiritus alius adest summo delapsus olymbo ,  
Leniter ingreditur cari præcordia yatis .  
Pectus alit , mentemq; fonet , docet atq; futura .  
Tu mihi Dauides boni serue , fideli's amice ,  
Obsequium præstare paras memorabile in æcum .  
Condere marmoreum deuoto peccore templum :  
Ut stabili tuear quodammodo sedc propinquus  
Te , Regnumq; tuum presenti numine firmem .  
Utq; Hierosolymis longo præpollet suo  
Stirps tua : qua demum mihi germinet inclita proles  
Imperium late propagatura per orbem .  
Hoc desiderium , tuaq; hec meditatio sancta  
Ut tibi iam retulit Nathan ex nomine nostro  
Grata mihi est , (fatcor) sed quam mibi deniq; sedem .  
Est facturis homo & repleo qui numine cælum .  
Atq; tribus digitis totum dimetior orbem ?

Basilicam

Bartholomæi Bottæ.

Basilicam concedo tamen mihi condier vrbe,  
Ut populus nostro sub cultu degere possit.  
Nec refluat rursus vanorum ad templa deorum.  
Non tu Bellator pollutus sanguine multo,  
Sed tua progenies Salomon Nathani alumnus.  
Templa mihi condet pacatis vndiq; rebus.  
Sit fatis ad sumptus auri argentiq; talenta.  
Congressisse ubi thesauris plorata nostris.  
A Eris & immensi magnam sine pondere molem.  
In rostro genitor nato describere figuram  
Templi huius superet q; & omnia templo per orbem  
Condita nunc, olim, seu quandocunq; futura.  
M veries templi solidi de marmore tota  
Intus & ex eritus dolabitur arte fabrili.  
Eius erit stabilis firmissima forma quadrata.  
Monte super Moria celsi, se regione syonis,  
Nunc ubi tritura locus est, atq; area messis.  
A Equa Iebusæ, redimes quam fænore multo  
Cum cernes gladium populi de cede madentem.  
Alta ibi precipias ut fundamenta locentur,  
Sexaginta intus cubitos porresta tenebit  
Linea, bis denos transuersa, sed alta tricenos.  
Viginti cubitos capient oracula sacra  
Separerat hæc medius paries a corpore templi.  
Intus ubi Cherubin expandent desuper alas.  
Sustineantq; thronum palmis hinc inde levatis.  
Aurea sit sedes mea, qua responsa dabuntur.

sub

Dauidiados Lib. X.

191

Sub pedibus prisci sacratam fæderis arcam,  
Qual ex seruatur, virga, & data cælius esca.  
Cedrus odorata interius templum ambiat vnde.  
Et solida fiant Laquearia summa cupresso.  
Artificumq; manu diductum effulgeat aurum.  
Lamina bracteolis concisa, affixaq; clavis.  
Sic sapienter eat, tabulas vi contegat omnes.  
Nec calaturas minuat, sed vestiat illis.  
Aurea promineat, que stipite surget ab imo  
Cortice rugoso sinuosa annosaq; vitis:  
Angulus excipiat tractam compagine in ipsa  
Vnus quisq; suam, donec concenterit vsq;  
Pari: tis ad medium, tunc brachia rite reflexa  
Tendantur longæ lataq; hinc inde trahantur  
Quonis instar zonæ templum cingatur ubiq;,  
Palmitibus flexis in se sursum atq; deorsum,  
Exhiberans foliis ostentet pampinus ruras,  
Hinc platanus, foliis & olin virentibus illinc  
Sustineant vitem ceu fulcra bidentia ramis.  
A Equatis spaciis exurgens palma rubetis  
Tollat in immensum densos super ardua ramos,  
Exuperet vitem digitis pulcherrima rubris,  
Ostentet spatulas spacio quam deinde reliquo  
Plurima nux Iuglans albo cum flore sequatur.  
Cumq; suis arbor granatis punica malis.  
Marmoris omne selum buxo sit, & abiete stratum,  
Quod tamen affixo rotum resplendeat auro.

Bartholomæi Bottæ.

Accipiat bisores oleæ debinc ianua valvas.  
Calataeq; intus palmae , variæq; figuræ.  
Vestibulum exterius vacuis hinc inde locetur  
Porticibus . pateant quibus atria quadra reflexio.  
In medio , sub diuo altare struatur ab anum.  
Interius vacuum , crates super ærea fixa.  
Victimæ rbi pingues , holocaustaq; tota clementur.  
Leuigena hinc prunæ ardentes afferat intro.  
Thuribulus clausas thymiamate suavis odoris  
Desuper effuso , auratam quo suffiat aram.  
Vestibus induitus sacris de more sacerdos  
Bis sex propositos parnes clibanioq; recentes  
Auræ mensa gerat , super his & mascula thura.  
Cumq; suis niteant intus bisquinq; lucernis  
Hinc inde ex auro duo candelabra locata.  
Perpetuum his oleo Lumen foueatür in ænum.  
Vtq; sacerdotum sit oblatio munda meorum ,  
Fusile grande foris solium maris instar habebunt.  
Mille Batos capiat ; quo baptizentur in ades  
Mox ingressuri , sacrata per hostia mundas.  
Bisquinæ peluas etiam fundantur ab ænae.  
Hostia casæ quibus detracta pelle Lauetur,  
Quæ super altari ponatur , & igne cremetur.  
Sint etiam plures operoso ex are Lebetes ,  
Quæ reliquæ carnes posito elixentur ab igni.  
Vnde sacris epulis populus vescatur in ænum.  
Deniq; diuinis rebus sic rite peractis,

Interioris

Dæuidiados Lib. X.

192

Interioris erunt cultus vasa aurea cuncta  
Crateres , phylæ , nec non & cymbia , Lances ,  
Thuribula ; & ciati , mortaria , thuris acerræ .  
Exterioris erunt ex are sed omnia fulvo  
Vasa ministerii , caldaria siue Lebetes .  
Atriaq; exornent fortes hinc inde columnæ  
Vni forte Booz ; alii sit nomen Hiachun .  
Ere corinthiaco fusæ cum basibus æneis .  
Ereca sint etiam super Epistellia : fundet  
Que pater argilla Iordanis Tyrius Hiras ;  
Ille Metallorum faber Illustrissimus vñus .  
Ingentem hanc fabricam septem (faxo) explicat annis .  
Filius iste tuus Salomon Nathaniæ alumnus .  
Cui vivens scæptrum dabis , in solioq; Locabis .  
Quem mihi delegi in natum : sapientia cuius  
A Eternum fiet toti notissima mundo .  
Gloria , diuitiae , præclara potentia , nomen ,  
Famaq; per varias curret celeberrima gentes .  
Finibus a cunctis venient hunc visere Reges ,  
Munera cui præconi prietendent poplite flexo .  
Præcipue prudens virgo Regina sabæa  
Docta sybilla quidem Salomonem anigmate tentans .  
Omnia sed soluet multo sapientior ipse .  
Fælix ille diu , tua si vestigia semper  
Seruarit , nec se retrorsum auerterit umquam .  
Nec senior factus declinet tramite recto ,  
Famineus mentem si forte inuaserit ardor .

Filius

Filius huic Roboam , cui turgida pectora fastu;  
 Consilia (ab fastu) veterum qui sana relinquet,  
 Vnde relinquetur populis pre seismate multis;  
 Qui sibi Hieroboam Nabathæum asciscere Regem  
 Audebunt : cultus nostros qui calce repellent.  
 Ac si bissenas in partes veste recisa  
 Bisquinasq; sibi tollat Nabathæus heros ,  
 Immeritoq; duas reliquias superesse nepoti  
 Te propter faciam , tua ne michi cara Lucerna  
 Tam propere extingui videatur : nec tamen ille  
 Gratus erit nobis suscepso munere tanto .  
 Nec seruare diu poterit mea iussa : sed infra  
 Tres annos , metuens ad Iudam posse relabi  
 Instabilem populum , si nostra ad sacra quotannis  
 Temporibus statim solymam sineretur adire:  
 Bis geminos statuet vitulos , in finibus unum  
 Extremis regni , medianam prope Danis ad urbem .  
 Vrbs infensa mibi ? steterant vbi tempore multo  
 Rapta idola Micho , Teraphin mentitus & Ephod .  
 Alterum in ade mea sacrataq; vrbe Bethellis ,  
 Semisopitus vbi vidit miranda Iacobus ,  
 Scindentes scalam descendentesq; ministros .  
 Non tamen euadet , meritas dabit impia penas  
 Stirps Nabathæa mibi , penitusq; excisa iacebit .  
 Cum nostra dudum fuerit patientia abusa .  
 Degener at patri Roboam stultissimus unus  
 Colligit incassum populos peditumq; trecenta

Millia

Millia . vt imperium redimat violenter auitum ;  
 Cum tamen hac nostro nutu cognouerit alta .  
 Cautior effectus ciuilia bella relinquet .  
 Et contentus erit tribubus regnare duabus .  
 Hie statuet multas vrbes , & muniet armis .  
 Acceptis profugis solymam refluentibus vltro .  
 Omnibus ex tribubus colerent ne idola subacti .  
 His tamen officiis male gratus & ad mea surdus  
 Munera , cum populo mihi dorsum vertet & ipse ,  
 Magnatesq; sui , sed terga auersa flagello  
 Mox quatram duro : nam Rex & Egipcius armis  
 Sesacus instrutus Iudea per oppida viator  
 Concedet Solymam nihil ausam fœdera contra ,  
 Quin etiam turpi Roboam formidine captus ,  
 Rex vrbe excipiet viatorem : & in arce locabit .  
 Ad quacunq; volet palmas extendet aduncas :  
 Nec templo parcer : sed & aurea scuta leuabit ,  
 Qua pater intulerat ditissimus omnium unus .  
 Pro quibus exhaustus Roboam arca scuta reponet .  
 Filius huic Abias speciem pietatis auita  
 Principio regni præ se feret : vnde fauorem  
 Promeritus nostrum sumptis erit acer in armis .  
 Castigare tribus alias audebit , in ipso  
 Conflictu belli eloquio nec parcer amaro .  
 Hieroboæ insidiis sed circumquaq; reclusus  
 Ut pius extendet iunctas ad sydera palmas ,  
 Continuo præsens adero , tonitraq; ciebo .

Bb

Quo sanitu Israël abterritus omnis albit.  
 Aueros Abias gladio infectabitur hostes.  
 Sanguine inundabunt fossæ, campiq; madebunt.  
 Hieroboam vtterius tam grandi clade recepta  
 Nequaquam fines tentare audebit Iudeæ.  
 Præluctu, & moriens sinet illos pace potiri.  
 Sed tamen hanc pacem asperget formidine multa.  
 A Ethiopum Zaras Rex iastantissimus unus.  
 Millia & decies centena exercitus eius.  
 Et secum traheret tercentum mille quadrigas.  
 Quingentis occurret eis cum millibus heros,  
 Te referens pietate, & religione decorus,  
 Defuncto patri postquam successerit Asas.  
 Cui deus unus erit fiducia: cumq; rogarit  
 Sentict auxilium presens: ex territus hostis.  
 Terga dabit fugiens, quos opprimet vrbe mares.  
 Adueniens viator Sephoræ sub vallibus inquis.  
 Cæsorum exuuiis fiet ditissimus Asas.  
 Thesauros olim amissos in templo reponet.  
 Vate dei monitus renouabit fædera prisca  
 Cum populo atq; Deo sub cultu legis autæ.  
 Pace tamen longa, nimio feruore soluto  
 Paulatim ex animo tanta hæc fiducia cedet.  
 Namq; videns in se Basan consurgere Regem.  
 Collectis tribuum turmis tentare parantem  
 A Edificando Rhamam si claudere posset Iudam.  
 Ne valeat patrii fines excedere regni.

Territus

Territus hinc nimium Syriæ subsidia poscit.  
 Auxilii oblitus nostri in maiore periclo.  
 Inde graues longo persoluet tempore pœnas.  
 Namq; dolore pedum deinceps vexabitur acri.  
 Donec deficiat meliori regna relinquens.  
 Inclytus hunc sequitur tua per pulcherrima proles  
 Iosaphat assumptis etiam fortissimus armis.  
 Illi semper erunt propœ millia mille virorum  
 Sub Ducibus claris & ad horrida bella paratis.  
 Nec pietate minor, vel religione secundus.  
 Vi Rex edito figet diualia iussu.  
 Doctor ut, eloquio Domini præcepta monebit  
 Seruari in populis: quin exhortabitur ipsos  
 Leuigenas, ut eant circum oppida cuncta, per vrbes  
 Iusticias Domini, Mosi quoq; scita docendo.  
 Atq; sacerdotes discurrere ubiq; iubebit,  
 Ne careant plebes docto: ibus atq; magistris.  
 Iudiciumq; Dei statuet prætoribus ipsis,  
 Iusticiam præ oculis habeant, non munera caca.  
 Respiciant: sit personarum acceptio nulla.  
 Quam felix foret hic vir: terq; quaterq; beatus,  
 Regis amicicias si deuitaret iniqui.  
 Regis Achab natam gnato iuncturus Ioræ.  
 Sic longa sic pace frui se posse putabit.  
 Israelis enim Rex impurissimus ille  
 Izabellis Achab dira impietate grauatus  
 Non solum vaccas Bethauen Nabathæia sculptæ

Exculturus erit : verum & vaga sydera cœli,  
 Excolet , Astarotenq; , Beelphegor , atq; Baalem .  
 Sydoniumq; chamos , dirumq; Moloch per ignem .  
 Omnibus iis lucos media plantabit in vrbe .  
 Inq; suis phanis simulacra reponet eorum .  
 Iisq; sacerdotes statuet , quibus impia sacra  
 Ritibus obsecenis mos est seruare , petulcos  
 Allicere & populos , vt religione auitæ  
 Post habito cultu diuosq; deasq; sequantur  
 Ut reliqua gentes : quarum florentia regna .  
 Lauigenas verò obstantes , nostrosq; prophetas  
 Mille dabit Læto , ferro truculentus & igni .  
 Tesbeus vates nostri Zelator honoris .  
 Maximus euadet cœlum clausurus Helias ,  
 Ne pluat ingratis , campi vel iore madescant .  
 Ut dillatai ( quos pleno copia cornu  
 Calcitrare facit ) resipiscant protinus omnes  
 Adueniente fame : cum pingues tabida lumbos  
 Siccarit macies , atq; extenuauerit artus .  
 Cumq; sitis fessas obstrinxerit arida fauces .  
 Tunc monitis locus est , tunc acceptabile tempus .  
 Quod resipisci cum ruderii acer Helias ,  
 Se se sponte feret : Regem incusavit iniq;um .  
 Et coget populos carmeli vertice montis .  
 Obiurgabit eos cur torto limite claudi ?  
 Gressibus obliquis cœlestia iussa sequantur ?  
 Si Deus est Dominus cœli terraq; marisq;

Quem prisci coluere patres , sancti q; prophetæ ,  
 mente colant solum hunc pura hanc reverentur  
 Vni huic sacra ferant , cantent huic hunc & adorent .  
 Quid si forte Baal Deus est , Deus ipse colatur .  
 Mille sacerdotes lucorum hic , at ; Baallis .  
 Ferre bouem : ( dicet ) stratis altaribus artus  
 Imponant primi , componant ligna , nec ignem  
 Subiiciant , flammas summo sed ab aethere poscant .  
 Quas si forte Baal dederit . Deus ipse colatur .  
 Sin autem , auersas ad me convertite mentes ,  
 Sacra Deo patrio faciam , quæ aspergine multa  
 Infundam ardentes flammas & ab aethere solus  
 Eliciam : quæ sacra vorent , altariaq; ipsa .  
 Tunc conclamabunt omnes : bene fatur Helias .  
 Cumq; Baal minime poterit sua lambere sacra  
 Cœlitus extemplo descendens flamma vorabit  
 Sacra Dei patrii , redigetq; in puluere saxa .  
 Tuncq; sacerdotes falsos occidet Helias .  
 Ne solito populus valcat deludier astu .  
 E cœlo largi mox effundentur & imbre :  
 Suscipiens quos terra ferax data semina reddet  
 Fœnore multiplici , pinguiscent omnia lœta .  
 At regina graui commota furore suorum  
 Cœde sacerdotum , mortem intentabit Helia ,  
 Qui metuens indigna pati , peragrabit Iudam  
 Accola deserti mortem quoq; posset ab alto .  
 Pertesum q; erit vita tam tristis ubique ,

Iuniperi fessus dum semisopitus in umbra  
 Exiguam captans requiem pro tempore , voces  
 Audierat angelicas bortantes sumat ut escam .  
 Sub cinere excoctum panem , quo pestore robur  
 Sit firmum , sedetq; sicut de fonte perenni ,  
 Bis monitus surget exlesti pane refectus .  
 Dehinc proficisci retur loca per deserta viator  
 Fortis & accinatas lunibus quadragiata diebus  
 Noctibus & totidem nunquam ieiunia soluet .  
 Donec ad excelsum synuji peruenerit oreb .  
 Lenis ubi mœstum tenui delapsa susurro .  
 Dans monitus , ignota docens , solabitur aura .  
 In patriam rediens Heliœum soluet arato .  
 Parte superiecta palii : qui patre relisto ,  
 Atq; valefaciens cunctis vestigia sancti  
 Sponte secururus , donec requiescat ab alto  
 Spiritus illius duplex cum viderit ipsum  
 Per conuexa poli curru ducente leuari .  
 Fidus erit vates , mirandaq; signa patrabit .  
 Sister aquas istu palii Iordanis ( ut ille ,  
 Caluiciemq; suam ridentes destinat vrisis .  
 Atq; feris aliis lacerandos , sicut Helias .  
 Eis quinquagenos caeli dedit igne vorandos .  
 Panibus & paucis centum saturare prophetas .  
 Præcipiet : saturis multum superabit & inde .  
 Hydria cen iussu numquam defecit Heliae .  
 Qua seruabatur puluisculus ille farinæ .

sed

Sed neq; pingue oleum tenui manare lechito .  
 Deslitit ambo bus . viduam miseratus vterque .  
 Testis Iordanis , curataq; lepra Naaman .  
 Defunctorum animas renocabit vterque , parentum  
 Deni fuis lachrymis : eti. iiii post fata sepulto  
 Contactu solo vitam dabit alter eorum .  
 Mortiferam sanabit olus , sale sparget & vndas .  
 Hinc steriles agris iacent vngine pingues .  
 Quanta erit impietas illius Regis Achabi ?  
 Quem non mirandus compescuit ore propcta .  
 Officiis militia meis nec peccora dura .  
 Traxita num cælo duplex victoria flet et  
 Aduersus Syrios Benadabo Rege coactos ?  
 Quod me monticolam solum non valle potentem  
 Arbitrabuntur : me ostendam cunctipotentem .  
 Metamen ingratus spernet : simulacra deorum  
 Vana colet : cœdi iustumq; Nabuha iubebit .  
 Vinea ut illius gratis potiatur inempta .  
 Inger amicicias scelerato losaphat isti .  
 Vnde geret bella infælicia cumq; pericolo .  
 Ipse sui capit is , quasi non memor esset eorum .  
 Que contra ethiopas nostro munimine frcus  
 Gesserat ante pater , cum millia milie trahentem  
 Strauerit ingentem Zaram cum milite paucis .  
 Hic tamen increpitus ( faxo ) emendabitur : & me  
 Tacatum inueniet , protectoremq; salutis .  
 Cumq; orientales populi Lothæia proles

Bartholomaei Bottae.

Acciti auxilio Nabatheam tenentibus arua  
Improuisi aderunt longa iam pace solutis  
Vrbibus : ut rapiant illas , populentur & arua .  
Ecce repentina aduentu percussus tudas  
Aspergens cinerem , & ciliicio induitus amictus  
Vota precesq; dabit , lachrymas quoq; fluminis instar  
Quies ego deuictus per ratem oracula resoluam  
Spondebo auxilium , subiuam & sine sanguine palmarum  
Namq; Aminone sati propria cum fratribus ira  
Versus Idumeos hostili p. vitiusarma  
Conuertent in eos tumidi n il tale cauentes :  
Inq; vicem demum rabido correpta furore  
Pectora , conuertent tela omnia : seq; repente  
Confident : ac se se crassabunt in ipsos .  
Degener inde toram sancto genitore creatus  
Vxoris potius mores imitabitur aspros ,  
Fratribus excisis , primis quoq; gentis Inde .  
Ad sanam mentem nec eum renocabit Helia  
Ex alio procul orbe minantis epistola missa ,  
Quo translatus erit super aera ab alite curru .  
Vnde nec immeritas recto luet ordine panas .  
Namq; meo auxilio exutus cum cede suorum  
Ille palestinis , Arabumq; latronibus agri  
Quasitis opibus , multo & spoliabitur auro .  
Sauius inde diu cruciabitur vlcere fædo .  
Intus & exesus vitalia mittet ab ano .  
Huic quoq; succedet scelerum simul impius heres  
Junget

Dauidiados Lib. X.

197

Junger amicicias pariter cum Rege nefando .  
Quæsibi constabunt magno : nam pectus anhelum .  
Rex nouus , e , curru calamo transfiget acuto .  
Regis debinc proles fontem cœdenter ad unum  
Quinquaginta viri fratres spes tria nepotum .  
Qua strage auditu nimio perculta furore  
Seua parens reliquos tollit sua viscera natos ,  
Regis ut extinguat crudelis Athalia semen .  
Femina quæ populo multos dominabitur annos .  
Sed tua ( ne timeas ) penitus succisa propago  
Non erit : infantem Helisabæ clam substrahet unum .  
De necre , cara soror magni dulcissima coniunx  
Pontificis : templo quem sedula nutrjet alto .  
Eductum hunc proceres puerum regnare iubebunt ,  
Inq; tuo statuent solio tua sceptrâ regentem .  
Impia nequicquam clamans maestabitur illa ,  
Yngula multorum quam dilaniabit equorum :  
Semen ut illius matris cognoveris esse .  
Quam nouus , e , specula Rex iusserat vltor ab alta  
Præcipitem mitti , canibusq; repente vorari .  
Impia quod simulachra noua introduxit vrbe ,  
Sustulerit cultum nostrum , nostrosq; profetas ,  
Quod iustum iniusta maestarat cœde Nabuthen ,  
Quod magnum procul , e , regione fugavit Heliam .  
At puer ille tuus solio insignitus aucto  
Pontificis sancti suasu , procerumq; bonorum  
Vsus consilio , cultum reparabit in vrbe .

Qu

Bartholomæi Bottæ.

Qui prope desertus fuerat , templamq; nouabit .  
Diorte obita vero , cura senioris amici  
Deserius , nimium ac gaudens popularibus auris ,  
Gnatonum illecebris nostrum sibi posset honorem .  
Atq; Idola colet , simulacraq; vana deorum .  
Sed neq; correptus respicere voce sobrini  
Atq; sacerdotis magni curabit amica .  
Insuper & steleri granius scelus impius addet .  
Namq; meum vatem lapidari recta monentem  
Pontificem & magnum rabida ferus ore inhebit .  
Satrilegis manibus templi penetralibus ipsis .  
Trob dolor , ante altare caderet eu ristima cæsus .  
Hec aget ingratus , patris immemor , atq; sororis  
Officiis , quoru.n vita regnoq; potitus .  
Pro meritis igitur paenas luet : inq; Syrorum  
Corruer ille manus fœda laetatur & ora ,  
Iiris famulis lecto perimetitur in ipso .  
Post hunc Amasis regnabit filius eius .  
Principio iustus paridas tollet , eorum  
Gnatis ignoscet : nec enim pro crimine patruus .  
Hi debent plectri : sua culpa cuiq; nocebit .  
Hic in Idumeos accinctus milite multo .  
Acciuis etiam secum pugnacibus armis  
Israëlitarum vtricia bella mouebit .  
Sed monitu nostro auxiliaria castra remittet .  
Vnde salinarum in vallem bisquina necabit  
Millia deinceps totidem per saxa abrupta iubebit

Præcipitesq;

Dauidiados Lib. X.

198

Præcipitesq; dari , summaq; crepidine rumpi .  
Hic etiam ingratus fiet : nam turgida fasu  
Pectora desituent me me , simulacra deorum .  
Gentis Idumeæ qua capta fuere , colendo .  
Quæ saluare suos , neq; se potuere colentur ?  
Sed neq; correptus respicet ab ore prophetæ .  
Quin à se nostrum vatem minitando repellet .  
Cumq; supra vires etiam se posse putarit ,  
Carduus & cedrum Libani tentabit ad arma ,  
Praterente fera sed conculcabitur ante ,  
Captus & irrisus perfractis mænibus verbis ,  
Diffugietq; Lachis : vbi mox interficietur .  
Defunctum referent tamén : vt tumuletur in urbe .  
Non respondebunt ( vt dicitur ) ultima primis .  
O quam dissimiles iuuenis coma , cauiciesq;  
In plenisq; aliis ardens quæcumq; iuuenta  
Lascerit , in melius mutat maturior atas .  
His contra benefacta virum delira senectus  
Perdet . sic sapiens Salomon , fatuusq; deinde .  
Sic erit Ozias etiam florente iuuenta  
Me colet , atq; meas leges seruabit ad vnguem ;  
Propterea secum pergam in cunctisq; fauero .  
In bellis protector ero , & demoliar hostes .  
Hinc magis atq; magis deberet subditus esse :  
Quimodo ercta fiet ceruice rebellis .  
Nam regni sceptro minime contentus eburno  
Præfulis officium volet usurpare superbus .

Ingressus

Ingressus templum veluti prothostamen is esset,  
Thuribulo arrepto sacram thymiamatis arani  
Tentabit suffire, vetantibus vndiq; multis  
Launti generis, retroq; trahentibus illum,  
Nec minus inflabit dextra minitando prophanus,  
Tunc ego de cœlo rugiam, terramq; mvebo,  
Percutiamq; manu f:ontem: respersus alibit.  
Impius hand sceptum nec celsi palatia tanget.  
Sed contentus erit priuatam degere vitam.  
Cui non sufficient sua sic regalia princeps,  
Munia, sed tentat contingere sacra profanus.  
Pellitur his longè, meritoq; arcetur ab illis.  
Filius interea Ioatan versabitur aula:  
Eryx diet causas, iustas moderabitur iras.  
Quæ gesturus erit, meditabitur ante iacentem.  
Defunstumq; patrem: minus atq; grauabitur inde.  
Imperio assuetus, cum rerum mole premetur.  
Defesso tandem langore abeunte parente,  
Suscipiet sceptrum grauis & moderamina regni.  
Nil temere audiabit nostram summifus ad aram.  
Poplitibus flexis accedit, munera supplex.  
Offeret, auxilium a nobis sperabit ab alto.  
Contra Ammonitas bella importuna mouentes.  
Protinus ipse adero præsens, tonitruq; citato.  
Hostibus incuriam terrorēm, animumq; leuabo.  
Sufficiamq; meo populo clam pectore vires.  
Donec sternat eos, & stratos exuat omnes.

Captiuum ducat Regem, proceresq; prehensoris,  
Vnde repente ruens hostiles occupet vrbes.  
Incustodias, ouium cœu septa relicta.  
Tum multabit eis argenti mille talentis,  
De grege mille dabunt pingues cum foetibus agnas.  
Hac pendetur eis indicta tributu quotannis.  
Post bene rebū diu nostri moderamina regni  
Dormitet hic Ioatan, & tu nulis requiescat anitis,  
Cui succedet Achaz Rex impius atq; prophanus.  
& me deficiet populus: cultumq; relinquet.  
Istius hortatu Regis sacra templa vacabunt.  
Non Thymiamam ibi, non pingua tura dabuntur.  
Non holocausta ferent, sed nec mactabitur villa.  
Victima casam ibi, aut fundetur sanguis ad aram.  
Non laudes vlla, non alleluia canetur.  
In portis atrisq; meis argentea nulla.  
Buccina de turri populos ad temple vocabit.  
Non Lyra, non Citharae, nec Barbitos villa sonabit.  
Organa, non hymnos, sed nec psalteria psalmos.  
Sistraq; nec nostras resonabunt timpana laudes.  
Rex Idola colet, simulacraq; vana scelestus.  
Ardentiq; (nephias) semen dabit ipse Molocho.  
His læsus multisq; aliis grauioribus ergo  
Post yatum monita, & post aspera verba prophetæ.  
& populo auertam faciem atq; a Rege profano.  
Mittam in eos Rasim Syria Regemq; phaceæ.  
Qui bellatores omnes ad millia centum

Ore trucidabunt gladii, captiua ducenta  
Millia deducent populatis vrbibus igne.  
Assur in auxilium nequaquam impune vocatus  
Adueniet pugnax, populosq; domabit utrosque,  
Nam quamvis Rasim perimet, subigetq; Damascum,  
Aitamen ingenti & præda spoliabit Iudam.  
Inde palestini campestria proxima tollent  
Oppida: vicinasq; vrbes, munitaq; castra.  
Quin & Idumæus lacerum vastabit Iudam.  
His perfracta malis neq; mens mutabirur eius  
Amplius, ægypti pharaonior ipse tyranno.  
Post plagas, altare meum diuellet ab anum.  
Atq; ibi constituet funestum altare Baallis:  
Vasa mei templi confringet, & hostia claudet.  
Ergo repentina sublatus morte trahetur.  
Ad tenebras Ditis, baratro torquendus inimo.  
Sed neq; Dauidis tumulabitur æde sepulchri.  
Degeneris torst te vita futura ncpotis?  
At consoletur similis tibi, filius eius  
Ezechias, primo qui regnaturus in anno  
Mense Dieq; manu capiet quo sceptra, coronamq;  
Imponet capiti, quæ sunt insignia regni.  
Mox solio surgens primis comitatus amicis  
Ascendet montem Moriam, templumq; reuiset.  
Præcipiet clausas aperiri a cardine valvas,  
Leuitico generi accito, mandabit & ipsis  
Flaminibus mundare solum, lustrarier ædem;

Quisquilia

Quisquilia, sordesq; omnes efferrier inde,  
Proiicerq; foras cedron torrentis in amnem.  
Atria purgari, sacrumq; altare reponi.  
Omnibus his demum lustris tum rite peraitis,  
Diluculo surgens summo Rex templa reuiset.  
Atq; holocausta boum offerri septena iubebit,  
Agnorum totidem, hircorumq; piacula septem.  
Tan pro peccatis populi quam Regis ut essent.  
Thura sabæi de hinc mandabit in igne cremari,  
Donaq; suffici iuncto thymiamate mullo.  
Leta dies cultusq; mei instauratio grata.  
Pragmata quin mittet longè latèq; per vrbes,  
Totius populi Israælis, ut ante ruinam  
Quæ pro deserto cultu patrio imminet illis,  
In sanam mentem redeant. Idolaq; vanæ  
Proiiciant: simulacra manu fabrefacta refringant.  
Atq; cretorem cæli, terræq; marisq;  
Quem coluere patres, recolant, venerentur adorent.  
Inuitabit eos etiam ad paschalia festa.  
Quæ prisco de more patrum celebrare parabit.  
Ante tamen lucos frondosaq; phana sub illis  
Succindet, nec non altis in montibus aras.  
Serpentem Ezechias etiam confringet abenum,  
Quem domini iussu Moses exerat olim,  
Serpentum morsu ut qui vexabantur heremo,  
Intuitu solo pendentis ab arbore abeni  
Huius serpentis mox sanarentur: & esset

Ingenis

Bartholomæi Bottæ.

*Ingens prodigium, mysteria magna futuri.  
Cumq; ideo populus coleret venerabile signum,  
Illi diuinis impararentur honores.  
Ezechias domini zelo succensus ab alto  
Deponet ligno, minuetq; id fusile monstrum,  
In dignum iu facinus poterit fortasse videri.  
At ego, non serpens, populo sum thure colendus.  
Num Deus est serpens? mihi Latria debita soli.  
Propterea Regem me toto corde colentem.  
Suscipiam: incolumen seruabo, tuebor ab hoste.  
Cum Rex Assyrius nosti quandoq; furoris  
Virga potens, populo dum multiplicabo flagella.  
Huic nostro: supplex ut me correctus adoret.  
At ille elatus nostros sibi poscet honores,  
Ascribetq; sibi palmas, quas calitus ipse  
Immerito dedero: quin & blasphemus in altum.  
Solvitur os rabidum, dextramq; leuarit ad astrum  
Latrando inualidum me, se virtute potentem.  
Nec me posse suis urbem defendere telis.  
Vtq; suas urbes, munita vel oppida multi  
Non valuere Dei contra sua tela tucri;  
Tutari nec ego potero mea mania solus.  
Ab sine mente ferox, qui despiciat omnipotentem?  
Me duce vicisti feralia bella gerendo  
Non virtute tua: qua nulla videbitur esse.  
Cum tibi quem cledero subtraxero corde fauorem.  
Ergo Sennacherib rediens a cede Tarachæ*

*A Ethiopum*

Dauidiados Lib. X. 201

*A Ethiopum Regis, quem me Duxit subactum  
Prosternet: tumido mentem super athera fastu  
triget: atq; sibi palmarum prescribet a deceptum:  
Iehinc virtute sua, propriis iactu. Et armis  
subruere hanc urbem, me me ne queunte tueri.  
Tunc ego reiiciam tumidis mea luxina casbris:  
Respiciamq; meum Regem; tutabor & urbem,  
Angelus unde meus gladium vibrabit iu hostes.  
Assyrios, una perimet prope nocte ducenta  
Millia Belligerum, cincesataq; corpora saluis  
Vestibus ac armis reddet: quix pietate meorum  
Esse queant, Assurum perturbatus abibit.  
Agnosceretq; meam virtutem impudicus; ameno  
Nec duare dia poterit: nam & fatus abibit.  
Ne fratis in templo natorum acinace suorum.  
Ante tamen signum dedero totu. orbe tremendum.  
Sole decem gradibus retro cedente per orbem,  
Ingens prodigium, quo portendetur & ipsi  
Ezechie Regi flenti, mortemq; moranti.  
Instauranda salus; iuxta promissa prophetæ.  
Confestim apposito fucus mallagmate molli,  
Iam desperatum, per me sanabatur pleas.  
Tertia lnx aderit, qua Rex curatus ad ultum  
Conscendet templum grates alturas ad aram.  
Ecce oratores procul a Babilone profecti.  
Dona ferent Regi Ezechie; causasq; reposeant  
Portenti illius magni de sole reg: esu.*

Prospere, corda leuant, faciuntq; tumescere Reges ;  
 Nam Rex Ezechias circa se cuncta videndo  
 Prospere, leticia quādam afficitur inani.  
 Vnde ostentabit quacunq; recondita dudum  
 Regibus, a priscis, etiam penetralia sacra,  
 Thesaurosq; suos, veterumq; secreta parentum,  
 Omnia legatis pander Babilone profectis.  
 Inde redargutus, quod & in Babilona ferentur  
 Omnia : migrabit populus, cariq; nepotes.  
 Pectora compunctus resipiscet, & inde prophete  
 Promeritas grates hāud indignatus habebit.  
 Temporibusq; suis veniam pacemq; rogabit :  
 Omnia quæ propter te condonabimus illi.  
 Ergo pace bona, vita fungetur, abunde  
 Dives opum, pecudum, armentorum, quiq; reponet  
 Thesauros multos, urbes, atq; oppida condet.  
 Manibus, extructis solymam firmabit & ipsam.  
 Introducit aquas obstruēto fonte Gyonis.  
 Quacumq; optabit faciet fælicibus ausis.  
 Nam præsens adero : cordi, manibusq; fauere.  
 Defessus tandem multis requiescat ab annis.  
 Et mausoleo super extolleatur in alto.  
 Degener ast illi proles succedet iniqua,  
 Moribus auersus patriis (mirabile dictu)  
 Omnia quæ genitor patrarit, destruet ille.  
 Deditus Idolis cultum reparabit eorum.  
 Militiam cali colet, & delutira deorum.

In nostra statuet templo simulachra Baallis.  
 Sonnia seruabit : fumantia consulet exta.  
 Garritus anium capiet, volucrumq; volatus.  
 Inspicet velut augur inanis, Ethruscus aruspex.  
 Ventiloquas phytonis anus insanus adibit.  
 Multiplicesq; Magos, Diuitios, omniigenasq;  
 Incantatores prestigia vanâ docentes,  
 Nolle dieq; petet : versabitur imor & illos.  
 Nec gnato parcet : sed cum lustrabit in igne.  
 Vatibus, a nostris crebro corruptus, in ipsos  
 Excandescet : eos cædi, perimiq; iubebit.  
 Sicq; p: ophiarum Soly mam ad sumum usq; crux.  
 Implebit nulli parcene : nec auunculus eius.  
 Maximus Esaias ratus euader ab illo.  
 Namq; redargutus scelerum, truculentior actus  
 Inclusum ligno serra resecabit acuta.  
 Defessus tandem expurgiscar, & ante paratum  
 Educam durum Regem, Babilone flagellum.  
 Qui captum abducat, vincitumq; in carcere trudat.  
 Tunc ibi mens obfessa malis resipiscet (abunde  
 Namq; reis intellectum vexatio prestat.  
 Tunc ibi cognoscet me : multiplicesq; reatus  
 Ipse suos nullo cogente fatebitur omnes.  
 Suplex orabit veniam : miserebimur eius :  
 In patriamq; tuo illum restituemus amore.  
 Redditus in patriam mores mutabit anitos.  
 Induet ac patrios : cultumq; Baalis inanem

Destruet, ac Lucos, nec non & phana deorum.  
 Exuct errorcs omnes iam peccatore fano.  
 Meq; colet soluim dominatorem orbis, & cui  
 Lustrato; mibi cedetur victimam templo.  
 Hoc vita funto suuenis dominabitur Amon,  
 Qui patre deterior multo grauiora patrabit.  
 Quod tener Idolis fuerit sacratus in igne.  
 Abiecto cultu nostro, reparabit eorum.  
 Sacra prophanabit nostra: instaurabit eorum.  
 Nec tamen ut genitor, durus mutabitur umquam.  
 Nec methanea fores pulsabit pectoris eius:  
 Ergo mihi Domino & perstet mente rebellis.  
 Ipse etiam faulos sibi sentiet esse rebelles.  
 Solsticiis postquam regnauerit iste duobus,  
 Iurabunt in eum serui, dominumq; necabunt.  
 Vtlio confestim tamen hos condigna sequetur.  
 Namq; trucidabit populus collectus iniquos,  
 Substituetq; patri puerum virtutis auctor.  
 Indolis egregia similem tibi peccatore & ore.  
 Moribus iste grauis, sensu maturior auo.  
 Octavo diadema ferens dominabitur anno.  
 Scaptra roget sapiens, iustus, pius; atq; modestus.  
 Principio regni populum pietate prophanum.  
 Eloquio partim deserta ad sacra reducebit.  
 Terribilisq; minas partim regaliter addet.  
 Templum instaurabit nostrum; fumabit & aram.  
 Atria purgabit, caderet & hostia nobis.

Destruet

Destruet. Astarten & templa prophana Baallis.  
 Succendet lucos Baalim, insanosq; prophetas.  
 Diruet excelsas altis, e, montibus aras.  
 Reliquias populi quem Rex disperserat Assur,  
 Colliget: vtq; migrant, monitis suadebit amicis.  
 Proinhus ex omni tribuum regione videlis.  
 Migrantes Solyman, veluti cum Rege sub uno  
 Terra fuit: quando solemnia festa petebant.  
 Quin etiam librum legis tum forte repertum,  
 In quo nostrarum urbium sunt congregata minarum.  
 Quas & Iosias Rex propagare iubebit.  
 Atq; iis commotus mox nostra dracula poscit.  
 Quae veneranda dabit vates Theucathias Olda.  
 Fixa manere statuta Dei, nec posse reuelli,  
 Et si differri possint regnantis amore.  
 Peccator & supplex pupugisti, dicite Regi,  
 Hac mala ne timeas tu: producentur in annos.  
 Tu prius ad patres ibis, conderis & urna.  
 Territus hinc populum spaciofa per atria templi.  
 Colliget: atq; dies referens instare malorum,  
 Kos inter dominumq; deum, noua fædera funto.  
 Quæsi fregeritis rursum: mala fixa manebunt.  
 Feste, fame, & gladio, flammisq; peribitis omnes.  
 His dictis mecum proceres plebesq; nouabunt.  
 Fædera facta prius, sed ab his persepe soluta.  
 Tunc etiam phasen sanctam celebrare frequentes.  
 Post habita dum dum per tempora multa inhebit.

Cc 3

Bartholomæi Bottæ.

Donabit populo pecorum quoq; millia multæ,  
Ut celebrare queant coniuicia mutua leti.  
A Edibus in cunctis prisco de more per urbem  
A nticulus tum ritè tener mæstabitur agnus:  
Immaculatus erit, de cuius sanguine postes  
Fassiculo hyssopi tingent, & limina sursum.  
Tecta futurarum sunt hæc mysteria rerum.  
Ut quondam fecere patres Pharaone subiacti.  
Cum primum phariis simul egredierentur ab oris.  
Dehinc celebribuntur paschalia festa quot annis,  
Donec Iosias Rex vixerit: inde quiescent.  
Noster eo cultus solymis regnante vigebit.  
At cum sex lustris fuerit dominatus in urbe,  
Niliacis pharao Necho consendet ab oris.  
Mille trahens currus, peditum quoq; millia centum,  
Sexcentas equitum turmas, radiantibus armis.  
Aduersus Syrios me me impellente superbos:  
Cui sine consilio nostro, obvius ire parabit.  
Fretus Iosias q; erit vir fortis in armis.  
Parua manus secum: sed bello viuida virtus.  
Et quamquam pharao (me illi parcente) monebit.  
Ne tentet conferre munum: sed propriæ tueret.  
Quandoquidem phariis duce me consenderit oris.  
Non nociturus ei, sed debellare superbos.  
His minime attentis aciem producit in hostes.  
Fortiter & pugnans dum brachia tollit in altum.  
Ecce repente aderit transuerso emissâ sagitta,

Que

Dauidiados Lib. X.

204

Quæbatus incanti Regis penetrabit apertum.  
Sancius, e, pugna curru retrahetur, & inde  
Dum propere solymam repetet: morietur inultus.  
Mox retrahent acies pedentim, Rege perempto.  
Ductores alii solymam sine honore fugati.  
Tum miseri ciues occurrent, aëra late  
Quæstibus implebunt, & fletibus ora rigabunt.  
Funereasq; faces ducent quacunq; per urbem.  
Rex manjolæo demum condetur in alto,  
Ob populi peccata sui sine criminè casus.  
Hinc querulus vates componet carmina questus,  
Lugubri populo longum deflenda per æcum.  
Tum veh veh incipient legis maledicta venire.  
Filius huic sancto Regi succedet iniquus,  
Quem populus fratri delusus imagine falsa  
Natu præponet, maiori infælicibus ausis.  
Hunc pharao Necho Syria rerumq; potitus  
Acciūm velut indignum deponet: at illi  
Substituet natu maiorem, subiicitq;  
Niliaco imperio, solymam venturus ad urbem.  
Quam premet ere graui: nec non reddenda quotannis  
Imponet Ioachim Regi populoq; tributa.  
At caldæorum (pulso pharaone, tyrannus  
Assyriis illi se subiicientibus ultro.  
Cum Nabuchodonosor Syriam pernaserit omnem.  
Tum quoq; Iudaciam inuadet, subigetq; subactam  
Imperio grauiore premet, spoliabit & auro,

Cc 4

Bartholom ei Bottæ.

Tum Regem viratum trahere in Babilona parabit,  
Sed fratæ fidei scelere immutabitur, atq; .  
Per latera effossum ; e, maris iactare iubebit.  
Stetq; patri iuslo Rex degener impius iste.  
Iumentum ut stolidum fessum tumulabitur imo.  
Vasa mei templi Rex transferet inde prophanus.,  
Inq; sui Diui templo Babilone locabit.  
Nempe ego veientem populum mihi terga relinquā,  
Atq; prophanatum sceleratis ciuib; illud.  
Augustum templum patiar violare prophanos.  
Nam ; viros propter loca sunt mihi grata, fideles.  
Non homines propter sacra templo tueruntur iniquos.  
Sum custos templi iuste viuentibus aurē.  
Sed male moratis templum spoliabitur auro.  
Tunc apparebunt horum mendacia verha.  
Pectore sacrilego qui viunt, ore prophano.  
Tergeminant : templo domini confidite leti,  
Viuite pro libito , modo templo dona feratis  
Plurima : vos templum domini seruabit in ænum.  
Diues id abiiciam templum Salomonis, & urbem :  
Cum sint latronum conuersa, & in antra ferarum.  
Rex igitur durus me permittente secabit  
Latronum latera , atq; feras venabitur illas.  
At successorem Solymis quem fecerat ipse.  
Rex caldæorum, seu senserit esse rebellem,  
Seu defellurum potius sperauerit illum,  
Ob diram patris cædem, abiectumq; cadaver.

Post

Daudiados Lib. X.

205

Post aliquot menses rediens occludet iu. vrbem,  
Obsessumq; diu , tandem se dedere pacum ,  
Consilio ratis nostri , ne perderet vrbem  
Suscipiet : verum Babilona migrare iubebit ,  
Cum populo multo iuuenium , matrumq; senumq;  
Cum natis Regina suis ( miserabile visu )  
Tam procut, a, patria nunquam redditura meabit.  
Ductores equitesq; simul cogentur abire ,  
Artificumq; manus migrare iubebitur vnde .  
Quid gemis , o , silt longè consultius istis  
Fiet id abductis : quam sic remanentibus vrbē .  
Nam genus iisce tuum longo seruabit auro .  
Omne salutem fori patria est : tellure parente .  
Quod propagatum in patriam quandoq; reducam .  
Tanta futurorum ciues pressura malorum  
Protinus apprendet : q; eos mansisse pigebit .  
Et miseri mortem gemitu lachrymisq; vocabunt .  
Namq; Sedechiam Regem ferus ipse monarcha  
Illi constituet grauiora tributa daturum .  
Iuris iurandi quem religione ligabit .  
Obstrictos etiam proceres volet esse fideles ?  
Qui mihi fallaces Domino per sapientiam  
Quo paterunt homini pacto remanere fideles  
Vix poterunt dicto lustris perfidare duobus .  
Pollicitis etenim, & spe decipientur inani .  
Egipti Regis , cui certo sedere iuncti  
Deficient : censum ac promissa tributa negabunt :

Sapius

Sapientis & quanis noster reprenderit illos  
 Helchiades magnus vates Anathotide cretus ,  
 Atq; alii plures me præcipiente profetae  
 Testati fuerint urbis gentisq; ruinam ,  
 Ex fidei negle&tū deficientibus illis ;  
 Et quia sum p̄sſent incassum Rex populusq;  
 Id nomen domini magnum simul atq; tremendum .  
 Spernent periuri vatum monitusq; minasq;  
 Ceu mea fregerunt toties iam federa pacta .  
 Iurisiurandi sub religione verenda .  
 Sic cum caldæis iam dudum fœdus initum  
 Fœdifragi rumpent , sic deficientq; rebelles .  
 Ecce ferox aderit vindex Babilonius hostis .  
 Ut Leo dirrepta quam forte parauerat esca  
 Immensos saltus per aperta dat aquora campi ,  
 Dum venatorum sequitur vestigia , quos si  
 Taftorum reperit clausos magalibus ullis ,  
 Irruit , atq; fremit , vastosq; dat ore rugitus .  
 Vndiq; concurrunt catuli , catusq; ferarum ,  
 Irrumpunt aditus tandem , miserosq; trucidant .  
 Dilaniant & oues , populantur & omnia latæ .  
 Discerpunt artus : sunt omnia plena crux .  
 Haud aliter Solymam Caldæi exercitus ingens  
 Sunt obfessuri , vallo fossaq; repletis ,  
 Turribus erectis aquabunt menia , donec .  
 Labe famis matres audiæ sua pignora mandant .  
 Proh scelus infandum ? facinus miserabile & hosti ,

Ex se visceribus genitis sua viscera pasci .  
 Perfractus tandem murus cadet ariete crebro .  
 Irrumpent aditus , perirent quoscunq; furentes ,  
 Offendent , proceres sint , seu de plebe pauentes .  
 Per fora , perq; domos strito mucrone sequentur  
 Armatos iuuenes : nec parcent matribus ipsis .  
 Ense trucidabunt natos ante ora parentum .  
 Deinde patres miseros , natorum sanguine in ipso  
 Lapsantes rabidi iugulabunt : adibus altis .  
 Præcipitesq; dabunt infantes vbere raptos .  
 Luſtus vbiq; , crux , cædes , gemitusq; cadentum .  
 Nusquam tanta fuit strages ab origine mundi .  
 Alterum in alterius malattos sanguine cernes :  
 Matres atq; viri , pueri innuptæq; pueræ ,  
 Strata simul passim defuncta cadauera vita .  
 Dives inops mixtim iuuenesq; senesq; iacebunt .  
 plena domus quævis dominorum cade suorum .  
 Limina perq; vias sanguis fluet vndiq; riuis .  
 Nec prius , a tantis cessabunt cædibus vñquam  
 Caldæi immanes , quam brachia lassa rigescant .  
 Deniq; captiuos manibus post terga ligatis  
 Arcebunt : quarent & opes , penetralia queq;  
 Rimabunt , restes , argentea , & aurea vasa  
 Diripient : torques , præciosa monilia , gemmas .  
 Rex autem belliq; Duxes , equitesq; putabunt  
 Posse per occultum limen cecasq; latebras  
 Urbe exire foras , & per deserta viarum

Hostiles vitare manus, euadere mortem  
 Ast ego recte meum expandam, venabor & illos.  
 Nam caldus eques aquilis velocior ipsis  
 Pulueream nubem cernens descendere in alnum  
 Id quod erit ratus effugientem abscedere Regem,  
 Protinus effusis per colla sequentur habenis  
 Quadrupedum: & duris stringet calcariis armos.  
 Diffugient pauci proceres Regemq; relinquent.  
 Desertum rapient hostes cum prole: catenis.  
 Nabuchodonosori deuinctum in Rebbarasistent.  
 Quem sic increpitans duris affabatur illo.  
 Sperasti te posse manus euadere nostras  
 Fisis arundinco baculo tu perfide Nili?  
 Hecce tu domino officiis ingrata receptis?  
 Te Regem feci delecto Rege nepote,  
 Fortuna ex humili sublimem teq; levavi  
 Ad solum: contra tu me deponere tentas?  
 Ad miseram mortem tua te peritura ducunt.  
 Te Deus ipse tuus quem deierando negasti  
 Tradidit ecce mihi: meritas dabis impia penas?  
 His distis natos eius, proceresq; malignos  
 Quorum consilio defecerat ante rebellis,  
 Ipsius ante oculos Regis mactare inebit.  
 Lumineq; effuso vincitum trahet in Babilona,  
 Carcereq; intrusus iero padore peribit.  
 Hic finis vita Matathiae Regis iniqui,  
 Hoc erit excidium Solymæ populiq; rebellis.

Nabuzardus

Nabuzardus enim vacuatis edibus ignem  
 Subiicit, teſta & populabitur omnia late  
 Flamma vorax, templi & fastigia summa prophani,  
 & quabitq; solo turres ac mœnia circum.  
 Captiuosq; trahet vincitos Babilona catenis.  
 Agricolas tantum nuda tellure relictos.  
 Godolias princeps suffettus Ductor habebit.  
 Ne vel inane solum aut glebas passantur inertes,  
 sed neq; reliquias deserta incumbere terra  
 Regia stirps deuota sicut, sed principe easo  
 Tentabunt alias captiuos ducere in oras.  
 Ductores alii saeo Israèle perempto,  
 & Egypturn reduces potius migrare probabunt.  
 Consulto incassum vel reclamante propheta.  
 Sed qui peccarunt prauis cum ciuibus vna  
 Cuprea frondosis Idola colendo sub vlmis,  
 Fœcundi & custos clamando Beelphegor horti,  
 Agriculae faxo, pescant cum ciuibus vna.  
 & Egypturn reperent igitur sine numine nostro.  
 Inde reuersi ruri nunquam ad patria arua colenda.  
 Meq; ibi poss habito recolent agiptia monstra,  
 Lymphatos pates vana & responsa secuti.  
 Quin reclamantem Hieremiam & dira minantem  
 Obruet arreppis subito plebs impia saxis.  
 Adueniens igitur Taphnus Babilonius vltor  
 Perdet eos omnes iam proteetore subato.  
 Exciderant manibus sensim psalteria vati.

Audito

## Bartholomæi Bottæ.

Auditio excidio totius gentis, & vrbis.  
 Amplius hand se se poterat cohibere, sed viro  
 Rumpabant gemitus, & fletibus ora rigabat.  
 Ac demissa solo iam lumina fixa tenebat.  
 Et meditabatur tacitus quo carmine supplex,  
 Pro populo oraret carisq; nepotibus ipsis.  
 Sed leuis astiu & rediens ceu sybilus aura  
 Spiritus afflatus tetigit præcordia leni  
 Quid gemis, o, vates ( inquit ) dulcissime & cessa  
 A lachrymis : frustra speras reuocare precando  
 Quæ semel effatus sum : stat sententia fixa.  
 Cum scelerum cumulo fuerit mensura repleta,  
 In scelerorum caput effundatur oportet.  
 Non tua propterea cessabit Regia proles.  
 Nec tibi deficiet populus Babilone reductus.  
 Expletis etenim bis septem deniq; lustris  
 Errorum culpas veterum patientia longi  
 Scrutii, victus penuria, mille laborum  
 Purgarit facies, animos mundauerit ipsos.  
 Tum veniam pacemq; petent : patientur & illa.  
 Cum Medi, perseq; trucem Babilona subattam  
 Reddiderint famulam, fieri tua libera proles.  
 Captiniq; tui tum libertate fruenter.  
 Cyrus enim serum dominus, magnoq; potitus  
 Imperio per me, populum relevabit egenem.  
 Et factus voti compos mihi debita vota  
 Persoluet, templumq; meo sub nomine condi

Præcipiet

Præcipiet Solymis, vasa & Babilone reposta  
 Restituet : gentem & captam in sua regna remittet.  
 Zorobabel sapiens profugos tua clara propago  
 Colliget, in patriam Cyro & mandante reduceat.  
 Dux erit hic populi : in sacris prothoflamen Iesu  
 Ambo regent reduces : iuri prefectus & armis  
 Zorobabel : animos & sacra docebit Iesu,  
 Hisq; superueniet legis dottissime Esdras.  
 Qui mores hominum, & cultus reparabit auitos.  
 Helchiades: etiam mitetur Athersata ductor,  
 Diruta caldæis reparat qui mania diues.  
 Auxilio Regis fratus confortis & eius  
 Congestos veteres lapidum eruderabit aceruos.  
 Ut citius consumet opus, possitq; redire.  
 Iuxta conditum ad Regem: ne tempore capto  
 Surgat in hebreos nouus aduersarius Aman.  
 Ergo instauratis quamprimum manibus vrbis  
 Adiicient postes firmabunt cardine valvas.  
 Constituent vigiles, qui nocte dieq; vicissim  
 Seruabunt portas: arcebunt manibus hostes  
 Perpetuos Samaritas: duros atq; cuthæos.  
 Hic alienigenum dirimet rectoribus ante  
 Vxorum Helchiades consortia, quam meus inde  
 In populum ingrueret furor, atq; parata flagella.  
 Atq; inopum relevata famæ: contentaq; sola  
 Mutua sorte dabunt gratis : cessabit in illo  
 Tempore carpificum fænus, quo tota voratur

Panperis

Pauperis in solo mensis substantia cursu .  
 His populum iusta , casta & regentibus esto .  
 Parta quies : subita auertentur & inde pericla .  
 Nam neq; in extremis Holofernes omnia vastans  
 Obsessam poterit comprehendere finibus urbem .  
 Quin caput ipsius præcidet fæmina Iudith :  
 Assuris immensam virtutem fæmina sternet .  
 Pulchra quidem facie : sed castis moribus illa  
 Pulchrior , æterno fama celebrabitur ævo .  
 Nec minus Hebreas inter formosa puellas  
 Hester erit celebris , gentem discrimine lati  
 Quæ Iudeorum totani seruabit vbiique  
 Terrarum , precibus supplex facieq; venusta .  
 In Babilone quidem nascetur ea inclita planta  
 Candida cœn spinas inter nascuntur acutæ  
 Lilia : purpureasq; rosas dant dura rabetæ .  
 Tempus erit quo Rex Assuerus perfidis urbe  
 Castrorum in morem tentoria lata iubebit  
 Expandi , & subter conuinia lata parari .  
 Praefeltis , Dicibusq; suis satrapisq; per omnes  
 Imperii fines , & Regibus atq; Tyrannis .  
 Cumq; volet formam Regiae ostendere vastis  
 Ut sperent populi prolem simul inde creandam  
 Egregiam , Imperio , sceptro , ac Diadematè dignam  
 Propterea acciri regali schemate comptam  
 Præcipiet : verum prodire superba negabit  
 Nec metuet teneri Regalia iussa marii ,

Quin

Quin etiam fastu spernet rogitata venire .  
 Consilio septem sapientum hortante Mamuca  
 Tum deponetur Solio , extrudetur ab aula .  
 Subiecta vt discant alia parere maritis .  
 Villa nec exemplo vastis presumat abesse .  
 Tum desolato queretur & altera Regi .  
 Ne reuocaret eam nimio deuictus amore .  
 Nam veluti clavo clavis secluditur alto .  
 Sic & amore nouo retruditur ille veternus .  
 Ergo alias inter Babilone vocabitur Hester .  
 Insignis facie , virtute insignior omni .  
 Hanc speciem raram cum viderit Artaxerxes ,  
 Cumq; pios mores Rex ipse probauerit eius .  
 Coniugis amplexu dignabitur , atq; corona .  
 Nuptiae & Illustres sient , hilarabitur aula .  
 Anno parta quies populis cessante tributo .  
 At non cessabit stimulis expuncta proteruis  
 Pulsæ prior coniunx vastis : quin perdere Regem  
 Forte per Eunuchos conabitur ante fideles .  
 Ast ego scrutator cordis , vindicq; malorum  
 Exitiale scelns non sum passurus inultum .  
 Nam cum Regina patruus rescuerit illud ,  
 Atq; reuelarit Regi discrimina vitæ ,  
 Protinus Eunuchos rapiet , subigetq; fateri .  
 Utq; luant pœnas lignum tollentur in altum .  
 Nulla tamen merces fido reddetur amico .  
 Confestim : sed cum magna versarier aula

D 2

Constituet, donee captato tempore reddat.  
 Premia digna viro de cuius munere viuit.  
 Hystoria ascribi faciet memorabile factum,  
 Inter ea Regi assuero exaltare placebit.  
 Amaditen Aman Agagis de stirpe gigantum.  
 Atq; adeo extolleret, patris ut dignetur honore.  
 Vnde & adorari se turgidus ille iubebit.  
 Vt pote præpositus cunctis, solioq; secundus.  
 Diuino indignum sed Mardochæus honore  
 Inclita stirps Sauli Regis censembit: & illi  
 Non genibus flexis procumbet: sed neq; stantem  
 Pronus adorabit: neq; mox assurget cuncti.  
 Amathides vero monitus cum sciuerit istud,  
 Ingenus hebraicum tantam excandescet in iram:  
 Ut penitus statuat totum delere per orbem.  
 Sorte prius ducta, quo mense dieq; trucidet.  
 Ad Regem ingressus delatos suggerit omnes  
 Esse reos mortis, quia seditione potentes,  
 Legibus, & variis vtentes, omnibus hostes  
 Infensi, possint communem effringere pacem.  
 Ut pereant omnes nimium Rex credulus illi.  
 Edicet susis: sparsis cursoribus inde  
 Omne per imperium longè lateq; per oras  
 Diffusum hoc edictum propagare iubebit.  
 Fas sit Iudeos omnes occidere cuiq;  
 Ut publicos hostes, & totam perdere gentem.  
 Diripere illorum liceat bona cuiq; volenti.

Quis

Quis referat gemitus, lachrymas, suspiria luctus  
 Isacidum? tantas qnæ lingua diserta querellas?  
 Fletus ubiq;, pauor, & plurima mortis imago,  
 Imminet hostis atrox, intentant omnia mortem.  
 Stat præfixa dies, mensis quoq; proximus instat.  
 Causa mali tanti tum Mardochæus & ipse  
 Indutus sacho respersus puluere canos  
 Ante fores Regis cassas dabit ore querellas.  
 Insontem populum quod crudelissimus Aman  
 Emerit, vt pecudes, dire quas destinat aræ.  
 Pro solo fastu, quo corda tumentia feruent.  
 It clamor cælo: penetrant & sydera voces.  
 Audiet hæc mitis Regina, dolebit, & intus  
 Hunc miseri casum populi, lachrymabitur vltro.  
 Tum votis precibusq; deum placabit: & inde  
 Regales induitæ sinus diademate sumpto  
 Ad Regem intrabit sub lati iniussa periclo.  
 Intuituq; graui Regis pauefacta, Leonis  
 Sicut in asperitu, primo pallore refusa  
 Dehinc tremefacta caput veluti moribunda reflebet.  
 Tunc ego, qui Regum ntu fera petitora muto,  
 Conuertam Regem ad pietatem, protinus aureum  
 Extendet scæptrum ( quod erit clementie amantis  
 Expressum signum) mox exanimatus & ipse  
 Consurget solio celer, & miseratus amatam  
 Confortem, amplexu lenabit, & oscula iunget.  
 Vix tandem fugientem animam reuocabit ad artus

D d 2

Bartholomei Bottæ .

Quæ sensim rediens pauidō vix ore loquetur .  
Terribiles oculos mi dilectissime coniunx  
Vt ridi , expati : precor ad coniuuiā nostra .  
Ne dcdigneris pariter cum Amane venire .  
Sepotis cunctis (rex inquit ) fiat id Aman .  
Quod Regina petit : secum cœnabimus ambo .  
Leta redit , cœnamq; parat : tum protinus adsunt .  
Ambo coniuix , post pocula sumpta lysa ,  
Rex hilaris factus petet , O Regina quid optas ?  
Fare age , ne timeas , nullam patiere repulsam .  
Et si dimidium regni quæsueris , esto .  
Tum Regina genas suffusa rubore decentes .  
Cras ait , exponam Regi , quæ munera posco .  
Iusta & honesta petam , precor adueniatis vt ambo  
Mecam pransuri : id fiet , veniemus uterque .  
Inde thoro surgens , factus lœtissimus Aman .  
Discedet : sed cum Iudeum in limine tristem .  
Viderit ante fores , sibi nec procumbere proum ,  
Nec genibus flexis dignantem assurgere ; bilim .  
Tum iecur elatum nimis excandescet ob atram .  
Cumq; domi fuerit , Zaram atq; assicet amicos .  
Se fortunatum coram iactabitur illis .  
Nullus apud Regem me me fælicior extat .  
Me quoq; ( quod deerat ) solum cum Rege vocauit .  
Regina ad cœnam : secum & pransurus abibo .  
Sed Mardochæum iudeum ferre sedentem .  
Non assurgentem nequeunt mea lumina ferre .

Vxor

Daudiados Lib. X. 211

Vxor Zara crucem celsam ( proponet ) in altum  
Qua suspendatur , cras mane iubeto parari .  
Addictumq; neci si ab Rege poposceris illum ,  
Vt citius pereat ; facile exorabis amicum .  
Sic valeas latus Reginæ accumbere mensæ .  
Vxoris linguam feret : & sic confieri rem  
Constituet : quare se matutinus ad aulam  
Conferet , exosi mortem depositat vt hostis .  
Hac proponet homo : Deus at disponet , in ipsum  
Vt redeant fraudes , quæcumq; parauerat illi .  
Iudicium Domini iustum , sententia recta .  
Noctem illam insomnem Rex ducet , proinde iubebit .  
Annales libros , & commentaria rerum  
Quæ sibi contigerant afferri : cumq; legentem  
Andierit scribam de proditione relata ,  
Per Mardochæum iudeum : poscet ab ipso .  
Numquid mercedis quicquam suscepit ille ?  
Nil penitus ( dicet ) iussum est resuleret vt aula .  
Ingratum Regem me quisquam dixerit esse ?  
Rex dicturus erit ? numquis properarit ad aulam ?  
Tunc matutinum ( referent ) Amana sedentem .  
Illum introduci , coramq; sedere iubebit .  
Quidnam fiet ei , quem Rex decorare preoptat ?  
Ille autem pro se id quari meditatus : Is ( inquit )  
Byssina induitus trabea , colloq; monili  
Exeat ornatus , sonipes quem ab Rege secundus  
Excipiat letum : procerum quoq; primus habenas

Dd 3

Bartholomæi Bottæ.

Præcedens teneat dextra, & cœu præco per urbem  
 Clamat: Iò Regi fuerit quicunq; fidelis  
 Quem decorare volet Rex, sic decorabitur ille.  
 Tum Rex Amani, facito sic ipse, iubebit  
 Hæc Mardochæo Iudeo, quæ memorasti  
 Omnia: preterea unum nec Iota: deinde  
 Huc introduces fidei virtute decorum.  
 Ut grates illi meritas referamus & ipsi.  
 Namq; fide illius vitiles carpinus auras.  
 Protinus egressus thalamo maxissimus Aman  
 Ad Mardochæum Iudeum it poplite flexo,  
 Demissis oculis quem voc salutat amara.  
 At cum byssinam vestem circundare vellet,  
 Ludibrio id fieri ratus, exclamabit, abito  
 Pessime cunctorum: me etiam deludis inique?  
 Regis at imperio fieri cum resciat ista,  
 Annuet, ac tacitum tentabunt gaudia peccati.  
 Spe florere noua sibi visus, & l' inde salutem  
 Concipiet populi tanto decoratus honore.  
 Iudai hunc etiam egressum effulgeret videntes,  
 Iam deploratam incipient sperare salutem.  
 Alterius laudis sed præco miserrimus Aman  
 Itq; reditq; gemens: premis altum corde dolorem.  
 Deniq; summisso vultu digressus ab aula  
 Cum gemitu tacitus proprias remeabit ad ædes.  
 Vxore accita casum narrabit inepius,  
 Atq; in amicorum cætu plorabit uterque.

Mussabunt

Dauidiados Lib. X. 212

Mussabunt primo, debinc roce loquentur aperta.  
 Coram Iudaïis cecidisti perditus, & nos.  
 Dum flebunt, ades singultibus atq; replebunt,  
 Ecce aderunt Regine Eunuchi Amana vocantes.  
 Quamprimum veniat, quia sunt iam cuncta parata.  
 Dum missat, faciemq; lauat, paulumq; moratur.  
 His spectare crucem, cuius scitarier ergo?  
 Compellare virum videas vrgere ministros.  
 Vix tandem foribus poterunt educere mastum.  
 Atq; introgressus simulato gaudia vultu  
 Vix, tamen effinget: capient triclinia Regem.  
 Coniuiamq;: epulis curabit corpus uterque.  
 Epoto tandem vino, alta silentia rumpet  
 Rex hilaris factus, quidnam sibi postulat Hester?  
 Nempe aliquid, dubio procul O Regina requiris?  
 Fare æge? cuncta licet sperare ab Rege marito.  
 Deniq; tum surgens lacrymis impletbit oboris.  
 Pulchrior hoc ipso Regina sinusq; genasq;  
 Et genibus flexis, vitam mihi posco relinqu,  
 Vitam donari mihi quoq; miserrima coniunx.  
 Nec plura his poterit singultibus interclusa.  
 Tum Rex admirans, & quis tibi demere vitam?  
 Audeat? anne aliquis fortasse potentior est me?  
 Hic meus hostis adest Aman, me pessimus Aman  
 Fraude exquisita Iudeam perdere tentat:  
 Namq; ego sum Iudea, & Mardochæia Neptis.  
 Insontes autem Iudeos destinat omnes

Infandæ morti , simul & me , prob dolor ingens .  
 Hac techna Is Regis vita insidiatur operta .  
 Ut tibi cum fuerint nostri solatia dempta ,  
 Deficias morrore : valens regnabit & ipse .  
 Extemplo subita Rex exardescet in ira ,  
 Vultus & aspectus mutabitur eius in Aman .  
 Assurgetq; thoro , & proflans concedet in hortum .  
 Conscius ille sibi metuens a Rege parari  
 Grande malum , fastu tamen usq; priore retento ,  
 Reginæ inq; thoro quasi leniturus eandem .  
 Proruet . extemplo rediens , ut viderit illum  
 Tam prope Reginam temere , & sine more iacentem .  
 Me quoq; comprimere uxorem presente stellestus  
 Verbero præsumet ? Lairones unde iacentem  
 Corripient illum , atq; manus post terga ligabunt .  
 Aedibus illius se conspexisse repente  
 Mane Arbona crucem referet , sensisse paratam .  
 Pro Mardochæo : cui Regis vita fideliter  
 Extiterit curæ , mox proditione retecta .  
 Tum Rex dicet eis , sceleratum appendite in illa .  
 Six suspendetur cruce quam præfixerat ipsa .  
 Sic cadet in foneam , iusto quam fodit iniquus ,  
 Tum quoq; Reginæ patruus sufficitus honore  
 Responsis aliis mandata priora cruenta .  
 Mox retractabit : revertent in gaudio luctus .  
 Mæstus Dauides tum respirauit , & ausus  
 Spiruui sancto sibi respondere loquenti .

Viscera

Viscera pcne metu fuerant diuulsa gemendo .  
 Ne penitus nostrum genus hic extingueret Aman .  
 Amalechita memor quæ iussi gessimus olim ,  
 Sed tua pro nobis sententia iusta resistet .  
 Hinc tibi quas possum reddo pro munere grates .  
 Hinc te laudabunt nostri sine fine Nepotes .  
 Atq; dies festos celebrabunt inde quotannis .  
 Si lacrymis vcniam precibusq; reposceret ( inquit )  
 Hic populus pacem , ceu Mardochæus & Hester .  
 Spiritus almus ei , solatia certa darentur .  
 Sed quia prædura plebs hac ceruice laborat ,  
 Ferrea corda domet vexatio longa necesse est .  
 Ut videatur eis & inexorabilis esse  
 Ipsa Dei pietas , interdum & clementia dura .  
 Post tamen hunc casum multo discrimine plenum .  
 Pacato Rege Assuero , atq; Amane represso ,  
 Iudei in patriam viæta Babilone regressi .  
 Agrauibus bellis diuturna pace quiescit .  
 Quottidiana Luent Leuibus peccata flagellis .  
 Dum vicinorum stimulis accentur acerbis .  
 Collaq; seruitio persarum vinclâ manevunt  
 Atq; tributorum ceruix oppressa silbit .  
 Ut ( quanti intersit ) discant seruire potenti  
 Toto corde Deo , qui in Libertate tueritur .  
 Et seruire homini , qui libertate repressa  
 Seruitio vexat duro , grauat atq; tributis .  
 Hic status esto tuis , Aries dum cornua bina

Fronte

Bartholomaei Bottae.

Fronte tenet, quibus bis late dominatur in oris.  
Trapes ab occasu sed cum properauerit Hircus.  
Fronte gerens solum media inter lumina cornu  
Ariece prostrato perfrattis cornibus eius  
Vellera diripiet, vacuabit & ossa medullis,  
Letaq; depascet veloci pascua cursu.  
Nomen & imperium sibi tantum deligit hircus.  
Tabula cuncta suo pecori pascenda relinquet.  
Et si fronte ferox Solyman petet: attamen ipse  
Cornu lenibo, atq; grauem mulcebo furorem.  
In somnis monitis venienti occurret Iadus  
Vestibus induitus sacris, Cidariq; decorus.  
Aurea qua fronti pendebit bracchia summae  
Sculptum nomen habens nostrum Tetragramaton illud.  
Vnde micant radii claro ceu sole nitentes.  
Pontificemq; mecum tanto fulgore coruscum  
Magnus Alexander cum ruderit: ipse repente  
Desiliet curru, capite & diademate dempto  
Flexus adorabit dominum, mirantibus inde  
Principibus cunctis, gratus memorabit amicis,  
Olim se vidisse deum sub imagine tali  
Imperium ad magnum, Dariiq; ad regna vocantem.  
Intrabit placidus, sacrataq; templa reuiset.  
Dona ferens aris holocausta cremare iubebit.  
Et pro prateritis grates aget: atq; futuris  
Obsequiis supplex effundet vota precesq;  
Deniq; munificus septena tributa remittere.

Legibus

Dauidiados Lib. X.

214

Legibus atq; sacris permittet vbiq; locorum  
Moribus ac patriis Iudeam vivere gentem.  
Ancipiunt interea ciues sub forte manebunt.  
Rex Asiam donec suscepit et improbus ille  
Regnandam Antiochus, bellum cum Rege superno  
Qui gerere audebit nostras prostertere leges.  
Quiq; prophanabit templum, simulacra deorum  
Introducendo, carnes macerando suillas,  
His etiam vesti nostros compellat hebreos.  
Sacrilegâq; manu templum spoliabit, & omnes  
Thesauros rapiet, phialas, atq; aurea vasa.  
Vasa dicata mibi prado impius auferet & aram  
Effodiet? ne quis teneros super imbuat agnos.  
Quin septem fratres variis cruciatibus atrox  
Ante oculos matris ferro lacerabit & igne.  
Heu quantas miseris strages dabit impius ille,  
Per fora, perq; domos, & per castella propinqua,  
Per nemora, & saltus, & per spelæa ferarum  
Incircuncisi lustrabunt vndiq; nostros,  
Ut reprimant, aut ut gentis præputia ducant.  
Post habeant legem nostram: sacra nostra resellant.  
Tunc Hierosolymis nuda statione relicts  
In patriam Modin Mathathias nobilis unus  
Christorum ex genere Asmonæa futura propago  
Cum gnatis Iuueniunq; manu secedet in urbem  
Ecce satellicii Regis scelerumq; ministri  
Ingressi Modin ad sacra prophana vocabunt

Ipsius

Bartholomæi Bottæ.

Ipsum cum populo Mathathiam at ille negabit  
Sacra deis, qui non sunt dii, Libamina ferre.  
Quin senior Zelo nostri succensus amoris.  
Protinus arrepto fodiet pugione suillas  
Mactantem carnes, horritoresq; ministros  
Regis, & ad populum clamabit, adscit parati  
Divinam legem, & patrios defendere cultus.  
Egrediens Modin populo comicatus ab omni.  
Proxima queq; petet castella impune trucidans  
Incircumfisos: pueris preputia demer.  
Inde ducum metuens iram montana subibit  
Antra per & sylvas inter spalea ferarum  
Vitam infelicem dumeta per aspera ducet.  
Impius interea Rex desenire iubebit  
In reliquos, qui faret domi capientur in urbe.  
Tum septem gemini fratres Machabæia proles.  
Excipient in se rabidum per rosta furorem  
Viscera: membratim discerptaq; corpora fortes  
Excutient animas prouavorum ad liminatutam  
Expansis sinibus Letis quas colliget Abras.  
Aet aderit tempus quo per tormenta tyrannum  
Sanctorum mortem preciosam raliscar in ipsum.  
Namq; suis veluti scatebris bullire videbit  
Ulceribus vermes, qui noxia viscera rodent.  
Proiectumq; feris inhumatum informe cadaver  
Deseret infelix fugiens exercitus eius.  
Corporis offensus diro graue olentis odore

Poët

Dauidiados Lib. X.

215

Post senis occasum surget Machabæus Iudas  
Magnanimus Ductor, dextra bellator & acer,  
Qui saluum facit populum cælestibus armis  
Conatus Syriae quoties frustrabitur astu &  
Exiguaq; manu nostro munimine fretus  
Millia multa virum letco dabit: atria nostri  
Purgabit templi: statuas idolaq; tollet  
& Edibus, e nostris: Lustrabit & omnia rite.  
Sacraq; restituet, cultus reparabit auitos.  
Consilioq; Simon fratrem, populumq; iuuabit.  
Fidus Ioannes, Ionatasq; acerrimus armis  
Prelia nostra gerent, fratrum hec concordia rara  
Quam fælix concors haec Asmonæia proles,  
Bella foris gestura, domi versabitur aris.  
O quam fælices, si nunquam fædus inirent  
Cum procul occiduo venientibus orbe togatis.  
Comparis impatiens fastus, regniq; libido  
Dissidium pariet, generi, genti q; ruinam.  
Hostis Idumæus sub amici nomine parti  
Romanas acies adiunget: fædera sunto  
Sed malefida quidem: nam magnus duktor in urbem  
Ingrediens templum violabit, & aurea queq;  
Vasa feret, spoliis ditatus abibit opimis.  
Hostibus besternis nostra hinc penetralia adire  
Hinc via regnandi patefacta quiritibus esto.  
Filius Antipatris Romano fædere fretus,  
Fretus amicitia Magnatum transferet olim

Hoc

Bartholomaei Bottæ.

Hoc in se regnum : & pessum dabit omnia late .  
 Herodes scelere ante alias immanior omnes  
 Libertatem admet dura ditione Tyrannut .  
 Nec solos hostes duro mucrone sequetur ,  
 Quin etiam in ciues dirus crassabitur ipsos .  
 Dilectam uxorem faede lacerabit in iram  
 Suspicione leui motus subitoq; furore .  
 Tigride quin etiam hircana crudelior , ipsis  
 Non parcer gnatis genitor , tria pignora tolleret .  
 Ab pater informi exponet sua viscera leto ?  
 Heu quantæ flentum tollentur in effrata voces  
 Cæsorum infantum , matrumq; vulnatus ad astra .  
 Verbigenam propter nostrum , quem nuper obortum  
 Iudeis Regem cum senserit esse futurum ,  
 Mox secum statuet sub testa fraude necandum .  
 Hic multum lachrymans , crebra & suspiria ab alto  
 Corde trahens vates David Iessaius heros  
 Sic fatur : Christumne tuum de semine nostro  
 Ut promisisti , venturum perditus ille  
 Aggressurus erit ? quæ non faralia Regum  
 Pectora suspicio mouet ? absterrretq; tyrannos ?  
 Spiritus ( intus ait ) non est prudentia tanti ,  
 Non est calliditas ( mihi crede ) aut villa potestas  
 Quæ possit promissa Dei prauertere fixa .  
 Hæc tibi sufficient generis præscisse futura  
 Fata tui : minime deerunt post sacula multa  
 Qui completa canant fælici carmine vates .

Protinus

Dauidiados Lib. X.

216

Protinus his dictis se se subtraxit , & unde  
 Venerat , ethereas consilientis spiritus auras .  
 Deposita psaltes cithara trabeaq; decorus  
 Ut Rex ad templum magna comitante caterua  
 Quod prope porticibus figi præceperat amplis ,  
 Egressus meritas tanto pro munere grates  
 Reddidit : atq; aras multo cumulauit honore .  
 Deinde sacerdotes psalteria tangere plectro  
 Edocuit : psalmos & pangere voce canora .  
 Angelicum resonare melos cæpere perauras .  
 Cantores ipsi vigintiquattuor una .  
 Tam bene concordes , bortabanturq; fateri .  
 Quam bonus est Dominus : pietas quam magna parætis  
 Innatos hominum diffusa per omnia secula :  
 In genus Isacidum super omnes inde refulxit :  
 Quod pharaona ferum decies percussit , & oras  
 Reddidit Aegypti vastas : tum deniq; cunctos  
 Israelitas spoliis eduxit onustos .  
 Ac sine remigio , siccisq; per æquora plantis  
 Agmina transuexit submersis hostibus illis .  
 Per deserta dehinc populum sine frugibus ullis  
 Quadraginta annis demissa calisus esca  
 Panit eos , dedit & duro de marmore potus .  
 Erudiitq; rudes decies tentatus ab illis .  
 Horrendum intonuit Synai de monte sacratu  
 Cum præcepta daret , legemq; interprete Mose .  
 Terribilemq; Dei vocem audiuer loquentis

Bissene

Bartholomæi Bottæ.

Bisena tribuum turmæ ceruicis abenæ.  
 Cum variis fessos morbis prostrauit heremo,  
 Ut complerentur promissa fidelibus olim.  
 Facta tribus patribus, & cloro nomine magnis.  
 Introduxit eos tumido Iordane subacto  
 Frugiferam in terram, manantem & nestare dulci.  
 De qua præmissis crabronibus aculeatis  
 Fortes in bello gentes eiecerat ante.  
 Perdidit at reliquas, ferro, vastauit & igni,  
 Subiectiendo suis vires, aliisq; pauorem.  
 Perq; tribus omnes diducta forte diremit.  
 Litem omnem: ac populo terram diuisit Iesus.  
 Confitemur ei, quia maximus optimus ipse est.  
 Quam mitti pietate suos complectitur omnes.  
 Laudibus expletis diuina req; peralta,  
 Dimisit populum Dauides, deniq; parta  
 Pace per extremos fines, requiescere iussit.  
 Vnumquemq; suos agros proscindere cultro,  
 Falce putare suas atq; ordine ponere vites,  
 Et darc proli operam, & curare domestica fabra.  
 Fas erat & cunctis gaudere, quiete potiri.  
 Liuidus vnde Saban tantum turbare quietem  
 Tentauit: Regis præcordia fomite mouit.  
 Laudum humanarum, quisibus exultaret in aula,  
 Cum se tantorum populorum cerneret esse.  
 Regem vnum, cuius regerentur; & omnia nutu.  
 Ergo iubet numerari omnes a finibus usq;

A d

Dauidiados Lib. X.

217

Ad fines alios: ad se numerumq; referri.  
 Milite princeps mandatum inuitus Iobas  
 Exequitur Regis: quoniam sibi causa subesse  
 Nulla videbatur, neq; belli instare periculum:  
 Enumerat tamen: vrgebat nam iussio Regis,  
 Vnde Hicrosolymis Ducibus comitantibus illum  
 Egressus propere penetrat confinia regni,  
 A Dani incipiens extremis finibus vrbis,  
 Ad libanum prætergrediens Sydona Tyrumq;  
 Littoreas vrbes Zabulonæosq; labores  
 Dinumeratq; viros aptissima corpora bello.  
 Dehinc ad Bersabeen finem telluris Iudeæ,  
 Secernitq; viros fortes, qua copia magna est.  
 Inde regressus adit Regem, numerumq; reportat.  
 Ex toto Israele refert numerasse virorum  
 Millia succingi gladio octingenta valentum:  
 Millia sed quingenta tribus solius Iudeæ.  
 Qua nulla in bello fuerat pugnator vñquam,  
 Dumq; titillaret Regis iactantia pectus,  
 Tam multas acies populorum posse suorum  
 Instrui, & armatas quoscunq; impellere in hostes.  
 Ecce immortalis pupugit præcordia Regis  
 Vermiculus vehemens & dente momordit amaro.  
 Sinderesin dicunt, repulitq; a mente tumorem  
 Preteriti fasibus, doxamq; ostendit inanem.  
 Tum Rex percussit pectus, veniamq; roganit  
 Protinus ecce Gadus diuina afflatus ab aura.  
 Nuncius asper adest, tria pretenditq; flagella.

E c

Elige Rex ( inquit ) quod manis : sine per annos  
 Septem vrgere famem populum : bellumq; trimestre ,  
 Scu pestem tridui : nec respondere moreris .  
 Tum Rex suspirans , abs te nimis vrgeor ( inquit )  
 Attamen est melius Domino se subaere miti ,  
 Cuius in infirmos homines clementia multa est :  
 Quam sufferre hominum graue , inexorable pectus .  
 Mox abeunte Gado , pestisq; repente sequuta est  
 Horribilis , decies septem nam millia sumpsi .  
 Exiguo tridui spacio : cumq; angelus vrbem  
 Ense Hierosolymam peteret : vastaret ut illam ,  
 Ipsius obtutu Davides territus ( infit )  
 In me in me ferrum quæso conuerte cruentum ,  
 Magne Dei vindex : peccavi ego pastor iniquus  
 Causa mali tanti , quid oues meruere tacendo ?  
 In me , progeniemq; mean crassetar Is ensis .  
 Tum pius ac clemens dominus respexit ab alto  
 Prostratum Regem , populiq; misertus , & ensem  
 Condere vagina stratorem iussit eburna ,  
 Affuit ecce iterum Gadus : ac præcepit ut aram  
 Rex ibi construeret super aquo vertice montis ,  
 Sauis vbi madidum vindex abstulerat ensem ,  
 Nec mora Rex montem scandens affatus Arcumā est  
 Sexcentis scilicet plateamq; redemit ab illo ,  
 Quadragesinta boves , Domino quos obtulit illuc .  
 Hunc dixere locum maiores , quo pater Abras.  
 Isacon obtulerat natum : sed victimam factus  
 Est aries pro illo : miranda figura futuri .

Hoc cecinere loco quondam dormisse Iacobum  
 Dum fugeret fratrem petra ceruice reposa ,  
 Fulgentem scalam cælo vidisse locatam .  
 Qua descendentes , ascendentesq; ministri  
 Calituum Regis mandata , hominumq; ferebant  
 Casibus innumeris pressorum vota precantum .  
 Magnificumq; loco templum adificauit in isto  
 Paulopost Salomon , qui regnum patre iubente  
 Dum supereret adhuc Adonia fratre reieeto  
 Assumptus Iuuenis , verum sapientior ipso ,  
 Et pietate prior : patris curare senectam  
 Ut decuit natum , meritoq; fategit honore .  
 Vestibus electis , thalamo , blandisq; souebat .  
 Virginis inq; sinu suasit dormire puellæ ,  
 Quæ gelidos artus iuuenili ardore foueret ;  
 Grata ministra seni , solitas dum porgeret escas ,  
 Gratiior asperetu thalamo dum degeret vno ,  
 Dum reuocat somnum dulci gratissima voce ,  
 Dum frigescentem calidis complectitur vlnis .  
 Hanc animi toto Rex est complexus amore ,  
 Hanc ceu nata foret , tetigitq; libidine nulla ,  
 Dulcia libavit , suscepit & oscula tantum ,  
 Casta tamen semper . dat qualia nata parenti ;  
 Ore quidem speciosa nimis , speciosior autem  
 Moribus ingenuis , rara & virtute decora ,  
 Psaltria psallentem cantu Davida iuuabat ;  
 Præteritam vitam , exanclatosq; labores  
 Dum recolit , dum quanta euaserit atq; pericla .

Bartholomæi Bottæ.

Dum studet emeritas Domino persoluere grates;  
Diuinæ laudes meditatur peñtore toto.  
Dum caneret psalmos, & dum componeret hymnos,  
Ipsum Abisac modulis vt olympia musa fonebat.  
Laudibus explicitis, tandem psalteria ponit.  
Iamq; aderat suprema dies vrgente senecta  
Acciri proceres ad se, salomonaq; natum.  
Præcipit hortatur sapienter vt omnia cernat.  
Institiamq; colat, sit seruantissimus æqui.  
Vt si forti animo regno disperdere iniquos:  
Vtq; deum timeat super omnia: munere cuius  
Fratribus explosis natu maioribus, ipse  
Imperium accepit regnandum tempore multo:  
Si pius extiterit cultor, seruauerit & si,  
Ipsius mandata Dei, legesq; paternas.  
Presidio cuius regnum vitamq; vnebit.  
Ædificet templum, nec parcat sumptibus vllis.  
Hortatur proceres animis opibusq; iuuare  
Magnanimum Regem preclarum condere templum.  
Vt sint vnanimes trattare negotia regni,  
Concordi pace vt vinant, concordia paruas  
Res auxit, sfraget verò discordia magnas.  
Hec ait, & pœpulo benedicens iussit abire.  
Dehinc archana dedit mandata nouissima nato.  
Collegitq; pedes, placidaq; in pace quieuit.

Libri x. Finis.

219

IO. AVGVSTI BOTTAÆ.

FRATRIS NOSTRI,

In vndecimum Dauidiados argumentum.

Monosticon XI. Libri.

Vndecimus Christi Dauides continet acta.

ARGUMENTVM.

Feritur in Aegiptum puer: in patriamq; refertur.  
Rara per atatem dat signa: virilibus annis  
Emicat: ad Iordanis aquas visitq; Ioannem,  
Post lauacrum deserta petit: Sathanamq; repellit.  
Discipulosq; legit, quibus ad se se attrahat orbem.  
Hosq; docet celsis in montibus; alta polorum  
Regna quibus pateant: implet virtutibus oram.  
Excitat & vita funtos: Liuore premuntur  
Primores gentis, rabidi quem perdere querunt.  
Proditor habet eis Iudas: cenaq; peraſta  
Egreditur: capit: Crucifigitur: ac tumulatur.

Ee 3

# B A R T H O L O M A E I

B O T T A E.

Dauidiados. Liber XI.

**H**inc canere incipiā serus post tempora vates  
Longa licet, Regi & vati diuinitus olim  
Dauidi fuerant quæ premonstrata futura.  
Xpi facta sui: quem stirps sua virgo, virilis  
Nescia complexus, supero sed facta calore  
Concepit verbo verbum: ceu plantula storem,  
Conceptum peperit, sed nec minus alma remansit.  
Verbigena hinc Christus, pariterq; vocatus Iesus  
Est mortalis homo: Deus immortalis & idem.  
Vna etenim persona sibi, substantia duplex.  
Mortalem rapuit mors impia, mors crucis illa.  
Ast immortalis nequaquam obnoxia morti est.  
Quin vita functum corpus reparauit ab orco  
Perpetuam in vitam: nec ei dominabitur ultra  
Mors, quin & mortem deuila morte refringet.  
Ascalone quidem satus improbus ille feroci  
Herodes animo potuit vexare parentes,  
Moliri insidias puero: sed obesse nequit.  
Ante oculos aiium panduntur retia si ustra.  
Nam monitu angelico secedunt inde, priusquam  
Efferus in pueros crassetur cæde nefanda.

Sed

Dauidiados Lib. XI.

220

Sed quid agit & tantum non profecisset amando,  
Quantum odio profecit eis mucrone necando,  
Infantes cœsi, nec ad impia tartara missi,  
Sed superum sedes petiere crux coruscari.  
Martyrii roscam capiti meruere coronam.  
Euasit puer, ac phariis versatus in oris,  
E vita donec decesserit improbus ille.  
Infelicem animam tandem per mille dolores  
Excusit pluto, tenebrisq; retrusit in imis.  
Fletus amarus ubi, stridentq; ex frigore dentes.  
Angelico hinc monitu patriam remeauit ad urbem,  
Inde sinu Nazara suo Galilæia paruum.  
Excepit, fouit reducem florentibus herbis.  
Pulcher ibi, scitusq; puer puerilibus annis  
Floruit, Etatemq; super quandoq; resulfit.  
Signa potestatis dando miracula rara.  
Ne super etatem pro monstro appareat illis.  
Sicut ubi tenebris tegitur sol clarus opacis,  
Emicat interdum, radiisq; illuminat orbem.  
Conditur atq; rito, ne tempora nubila mutet,  
Ast ubi maturum Christo successerat aum,  
Principio sexti paulatim ostendere lustri  
Incepit se: & signis clarere per orbem.  
Nam pater ex alto, cum baptizatus ab unda  
Conscendit, coram multis astantibus, illic,  
Agnouit prolem, proprioq; confessus & ore.  
Spiritus e, cælo veniens super astigit illi.

E e 4

Bartholomæi Bottæ.

Expanse aliis multo cum lumine circum  
Lustrauitq; caput , placitaq; ibi sede quicuit :  
Qui Duce desertum petiit , tentandus ab hoste .  
Quadragesima dies quem ietunando lacefuit :  
Tum demum accedens sensu tentator inanis :  
Irrita tela dedit : nam cuncta retorxit in ipsum .  
Ancipiit gladio diuinæ legis Iesus .  
Effugit demon vietus , confusus abiuit ,  
Artibus iisq; vaifer nempe est aggressus Iesus .  
Nate Deo , e , duris panes his effice saxis ,  
Notus ut in terris diuum recolaris honore .  
Et sine pane , ( Dei verbo ) subiunget Iesus ,  
Vivit homo : veluti prisci vixere parentes ,  
Quadragesima annis dum versarentur heremo .  
Tunc assumpit eum , super & pinnacula templi .  
Constituit , dicens : saltu te mitte deorsum .  
Nam Deus alibus superis mandauit , in vlnas  
Ut te suscipiant , præceps ne offendere possis ,  
Et ne ledantur tua crura crepidine saxy .  
Præcipiti Sathan & tum respondebit Iesus .  
Cum facili cochlea pateat descensus ad ima ,  
Haud fas est tentare deum , & descendere saltu .  
Tunc iterum assumpit super alta cacumina montis  
Excelsi , vnde queant ingentia regna riederi ,  
Totius mundi : mea sunt hac omnia ( dicit  
Tentator ) tibi sceptra dabo super omnibus istis ,  
Te faciam dominatorem totius & orbis ;

Si

Dauidiados Lib. XI.

221

Si mihi sis supplex : & sime pronus adores ,  
Vade ( ait ) o Sathana : Dominum tu pronus adora ,  
Tu supplex colere , ac illi seruire memento .  
Tum vietus fugit mox & confusus abiuit ,  
Qui procul absriterant , dum luctaretur Iesus ,  
Protinus accedunt supera de sede ministri :  
Qui celeri motu quæcumq; paranda pararunt .  
Atq; ministrarunt Domino sine murmure leti .  
His recreatus herus , paruaq; quiete refectus ,  
Ad vada Iordanis rursus sacranda rediuit .  
Baptismo ipse suo multo meliore Ioannis .  
Quem tum mandarat seruari carcere trusum .  
Rex Herodiaden propter ; Galilæus ille  
Tetrarcha vxoris fraternæ turpis adulter .  
Dum correctorem nollet sufferre prophetam :  
Deniq; composito caput obruncavit honestum ,  
Iurisiurandi sub religione prophana .  
Indignum facinus ; caput id , quo haud sanctius ullum  
Heu saltatrici impensum est mercede choraulæ ?  
Debinc piscautores , verbi cum Rete potentis  
Piscari exorsus est Nazareius Heros :  
Quos piscautores hominum nota arte retenta  
Sedulus effecit : mutatis retibus illis ,  
Vndiq; concurrunt Iuuenes audire magistrum  
Non terrena ( velut pharisæa turba ) docentem ,  
Sed sanos mores , quibus ad celestia regna  
Expanse per iter virtutum scanditur alis .

Biffenos

Bartholomæi Bottæ.

Biffenos fratres numero secreteuit ab omni ,  
Et lustrauit eos , humilesq; leuauit in altum  
Culmen apostolicum , claves & habere polorum  
Imperiq; sui confortes imperat esse .  
Hisq; dedit vincire reos , & soluere vincitos .  
Isacides tribuum capita ut biffena reliquit .  
Sic Dauidiados nouus hic electa per orbem  
Omnibus in populis capita hec biffena reliquit ,  
Militia & suæ Ductores : hisq; cohortem  
Exiguam numero superaddidit , hosq; vocauit  
Discipulos tantum , tenui de nomine paruos :  
Effectu verò magnos , ac pondere rerum .  
Hi nec erant plures numero , quam legifer olim  
Ad regimen populi sibi coniunxisse refertur ,  
Et quot Helim palmæ , fontesq; fuisse feruntur .  
Fontibus his passim fuit omnis terra rigata  
Dulcibus iis caricis totus saturatus & orbis .  
Vrbibus ex cunctis videas accedere turbas ,  
Magnarum quidam ut videant miracula rerum ,  
Quidam infirmantum curari ut corpora poscant :  
Insidias quidam ut tendant , technasq; dolosas :  
In capita ipsorum insidie vertentur eorum .  
At sanos monitus alii æternamq; salutem  
Diuino optabunt haurire loquenlis ab ore .  
Ipse autem prudens , & seruantissimus æqui ,  
Veridicus doctor , variis sermonibus illos  
Mulcebat , sape & teclo paradigmate quosdam

Increpitans

Dauidiados Lib. XI.

222

Increpitans , pandit penetralia cordis eorum .

Cælorum dicit regnum simile esse satori :

Qui dum latiflœa per agrum sua semina spargit :

Pars iter attritum secus : inter saxa : vel inter

Pars spineta cadit ; cultis pars cetera glebis

Obtegitur : redet sola hæc pars ultima fructum

Multiplicem : quidam tricesimus exit , & alter

Sexagesimus , ast aliis centesimus exit .

Regnum etiam cali dixit simile esse serenti

Agricola , qui dum sereret , bona semina sparsit :

At cum dormirent homines , clam liuidus hostis

Praua superseuit Zizania , Githq; melanthion .

Infelix lolium , steriles & sparsit auenas .

Multaq; præterea indoctis paradigmata turbis .

Omnia quaæ caris scilicet exponit amicis .

Fælices oculi qui tum potuere videre

Sydeream faciem , vocesq; audire disertas .

Nam multi id Reges , multi id cupiere prophete ,

Nec potuere ; suis seruata nepotibus ista .

Quin etiam instabiles turbas cum sape videret

Velle quidem , nec posse sequi sua dogmata priscis

Anteriora , prior montem , conscendit in altum .

At comites fidi vestigia nota sequuntur .

Quos inter , viridi mox heros cespite sedet ,

Formosa expandens labia est sic ore loquutus .

Quam felix tumida qui non spirauerit aura ,

Dum iactat voces , & sesquipedalia verba .

AF

Bartholomæi Bottæ.

*A*st humili potius, dum spiritu inanis anhælat.  
*F*ælices humiles, & qui omnia sponte relinquunt.  
*N*am regnum cœli pars est mercedis eorum.  
*F*ælices etiam mansueti, mitibus agnis  
*P*ersimiles, quia viventum tellure frumentur.  
*L*uzentes etiam miseros (mirabile dictu).  
*D*icite fælices, quia consolabitur illos.  
*S*piritus, a summo veniens paraclitus olymbo.  
*E*t qui iustitiam esuriunt, sitiuntq; beati.  
*N*am saturabuntur, cum gloria fulserit illa.  
*F*ælices, & qui miseris succurrere norunt;  
*C*ompatiens succurret eis miserator ab alto.  
*P*ectore qui puro sunt, & mundo corde, beati.  
*N*amq; Deum cernent in maiestate nitentem.  
*T*unc facie ad faciem, & si nunc enigmate cernant.  
*S*unt quoq; pacifici fælices, semper oliuam  
*L*egati pacis referuntq; feruntq; virentem,  
*P*atre Deo nati merito dicentur & ipsi.  
*E*t qui iustitiam propter, patientur iniquos  
*I*nseñatores, poterunt simul esse beati.  
*N*amq; dabuntur eis cœlorum maxima regna.  
*V*osq; mei fratres cum se tabuntur iniqui,  
*C*um detractores maledicent, probraq; dira  
*I*actabunt falso in vos, nostrum propter amorem:  
*F*ælices eritis: & terq; quaterq; beati.  
*N*amq; erit in cœlis hinc vobis maxima merces.  
*M*ultaq; præterea sociis documenta salutis

Et

Dauidi ados Lib. XI.

223

*E*t meliora dabat nec enim dissoluere legem.  
*S*e venisse refert aut evacuare profetas:  
*V*erum quæ deerant, potius documenta replere  
*E*t promissa dare & referare inclusa sub illis:  
*P*erficere & perfecta minus: super addere & illis  
*C*onsilia alta quidem, veluti contemnere mundum:  
*O*mnia pro Christo terrena relinquere sponte:  
*S*eq; negare, leui dorsum supponere fasci,  
*C*eruicemq; ingo leni sua subdere colla.  
*A*Eq; suam portare crucem, cuicunq; paratam.  
*D*einde sequi angustum per iter vestigia Christi,  
*S*ic & ad angustum cœli contendere portam.  
*Q*uam nisi sarcinulis positis intrare camelli  
*H*aud poterunt gibbi, vel acus intrare foramen.  
*I*nserit hæc inter nonnunquam dogmata certa  
*S*inceræ fidei: qua vera trinus & unus  
*C*reditur esse Deus totius conditor orbis,  
*V*num principium, ac finis, dominator & unus,  
*V*na quidem natum Dei, substantiaq; vna,  
*V*na Dei maiestas æterna, omnipotensq;,  
*I*mmensa, incomprehensibilis, nec fabilis ulli.  
*T*res maiestatis personas esse docebit  
*D*iuinæ, patrem, verbum cum flamine sancto.  
*N*am pater omnipotens æterno ex pectore verbum  
*A*ëternum omnipotens genuit: processit & inde  
*S*piritus amborum nexus, communis amorq;  
*S*piritus ille calor, quo cuncta fouentur, aluntur  
*P*rincipium

Bartholomæi Bottæ .

Principium sine principio , & finis sine fine ,  
 Est deus omnifactor , trini dominator & orbis .  
 Hic pater omnipotens , verbum , quo cuncta creauit .  
 Et sine quo nihil est factum , per secula prisca  
 Ostendit paucis : tetra caligine mundum  
 Offuscante , virumq; animos oppresserat error .  
 Cum veri cultura Dei deserta fuisse ,  
 Maxima pars hominum solem , Lunamq; putarunt  
 Esse Deos , nec non fulgentia sydera cælo .  
 Hinc simulacra coli cæpere , idolaq; vana .  
 Et quod deterius demonia prava latenter  
 Illa subintrarunt , pro diis responsa dederunt .  
 Quin & Iudeæ regio tunc pars quota mundi  
 Vix retinere Dei veri , quam acceperat olim  
 Notitiam , à , paribus poterat : certantibus illis  
 Inuidiæ facibus super ambitionis honores .  
 Mammona preterea Hypocrita cum ventre colebat .  
 Discubitus illis primi , primeq; cathedræ  
 Semper erant cordi , sic purpura , sicq; Thiaras .  
 Hæc mala contemplans , mundum postumq; maligno ,  
 Errores hominum supera miseratus ab arce  
 Demisit verbum in cælis genitum sine matre ,  
 Filius ut matris fieret sine patre virili .  
 Sic Christus Deus est & homo de virginie factus .  
 Hic ego sum Christus ( dixit ) qui nuncio vobis  
 Omnibus aeternam pacem , aeternamq; salutem .  
 Expandi portas , aperiri , & regna polorum .

Eia

Dauidiados Lib. XI.

224

Eia agè preterita vita , veterumq; malorum  
 Ammodo peniteat , nostrosq; assumite mores .  
 Abluite & culpas clari Iordanis in vnda .  
 Nam nisi mundati per lympham & flamine sancto  
 Mox velut infantes geniti fueritis in vndis :  
 Cælica regna Dei nequaquam intrare potestis .  
 Deniq; tinxit eos proprio baptismate Christus .  
 Quid referam miracula mille patrata per vrbes  
 Ut sic pertentent tacitum noua gaudia peccati ?  
 Ille dedit visum cæcis , mutisq; loquellam .  
 Et claudis gressum : surdosq; audire coegit .  
 Ac turpi lepra infectos mundauit , & agros .  
 Omnes curauit quouis langore maligno .  
 Quos non Hippocrates , vel primus in arte Machaon  
 Sed neq; curasset validis podalirius herbis .  
 Ille vel Hydropicos fætenti humore grauatos ,  
 Imperio , aut tactu solo sine more leuabat .  
 Quin etiam dira paralysi peste solutos  
 Surgere confestim sanos , humerisq; grabatum  
 Tollere , sicq; domum validos repedare iubebat  
 Fimbria quin etiam leuiter vel tacta valebat  
 Sanguineos fluxus restinguere fonte perenni  
 Quos annis medici bisenis non valuerunt  
 Exsiccare , licet tentarint omnia doctæ  
 Experimenta artis , sed erant medicamina vana .  
 Consumptis opibus fuerat defessa relicta :  
 Deteriusq; valens post dorsum accessit ad illum

Plena

Plena fide, lîmbum tetigit : sanata recessit.  
 Hospiataq; ipsius facta est gratissima martha.  
 Tum solymam ascendit, solemnia festa quotannis  
 Cum sociis celebrare volens, vt priedicet vibi  
 Aduentumq; suum, Methanæam, & regna polorum.  
 Vtq; fidem faciant rerum miracula verbis,  
 Ut patris aeterni prolem se ostendat ab actu:  
 Pellit ab obcessis demonia pessima primum,  
 Nec sinit illa loqui, laudesq; refellit eorum,  
 Testis enim mendax miscet mendacia veris.  
 Vt tendat laqueos iis, quos cenodoxia vexat.  
 Egris optatam præstabat & inde salutem.  
 Imperio, taliue manus, febresq; fugabat.  
 Ille luto cæci nati loca luminis vnxit,  
 Præcepitq; petat Siloen, (mirabile visu)  
 Excepit lumen cæcus mox lotus in vnda.  
 Testis is est præcoq; valens virtutis Iesu  
 Dininæ: quin formidabilis hostibus ipsis,  
 Atq; supercilium stravit clamore secundo.  
 Deinde potestate diuinam ostendit Iesus  
 Multo maiorem, quando reuocauit ab imis  
 Faucibus inferni defuncto corpore manes.  
 Cum deploratam immatura morte puellam  
 Restituit patri, pro qua iam fleibile carmen  
 Tibicines mœsti patrio de more canebant.  
 Sicq; puer vidua spes matris & vnicæ proles  
 Iamq; vrbis porta elatus, tumuloq; propinquus,

Occurrit

Occurrit Domino Taburi de vertice montis  
 Cum sociis, magnaq; hominum stipante caterna  
 Tum descendenti, vt visus reuocatur ab orco,  
 Redditur & matri iam latæ: clamor ad auras  
 Turbarum ascendit nouus ecce profeta, reuicit,  
 Ipse suam plebem Deus: & descendit olympos.  
 Vrbibus hand solis sese monstrabat amicis  
 Fulgentem signis, mirabilibusq; nitentem  
 Tortentis patriæ vt Nazaræ, sicq; Capernis.  
 Sed tamen ante Canan signo Illustrarat aperto.  
 Vertit vbi lymphas in vinum: gloria dñi  
 Tum primum coram sociis patefacta refulxit.  
 Propagata dehinc etiam lustrauit hercum.  
 Cum quinque panes in millia quinq; virorum  
 Multiplicauit ita, vt saturatis deniq; turbis  
 Biffeni Cophini superarint fragmine letti:  
 His pro delitiis fuerant obsonia pisces,  
 Atq; iterum septem cum millia quattuor autis  
 Panibus excepit lauta, saturosq; remisit  
 Pisciculi pauci sunt addita pulpamenta.  
 Lecta de hinc sportas septem fragmenta replebant.  
 Quas voces saturata dabat? que carmina laudum  
 Ventrism amica nimis plebs illa? uocabat aluminum  
 Et magnum Regem, vatem, diuumq; sonabat.  
 Inde tamen modico post tempore, inania plebis  
 Viscera cum fierent, rixas ac bella ciebant.  
 Præcipue decertabant Mysteria sacri.

Cum referaret eis pānis ; quā mente retusa  
Non capiebantur : sed erat vox omnibus vīa ,  
Da nobis terrenum hunc pānem semper abunde .  
Ventrī at ingluīem quando improperebat Iesū ,  
Surgebant in eum , quis es ? aut quā signa dediti ?  
Nonne dedit Moses de cālo dulciss olim  
Manna ? quod angelicis manib⁹ scriptura paratum  
Est testata , tua hac mēliorem patrib⁹ escam ?  
At respondit eis : ego sum qui lapsus olymp⁹  
Descendi in terras , vt verus panis abundet .  
Ipse ego sum panis viuus , quem misit ab alto  
Omnipotens genitor , carni qui præparat omni  
Conuenientem escam : qui manducauerit ex me  
Vinet in aeternū : quin & si mortuus esset ,  
Surgeret : amissam uitam repararet in aūum .  
Non uobis Moses de cālo præstuit escam ;  
Sed pater ipse meus uerum dat ab æthere panem .  
Manna quid antiquis patrib⁹ tum profuit illud ?  
Omnes prostrati iacuere per antra ferarū .  
Vix duo sexcentis ex millibus euasere .  
Qui terram intrarunt promissam fertilis orā .  
Est caro nostra cibus , uerè dat pocula sanguis .  
Qui uescetur ea , & qui pocula sanguinis huius  
Hauserit , in nobis , in eoq; manebimus ipsi .  
Meq; uelut misit uiuens pater : atq; ego uino  
Cen propter patrem : sic qui manducat , & hausrat  
Hanc escam , potumq; meum , me propter & ipse  
Vinet

Vinet in aeternū , nec dira morte peribit .  
Quod nisi fili hominis ueteri quam traxit Adamo  
Sumpseritis carnem , calicem quoq; sanguinis eius  
Mors generi humano in uobis , prefixa , manebit .  
A Eternā uitam sine me , nec habebitis umquam  
Talia dum super hæc mysteria facrā referret .  
Litigio cepere simul contendere duro .  
Quo pacto poterit præstare quod asserit iste ?  
Humanam nobis lacero dare corpore carnem ?  
Fas erit humanum nobis hausrat cruxrem ?  
Terga debinc uertunt serpentes cætera , dictu  
Digna , uel auditu , mirabiliora relatu .  
Quidam etiam affeclē turbarum iuana secuti  
Verba , retro dorsum uano sub murmure uertunt .  
Quam durus sermon est huius ? quam uè apera uerba ?  
Quis nam ferre potest ? quæ aures audire loquentem ?  
Tunc ad bissenos conuersus , numquid abire  
Uos etiam vultis & procul ite & relinqnite solum ?  
Sed nec ero solus , genitor cum pncumate sancto  
Mecum erit alitum innumerabilia agmina mecum .  
Innumeræ charites quæ me comitantur ubiq;  
Petrus ad hæc , vita fons , o lux optima rerum  
Ad quemnam tristes te possumus ire relitto ?  
A Eternae vita tu nobis verba profaris ,  
Pollicitum nobis te Christum credimus esse .  
Teq; Deo natum saluatorem esse fatemur .  
Talibus auditis , petro subiunxit Iesus .

Bartholomæi Bottæ.

Tu petrus es , super hanc petram ædificabitur olim  
Præualitura fide & meritis Ecclesia nostra .  
Quam nullæ inferni poterunt subuertere porta ;  
Prebeboq; tibi claves pro munere magno  
Regni cælorum , ut quodcunq; ligaueris istic  
In terris : etiam in cælis mox esto ligatum .  
Quicquid & in terris tu solueris , esto solutum  
Protinus in cælis fixa hæc sententia nostra est.  
His dictis varias eius regionis in oras  
Cum sociis abiit , populos curando , docendo ,  
Nulli indulgebat verax ea lingua potentum ,  
Præcipue Hypocritas insectabatur auaros  
Primores etiam solumorum irreligiosos  
Increpitans atrio temploq; arcebat ab ipso .  
Quod male versantes , faciebant antra latronum ,  
Ilorum technas , adopertaq; furtæ retexit .  
Fænoris incrementa , irritamenta malorum .  
Vnde redargutis excanduit ira furorq;  
Concepere odium , & pepererunt tempore certo .  
Persimiles patribus qui quondam vera locutos  
Multoties ad se missos odere prophetas .  
His super addiuntur iam dudum non minus acres  
Inuidiæ simuli , fama resonante per vrbes  
Nomen , & eximias laudes , mirandaq; gesta .  
Turbarum accursus diuina ad verba fluentum .  
Sed magis atq; magis tunc succenduntur in ipsum ,  
Cum Marthæ fratrem defunctum eduxit ab orco ,  
Iam

Dauidiados Lib. XI.

227

Iam prope fæcentem , tumulo iam quatriduanum  
Tum miseri dixere inter se : nonne videtis ?  
Quod nil proficimus solerti intendere cura ?  
Hunc hominem constat tantis splendescere signis ,  
Inq; dies maiora ab eo portenta coruscant .  
Ipsius en sequitur totus vestigia mundus .  
Hoc etiam decerat . iam voce vocare sepultos ,  
Atq; exaudiri ? superas reuocarier auras ?  
Ulterius procedere si dimittimus illum .  
Iam credent in eum simul omnes : iamq; sequentur  
Ut Christum Regem . & nostris dominabitur oris .  
Protinus occiduo veniet Romanus ab orbe ,  
Ferreus ille ingens nitidis exercitus armis .  
Cunctorum domitor , belli insuperabilis arte ;  
Qui viætis terra penitus spoliabit opima ,  
Nescio quas gentem nostram traducet in oras .  
Hanc igitur pestem , e , medio tollamus , oportet .  
Eradamus eum , e , terra , caput omne malorum ,  
Illiis in panem lignum mittamus amarum .  
Si non profuerint artes , veniemus ad arma .  
Consilia hæc fecere in nostrum pessima Christum  
Turba sacerdotum nimio liuore grauati .  
Nec minus ardentes pharisæi peccatore duro  
Atq; saduciæ iurarunt insimul omnes  
Aduersus Dominum & Christum autremq; salutis .  
Perniciosa sinec Deus hæc consulta vigere .  
Atq; opere expleri , quia sic præuiderat ante :

Ff 3

Bartholomæi Bottæ.

Vt moriens Christus precioso sanguine soluat  
Humani generis pro toto tempore noxas.  
Vtq; pios manes redimat de carcere ceco.  
Si tibi nunc referam passim dulcissime lector  
Horrendam Christi mortem crucis : afera corda  
Quam Iudeorum sunt molitura , dolebis .  
Nec gemitus poteris compescere cordis anhelos .  
Ora rigabuntur lachrymis velut imbre profusis .  
Si tamen hanc etiam partem non abnus ; acri  
Robore premuni pectus : patienter & audi .  
Nam breuibus retegam duræ fastigia cædis .  
Dum solymi proceres tentabunt perdere Christum .  
Attamen ante domum turbis post pascha remissis :  
Ne grauis in populo caderet fortasse tumultus .  
Interea taciti templum patienter adire  
Cum sociis Christum , populumq; docere sedendo .  
Vt quasi securum caperent , debinc tempore viso .  
Verum hoc propositum mutare coegit Iudas .  
Troditor argenti qui spc frustratus inani  
Additus est sceleris comes : vlciscatur vt illum  
Furtiu ia&tum luchri , quem reddere pacti  
Denarios statuunt triginta , nobile tanti ,  
Id præcium domini , Christi , Ducis , atq; magistri ?  
Post extremam igitur cœnam qua discipulorum  
Loturus plantas multis testatus Iudam ,  
Cumq; simul veteris mysteria solueret agni :  
Instituit fidei nona mystica corporis almi ,  
Sanguinis atq; sui ; memores post fata minores

Quæ

Daudiados Lib. XI. 228

Quæ seruent , faciant , sumantq; , colantq; per æcum .  
Proditor Iscarioth dira vexatus Erynni .  
Protinus , e , medio exiuit , fratresq; reliquit ,  
Atq; adiit Caypham , peditesq; poposcit ab illo .  
Quos etiam instruxit , cui fixerit oscula , seruent ,  
Iniiciantq; manus : captumq; in vincula trudant .  
Ducendo & caueant , ne dilabatur ; vt olim .  
Cuncta sciens Christus socios hortatur & ipsos ,  
Quæ fuerant ventura pio sermone monebat .  
Atq; suo exemplo duros tolerare labores .  
Nam regnare datur , nisi post certamina dura .  
Egrediamur ( ait ) montemq; petamus oliuæ .  
Vtq; viatores hoc de torrente bibamus ,  
Propterea nostrum caput extolleatur in altum .  
Nocte suboscura mæstos sermone levabat .  
Quid facieris ( ait ) cum me circundabit armis  
Insperata cohors ? fugietis scandala passi ,  
Atq; relinquatis solum : sed non ego solus .  
Nam pater est mecum , qui me non deserit inquam .  
Diffugietis ( ait ) sic stat sententia vatis .  
Percusso pastore , greges sparguntur ubique .  
At contra Petrus nimio deuinctus amore  
Afferit audacter : rapiat licet hic paucor omnes :  
Hæc fuga me turpis non abste auulserit inquam .  
Certa mihi mens est , pro te diffundere vitam .  
Tunè Simon animam pones ? subiunxit Iesus ,  
Nocte ter inficias ibis me nosse , priusquam  
Bis vigil allector det nuncia signa diei .

Ff 4

Multaq; preterea iactabat inania petrus .  
Talia quærentes inter se proxima ceraunt  
Montis oliuferi loca : Gethsemanimq; tenebant .  
Tres secum assumpit , socrorum hic parte relata .  
Ut leuius possent procul euitare pericla .  
His tribus assumptis tristes narrare querellas  
Incepit , moestos illi ostendere vultus ,  
Atq; necis diræ contractum corde dolorem .  
Dehinc vigilare monens vix est auulsus ab illis .  
Ad lapidis iactum genua atq; labantia fixit .  
Oret ut ad patrem , quæ suggesterit , omnibus agra .  
Ægra caro vellet tam duram euadere cædem .  
Hoc informe crucis letum mens omnis abhorret .  
Non tamen hec hominis mea , sed diuina voluntas  
Fiat in æternum tua : qua reparare iubemur  
Humani generis iacturam sanguine nostro .  
Quid tibi plura feram ? iam passio dura propinquat .  
Sanguineas , e , fronte dabat mens anxia guttas .  
Sed tamen a superis firmatus ab alite missa .  
Robore percepto sic deinceps obuius ibat  
Hostibus intrepidus , mala quæq; paratus adire .  
Ecce repente cohors armato milite multo .  
Iscariotæ duce aduenit , quæruntq; latentem .  
Impiger occurrit dicens quem quæritis , ad sum .  
Territa voce cohors diui (mirabile visu )  
Retrosum ruit , vt turres a fulminis ictu .  
Iussa tam: n surgit : nec casu mitior ipso

Infiemite,

Infremuit , iecitq; manus , rapuitq; volentem .  
Vinxit ei palmas retrorsum more latronum .  
Per spinas pedibus nudis per saxa trahebant .  
Aspersi maduere vepres & saxa cruento .  
Defessus tandem , primum est pertrallus ad Annam  
Pontificem Caiphæ sacerorum , a quo deinde rogatus  
Reffonsum ob verum mala pulsatur : & illic  
Turbato abnuitur nimia formidine petro .  
Quem dulci intuitu flentem reuocauit amare .  
Pontificem ad rabidum Caipham reieclitus ab Anna  
Sistitur: intus vbi cetus confederat omnis ,  
Concilium horrendum scribarum & phariseorum ,  
Cumq; Saducæis seniorum turba sedebat .  
Atq; sacerdotes in eum iam torna tuentes  
Insurgunt primi : sed aperta calunnia falsos  
Arguit , inde alii , atq; alii noua crimina fingant .  
Quæ falsi testes mendaci voce probabant .  
Stabat ibi tacitus velut agnus uitius Iesus .  
Tum ferus , e solio vultu gestuq; minaci  
Impatiens iræ Cayphas surrexit in illum .  
Increpitans & ait , quid tu alta silentia ducis ?  
Crimina non audis ? num cuncta tacendo fateris ?  
Filius es nè Dei ? iam ediffere vera roganti ?  
Fare age , quid mussas ? tempusq; tacendo moraris ?  
Te simul adiuro per non effabile numen .  
Ut dicas nobis , an vere missus olymbo  
Vera Dei soboles tu sis & certa propago ?

Tunc

Tunc summi patris reuerens id nomen Iesus,  
Sic est ( vt dicens ) maiora videbitis ( inquam )  
Hunc hominis natum alta maiestate sedere  
A dextris domini ( cœu rates dixerat olim )  
Nubibus inq; poli venientem cernet eundem  
Omnis homo , plagas & qui pupugere videbunt .  
Horridus hic summus præcisa ueste sacerdos  
Blasphemauit . ( ait ) quid oportet querere testes ?  
Impia num uestras blasfemia perculit aures ?  
Esse reum mortis clamarunt illicet omnes .  
In siluere in eum pulsantes vndiq; sacrum  
Corpus , & vngue genas laniabant more leonum ,  
Tulabraq; fœdabant sputis fætentibus ora .  
Percussæ pugnis malæ colaphisq; tumebant .  
Concussi dentes alapis , caput vndiq; quassum ,  
Disiecti crines , mento diuulsaq; Barba .  
Mane trahunt vinclum manibus post terga ligatis  
Præsidis ante fores : prætendunt crimina multa .  
Quod gentem totam subuerterit , a Galilea  
Vsq; Hierosolymam : quod non soluenda tributa  
Censuerit : Christum Regem se dixerit esse ,  
Credere sed renuit præses : nam soluere censum  
Quis prohibere potest ? Regem sine schemate spenit ,  
Herodem ad Regem Galileum missit Iesum .  
Quem Iudeorum manus indefessa sequitur est .  
Certa mori potius , quam sic desistere ceptis .  
Herodem ante Ducem sceleratum , sifflatur insons .

Sustulerat

Sustulerat vatem magnum paulo ante Ioannem :  
Quem tollat , vates nunc sifflatur alter Iesus .  
Plurima quem blandæ rogitans cœu subdola vulpes  
Illaqueare cupit , potius vel signa videre .  
Quæ dudum audierat per eum patrata fuisse .  
Si verè lymphas in vinum vertere nosti .  
Inquiet , hunc calicem si verteris : eripiam te .  
Et si multiplicas panem , imple pane canistrum ,  
Mecum eris in primis , te carum exercitus omnis  
Ut patrem colet : vtq; Ducem te optabit habere .  
Lumina si cæcis ? Lusco huic quoq; redde ministro .  
Cur mihi de multis saltem non annuis vnum ?  
Infirmum incolorem vel redde , vel erige claudum .  
Multæ quoq; irridens seniorum catus in illum  
Obiiciebat ei , miracula vana ferebat .  
Esse sibi , aut aliis numquam potuisse salutem .  
Ille autem tacitus minime alta silentia rupit .  
Nullaq; signa dedit , quia erant demptura salutem .  
Herodes illum paruerq; exercitus eius  
Despiciens tanquam morum insipientis amictu  
Induit : atq; caua decorauit arundine dextram .  
Romanoq; Duci pacatus ab vrbe remittere .  
Christus vt inspiens , summi sapientia patris .  
Ecce iterum vinclitus per strata retractus ad arcem .  
Vix audiis ereptus erat de faucibus vrsi ,  
Tigribus hircanis datus est , saeoq; Leoni ,

Presidis

Præsidis ergo iterum cum sifstetur ante tribunal:  
 Conclamant, crucifige reum, crucifige pilate:  
 Impaciens iræ iudex, vos tollite (dicit.)  
 Tollite vos potius, vestrum crucifigite Christum.  
 Namq; ego non reperi tam diræ mortis in ipsum  
 Vrgentem causam nostris sub legibus ullam.  
 Utq; ego coniicio, reperiri posse negarim.  
 Nec verò Herodes vestrans examine multo  
 comperit esse necis dignum, nobisq; remisit.  
 Emendatum igitur iam dimittamus abire.  
 At suclamarunt scribæ: dimittis abire?  
 Cæsar, o, præses, qui se Regem esse fatetur?  
 Ast ille inconstans animi, rogauit & vnde  
 Ortum habeat: vel quo (si Rex) dominetur in orbe?  
 Incertus tandem quid agat, paulumq; moratus  
 Nec bene perceptis responsis eius, ad illos  
 Regreditur: rursumq; alio sermone salutem  
 Quarere si possit: quid enim tentare nocebat?  
 Poscere moris erat populo tunc temporis vnum  
 Quem magis optarant solui de carcere vntum:  
 Demeritosq; alios lignum sustollere in altum.  
 Fiebam autem hec proper pæschalia festa.  
 Seu reminiscentes q; digredientibus illis  
 Partibus, e, pharii, quidam perierte per vndas.  
 Euasere alii settis cedentibus vndis.  
 Romulides ad eos memores esote, q; vnum  
 E vinclis (inquit) poscetis abire solutum.

No

Non hic; sed Barabas potius soluendus abibit,  
 Clamat Con Barabas potius mittatur abire.  
 Pessimus ille latro atq; homicida sinatur abire?  
 Proh scelus & contra leges damnabitur insons?  
 Ast illi contra, tollent ad sydera voces,  
 Quem non iure queunt rabido clamore resellent.  
 Vocibus iis vitta est constantia iudicis aqui.  
 Vnde ratus tantas non posse quietere voces  
 Iam nisi supplicio miseri; iubet introduci,  
 Atq; flagellari ad plantas a vertice summo.  
 Protinus exutum statuunt Christum ante columnam,  
 Deuinatum cedunt flagris miserabile corpus.  
 Carnibus heu laceris sanguis fluit vndiq; riuis,  
 Vndiq; currentes famuli penetralia linquunt.  
 Tota cohors excita ruit prætoria ad illum.  
 Illudunt capto conuicia, scommata in illum  
 Torta retorta fluunt, subsannant atq; cruentum.  
 Stemmate regali Ludicro deinde notarunt  
 Quod Iudeorum regnum affectauerit ante.  
 Quod se se Regem prædixerit esse futurum.  
 Propterea tectum clamide & super induit illum  
 Purpura longa, pedes qua late contegat imos.  
 Figitur & capiti spinis intorta corona.  
 Proscæpro dextræ datur & fluvialis arundo.  
 Regisco cultu instruunt folioq; locatum  
 Gramineq; coram nudato vertice ringunt.  
 Ore salutantes pulsabant pectora pugnis:

Te

## Bartholomæi Bottæ.

Te Iudeorum Regem saluere iubemus  
 Lictores dicunt, & flexo poplite coram  
 Sicu adorantes sputis fætentibus ora  
 Ora decus cœli minime maculare timebunt.  
 Tunc etiam famuli fingentes Regia Christo  
 Obsequia : impingunt colaphos , alapq; repingunt .  
 Ast alios videas ; a , mento vellere borbam ,  
 Sanguine concretos capite & discerpere crines ,  
 Tempora quassari pugnis , & arundine rapta  
 De manibus , tundi sacrum caput , atq; retundi .  
 Tuluere fædatam faciem quis non fleat illam ?  
 Quæ nitida specie stellantia sydera vincit ?  
 Turpatam sputis faciem quis non fleat illam ?  
 Qua mortalis homo nec erat speciosior ullus ?  
 Quis faciem pugnis , colaphis alapisq; tumentem  
 Non fleat ? illam inquam faciem quam lumine certo  
 Et super aetherei catus cherubin , seraphinq;  
 Prospicere exoptant , delefanturq; tueri .  
 Hanc tamen & siccis oculis spectare pilatus ,  
 Et scriba potuere , ac deridere sequaces .  
 Eduxere foras lacerum crudeliter ora ,  
 Effossumq; caput spinis , corpusq; cruentum ,  
 Purpureo testum ludicro corpus amictu .  
 Trux ea gens , in eum nulla pietate mouetur .  
 Quin potius rabido rugiit turbata furore .  
 Et crucifigatur repetunt clamore frequenti ;  
 Et si non nunquam responderit ipse pilatus .

Mitior

## Dauidiados Lib. XI.

232

Mitior , insontemq; virum nil tale mereri .  
 Quid tamen effecit ? quia suggestit impia turba  
 Hunc tu dcede neci : nam sacra lege iubetur .  
 Occidi quicunque Deum se dixerit esse ,  
 Progenitumque Deo ; velut afferit iste scelestus .  
 Qua propter crucifige reum , crucifige merentem .  
 Quas non in facies se verterit ipse pilatus ?  
 Pallidaq; ora metu sunt præsaga futuri .  
 Nam veniet tempus , quando hæc patrasse pigebit .  
 Introducit eum rursus , disquirit ab illo .  
 Vnde domo ? quisnam ? vel qua sit origine cretus ?  
 Responso sed eum minime dignatus Iesus .  
 Auersam faciem crudo flectebat ab ore .  
 Continuo spreti turgebant ora Leonis .  
 Utq; erat impatiens , subitam excandescit in iram .  
 Non mihi faris ( ait ) & menè aspernaris amicum ?  
 Quanta sit in terris hæc nostra potentia , nescis ?  
 Ut crucifigaris , vel dimittaris abire ,  
 In nostro sedet arbitrio : hæc est nostra potestas .  
 Fare age quid venias ? qui sis ? quo sanguine cretus ?  
 Agnus ad hec grauiore sono respondit Iesus .  
 Arbitrium nullum ( ne magnificeris ) haberes .  
 In me : nec tibi de terra foretulla potestas ,  
 Desuper , e , cælo tibi ni concessa fuisse .  
 Responsis agni sedata est ira leonis .  
 Romulides igitur satagebat soluere Christum .  
 Precipue consorte thori mandante marico .

Nil

Bartholomæi Bottæ.

Nil tibi cum iusto fraudis dulcissime coniux  
 Ne noceas iusto, quia mea somnia terrent.  
 Semisopita thoro te discedente relitta  
 In somnis vidi mitem a pastoribus agnum  
 Ante meos oculos crudeliter esse peremptum.  
 Pastoresq; super mox irruit vltio digna.  
 Horrida tempestas caelo rugiente suborta est.  
 Pastores rapido quæ fulmine adegit ad umbras.  
 Latrantesq; canes cælestis flammæ voravit.  
 Quem crucifigendum Iudei vocibus instant,  
 Agnus is est iustus: vos obruet vltio digna.  
 Vocibus his pulsus, magis & suadente pilatus  
 Iustitia, incolument querit dimittere Iesum.  
 Iudei contra nittuntur, abi refrémtes  
 Si finis hunc nunquam te Augustus Cesar amabit.  
 Omnis enim qui se Regem facit: esse rebellem  
 Romano Regi, constat: crucifige rebcllem.  
 Tolle hunc preses, tolle hunc, crucifige merentem.  
 Talibus auditis clamoribus, aqua pilato  
 De christo excussa est penitus sententia mentis.  
 Formidabat enim, ne si dimitteret illum,  
 Admonitus Cesar pulsum revocaret ad urbem,  
 Et velut infidum forsitan, puniret acerba.  
 Ergo lithostratum pelle pro pelle daturus  
 Ascendit Index turbata mente tribunal.  
 Circonstant populi, stat viettina mitis Iesus.  
 En Rex uester adest (dixit) dimittimus illum?

A&B

Dauidiados Lib. X.

233

Ast illi obliquis oculis & torua tuentes,  
 Clamabant crucifige Regum, crucifige merentem.  
 Quæ noua senitia est? Regem crucifigere vestrum?  
 Nolumus hunc Regem: Rex nobis casar abunde est.  
 Subiicient turbæ, tolle hunc, tolle, & crucifige.  
 Tunc vietus preses, lymphas afferte ministri  
 Ecce manus coram vobis a sanguine iusti  
 Ablinius (dixit) vos vltio digna prebendat.  
 Nos super hic sanguis, nos hac vindicta manebit.  
 Atq; super natos finito rnat vltio nostros.  
 Mox tuba terribilem sonitum dedit: audiat omnis  
 Iudicium horrendum, sententia dira legatur.  
 Hunc Indorum Regem suspendere ligno.  
 Lesa maiestate rerum crucifigere mando.  
 Tollite lictores, Christum crucifigite Regem.  
 Protinus hunc rapient lictores, atq; paratum  
 Imponunt humeris graue lignum nuper ab undis.  
 Bethsaidæ emersum, de quo prædicterat olim  
 Fatidico monitu Salomoni Austræa Sybilla.  
 Suspensum Regem cedrus hac erecta tenebit.  
 Crimine quo finem Salomon tua regna tenebunt.  
 Heu species horrenda Ducis, quem turba ligatum  
 Oppressumq; graui ligno trahit inter iniquos.  
 Hunc tamen & matrum flentes pia turba sequuta esto.  
 Quas miserans Christus gemebundo est ore loquitus,  
 Flete Sionæ & solymorumq; inclyta proles  
 Flete super vos ipsas, non me deflat villa.

G2

Ecce dies venient, steriles vos quando beatas.  
 Que non lactarunt feliciaq; vbera natos.  
 Estis dictarie, nec non & mortibus istis.  
 O, tradite, opprimite, & vestris tumultate ruinis.  
 Ne malavientes tumulo grauiora feramis.  
 Si viride hoc lignum flammis exuritur istis.  
 Arida vos fomenta quibus cruciatibus angent?  
 Talia dicentem pugnis ac verbere multo.  
 Carnifex & fune trahiunt ad Golgota montem.  
 Fessus at ille tamen grauiori ac pondere pressus  
 Concidit in terram genibus sub poplite flexis.  
 Surgere nec potuit stimulis virginibus inde.  
 Donec supposito huic oneri simone leuarunt.  
 Est locus in summo montis catuaria dictus,  
 Caluicies cærorum hominum quod rbiq; iacerent.  
 Non quia depositum prothoplasti craniion illuc.  
 Arba quod tenuit magnis cum patribus olim.  
 Suplicii locus hic, quo vix protrattus Iesus.  
 Exiuit cum veste cutis connexa cruori.  
 Artibus excisis seu gluten adhaerat illi,  
 Nudus & extensus, vélut ebrius ante Noe,  
 Membra super ligno clavis confixa fuere.  
 Cedrus habet corpus, sed brachia robur oliue,  
 Stipite ferale crux figitur inde cupresso.  
 Spectaculum horrendum ligno suspensus Iesus.  
 Et crux ut riui manebat corpore toto.  
 Hæc amor, hec pietas sufferre impellit amantem.

Additum

Additur his titulus qui causam mortis adumbret,  
 Rex Iudeorum est hic Nazareus Iesus.  
 Non erat acceptus titulus primoribus iste.  
 Vnde reformati repetita voce reposcent.  
 Nec tamen huic voto preses consensit, utq;  
 Esse nephias duco, titulum corruptere, verum.  
 Quod scripsi, scripti: culpa hæc iniuria vestra.  
 Rex Iudeorum est nolitis, siue velitis.  
 Cum sit culitorum Rex designatus ab alto.  
 Namq; & pro cunctis oravit Miles Iesus.  
 Suscipe sancte parens holocaustum pinguis agno:  
 Dele hominum culpas, nos troq; cruore lauentur.  
 Humani generis fundes: redimantur & indo.  
 Carcere captiui precioso sanguine dostro.  
 Adduntur precibus lacrymae, suspiria, vota.  
 Cum clamore dehinc valido super hostibus ipsiis  
 Diffundi veniam orabat, miserescimus ultra.  
 Ignari quid agant, pater his ignoscere precamur.  
 Audiit has voces pater, atq; exaudiit illas.  
 Carnifices autem nulla pietate moueri.  
 Vocibus his cernas, potius deludere fixo,  
 Partiri vestes, tunicam decernere sorte.  
 Textilis hec tunica, a, summo inconsutilis ore,  
 Extremum ad Lymbum, quam mater neusrat olim.  
 Texueratq; simul renoluto pecline crêbro.  
 Heu quibus hec oculis genitrix pia, mater amata  
 Suspicias en gnatilacerum tua viscera corpus?

Gg 2

Te corum lictor tincto spoliabat amictu,  
 Concretam pellem crudus cum veste trahebat,  
 Te presente crucis nudum extendebat in aro,  
 Quem tu vestieras trabea sine fodiibus alba,  
 Nunc detur patrum, clavis configere sentis.  
 Quæ tibi sancta parens tunc mens erat & ense doloris?  
 Transfigebantur valido tua pectora ab iœtu.  
 Tunc implebantur pristorum carmina vatuum.  
 Et cum sublatum manantem sanguine cernis,  
 Fædatam faciem sputis, fluidoq; crudore.  
 Sydereos oculos vicina morte nigrantes,  
 Quid tibi tunc cordi & dolor ut penetrabile telum?  
 Anxetas, lachrymæ, gemitus, suspiria multa;  
 Omnia quæ gnatus ligno speculatus ab alto  
 Discipulumq; videns dilectum astare Ioannem,  
 Ut pius his verbis sic est affatus virumque.  
 Filius, o, mulier deinceps tuus esto Ioannes.  
 Hec tibi mater erit mi dilectissime fili.  
 Exigua hac duri casus solatia sunt.  
 Blasfemi interea nonnulla indigna relatu  
 Pretereundo viam iactabant scommata in illum.  
 Euge euax euge hic alios saluauerit, esto.  
 Euge se saluum faciat modo: nonne se ipsum  
 Ante decet medicum curare & aliosq; deinde?  
 Sed neq; suspensus valet hic saluare seipsum  
 Ergo nec ante alios verè saluauerat, Euge.  
 Cum scribis etiam pharisei hac voce profari

Si Deus est, natusq; Deo, se liberet ipsum:  
 Si Pater est illi Deus, eius vincula soluat.  
 De cruce, & in columnem iubeat descendere natum.  
 Tum credemus ei: quia verè est filius eius.  
 Sed quia nec potis est solus saluare seipsum,  
 Nec pater omnipotens inbet hunc descendere ligno.  
 Expressum indicium est fuerit q; numinis expers.  
 Talia iactabunt in eum conuicia scribæ.  
 Ignari rerum, vatuum, fatiq; futuri.  
 Tunc adeo vilis, nauciq; putatus Iesus?  
 Audeat ut latro pariter suspensus, in illum  
 Spicula contemptus inocularier & euge propheta.  
 Si genitore Deo verè satus es, misericordia tuiq;  
 Et nostri miserere, simul saluemur & ipsi.  
 A dextris autem latro prope pendulus alter,  
 Haesit ut interius lumen pendentis Iesu.  
 Subtristis contra sic est effatus: amice.  
 Quod loqueris nescis, virtutem numine plenam  
 Non capis insonis dira caligine cæcus.  
 Participem sceleris similis te pena manebit.  
 Nos etenim factis condigna recepiimus ipsi.  
 Pendeat iste licet nobiscum, non tamen illi  
 Criminis Vllius labes: nil fecit iniquum.  
 Arguit his socium: post hac conuersus ad ipsum  
 Pendente inulta Christum, diuumq; fatetur  
 Eius adorando numen, supplexq; rogando.  
 Christæ memento mei, in regnum cum veneris illud

Quod tibi debetur per secula cuncta beatum.  
 Annuit his Christus votis misissimus unus,  
 Nec designatus vocem exaudire latronis,  
 Incisurandi sub religione sacrati  
 Tollitus, te hodie mecum paradisus habebit.  
 O peccatores qui delinquendo fecisti.  
 Estis latronem, similes estote precando.  
 Vos Metanea vocat, vitam mutare priorem.  
 Et veniam sperare, et cœlica regna licebit.  
 Interea Christus tanta haec conuictia passus.  
 Atq; laceffitus diris sine fine canillis.  
 Fudit apud patrem tristes ex ore querelas.  
 Mi Deus alme parens quare sic desoror abs te?  
 Nec plura bis: genitor faciem qua cuncta serenari.  
 Auerit terris, iussiq; recedere solem.  
 Ac lunam, et stellas: tenebrasq; induxit in orbem,  
 Densas, et quales nec passa ægyptia tellus.  
 Vrum lictores auditæ roce querentis  
 Sed non percepta, videas mox surgere Endo,  
 Tela manu capere, et clipeis inducere leuas.  
 Inq; vicem se sc. bortari, Ecce vocavit Heliam?  
 Tollere ne forsitan veniat (caueantus) Helias.  
 Christus at aduertens ratum responsa repleri,  
 Hoc etiam attendens ut adimpleretur agoni.  
 Quod solum dcerat (sitio) clamauit ab aliis  
 Quo suspensus erat ligno: tum protinus illi  
 Accurrunt, properataq; pocula fellis amari.

Acti

Acri admixta mero pretendunt: tristis at ille  
 Libavit tantum, potusq; refellit amaros.  
 vinea lecta foreb studio plantata salubri  
 Et bene culta diu domino que dulcia vina  
 Reddere debueras, nigro impingnata veneno.  
 Pocula amara necis reddis et pro nectare spinas.  
 Languidus, a, sexta nonam deferbuit vsq;  
 Dehinc consumatum est (clamauit) ut omnia ratum.  
 Priscorum completa fore alta oracula norint.  
 Atq; futurorum completas esse figuras.  
 Ingenti demum clamore erexitus ad ipsum  
 Progenitorem: postremum quod te alloquor hoc est.  
 Adhuc summe parens, spirantem respice natum.  
 Namq; tibi commando animam, tu suscipe dextra:  
 Susceptamq; sinu patrum pro tempore conde.  
 His dictis animam emissit, caput inclinando.  
 Horrexit toniru calum, tremefacta q; tellus.  
 Morte sui domini confelta dolore gemiseit.  
 Immensiq; maris mota insonuere profunda.  
 Pulsu tremore magis fremuerunt infera regna.  
 Terribili motu terra ima sepulchra debiſeunt.  
 Vnde die terna exilierunt corpora multa.  
 Horrida tum magna franguntur et ossa parentis,  
 Inq; duas partes tunc, a summo vsq; deorsum  
 Scinditur id velum templi, quo sancta teguntur.  
 Centurio obſtupuit cernens hec omnia signa.  
 Atq; exclamauit. Deus hic, aut filius eius.

Gg 4

Vera dei soboles dubio procu<sup>r</sup>, aut Deus ipse est.  
 Multi etiam ex turba planxerunt peccata pugnis.  
 Atq; recedentes clamabunt, pro scelus ingens?  
 Admissum est hodie, a nobis: occidimus ecce  
 Autorem vita, disoluimus atq; latronem.  
 Indignum facinus nullisq; piabile sacris?  
 Interea cœli ciues superumq; ministri  
 Cernentes faciem qua latabantur herilem  
 Deiccam, exanguem, & mortis pallore profusam,  
 Fletibus affluis vestes, atq; ora rigabant.  
 Exposuere patri tristem de gente querelam.  
 Hecce plebs ingrata Deo promunere reddis?  
 Hec benefactori Domino tua premia suntu?  
 Te Deus, e, phariis captiuam exemerat oris:  
 Aspera tu domino iecisti vincula collo?  
 Te siccis pedibus ventosa per aquora vexit:  
 Tu per torrentis traxisti saxa cruentum?  
 Ille tuo capiti ex auro gemmisq; coronam,  
 Tu vero ex spinis pungentibus infixisti.  
 Ille tuis manibus sceptrum donauit eburnum,  
 At tu pro sceptro præsigis arundine dextram?  
 Te magnum Regem superatis hostibus vnxit,  
 Abs te ludicro derisus Regulus ipse est.  
 Sepe tyrannorum repulisse flagella potentum  
 Dura tuo dorso armati bene nonimus ipsi.  
 Tu vero duris potuisti ingrate flagellis  
 Dilacerare tuum dominum vel corpore toto?

Serpentem Dominus pro te exaltauit ab ænum.  
 Ne te serpentum lacerarent ora veneno,  
 Tu vero Dominum in cruce pro serpente leuasti.  
 Vipereis lingua tu mortibus ecce necasti?  
 Purpureis croceisq; stolis te vestiit ille:  
 Verbere tu Dominum vestisti ac sanguine nudum.  
 Quid plura his? vitam tibi præstis illi beatam?  
 Tu miseram mortem letumq; informe dedisti?  
 Hec superathorei ciues Christiq; ministri  
 Exposcunt: quibus alitonans sic ore locutus.  
 Este pii, non hec veniunt sine numine nostro,  
 Hauriet effusum gens hæc peruersa cruorem.  
 Sanguine nec rabiem diram faciauerit hausto.  
 Pulsarunt faciles infesti præsidis aures  
 Sub specie simulata religionis auia:  
 Dicentes, nosti quam sit celeberrima nobis  
 Craftina lux, qua dedebeat pendere peremptos  
 In cruce: perfungi tribus illis crura iubeto,  
 Ut tolli possint, & humari, vel scrobe mergi.  
 Lumina ne ledant humana horrore perempti.  
 Annuit his preses: confringunt crura duobus  
 Missi lietores hinc, & pendentibus illinc.  
 Defunctum at Christum, vel lumina clausa videntes.  
 Demissumq; caput, nec membra tremore moueri,  
 Crura nec illius confringunt: sed tamen vnuis  
 Nymine longinus ferro latus haurit apertum.  
 Unde repente crux mixtum manavit, & vnda.

Bartholomæi Bottæ :

Sanguis & vnda fluens nostra instrumenta salutis.  
Sanguis erit præcium quo homines redimetur ab hoste  
Concretas fôrdes mundabit & vnda salubris.  
Inde fluunt septem nona sacramenta salutis.  
Ut latere effosso prothoplasti est edita coniuncta.  
Sic latere effosso coniuncta ecclesia Christi.  
Dum formaretur, Christum sponor altus habebat.  
Fœlix longinus oculis collyria lippis.  
Inuenit meliora, sacrai aspergine roris.  
Sanguine luminibus sparsis ophalmia cessit.  
Panituit violasse latus ferrugine sacrum.  
Vim tamen expertus fluidas in casside guttas.  
Sanguinis exceptit, quas Manuæ dives habet nunc.  
Sanguinis hinc Christi mysteria condita sacra.  
Corpore nam Christi cœlesti ut pane cibamur.  
Sanguine sic Christi latantur pectora nostra.  
Tristitia istius seculi ne absorbeat vlla.  
Vespere Iosephus Rhamatha regressus ab urbe.  
Dives opum, fidei sed ditior, aulicus vñus.  
Qui non annuerat seniorum fraudibus illis,  
Hastenus & quamvis se se cœlauerit esse  
Christi discipulum, procerum formidine tentus.  
Non tamen hoc casu se dissimulauit amicum.  
Iuit enim audacter Romani ad presidis aquam  
Donariq; sibi miserabile corpus humandum.  
Oravit, facile id preses concessit: at illi sub  
Se socium iungit Nicodemus: & ambo profecti.

Supplicii

Dauidiados Lib. XI.

238

Suppliciis ad montem quem dicunt Golgotha tristes  
Inuenient matrem miserisq; astare sorores  
Ante crucem horrendam predilectum atq; Ioannem  
Et flentes cernunt, plangentes pectora pugnis.  
Ast Magdalena super omnes ora rigantem,  
Diffusos humeris crines, pallamq; rigentem  
Sanguine concreto stillantibus vndiq; guttis  
De cruce, quam manibus iunctis amplexa tenebat.  
Has quantum poterant consolabantur amici.  
Grandibus ipsi etiam rorabant tempora guttis.  
De hinc se operi accingunt, schalis hinc inde locatis.  
Nituntur gradibus, deducunt forcipe clavos.  
Amplexi lacerum & pendentia brachia, corpus  
Ex cruce diuellunt suspiria multa trahentes.  
Inq; sinum matris frigentia membra reponunt.  
Heu quis ego? ut referam genitricis flebile carmen?  
Non potero, nisi tu mea musa Thcocharis adsis:  
Tu pia, compatiens, & mater adesto canenti.  
Heu complexa sui corpus miserabile nati.  
Flebilis alma parens tales dabat ore querelas.  
Fili dulcis amor, mea lux, mea viscera cara  
Nate virum decus: heu quantum mutatus ab illo  
Quem colucre Magi, nostris dum pendulus vlnis  
Tam speciosus eras, & maiestate tremendus.  
Est ubi nunc species? vbinam decus oris honestum?  
Est ubi nunc facies diuina? ubi lumina clara?  
Eulgur ubi ex oculis? quo terrebantur iniqui?

Corporis

Bartholomæi Bottæ.

Corporis est vbi vis? vbi forma? decusq; vigorg;?  
 Omnia nate tibi, atq; mibi breuis abstulit hora:  
 Iudei crudeles? impia turba ministri?  
 O sezi scribæ, pharisæi, pontificesq;  
 In vos quid potuit mens hic admittere tantum?  
 Filius? iniustas voluissis sumere penas?  
 Ingrati, gnato dederat qui lumina cæcis.  
 Lumen ademisis: surdis qui expanderat aures.  
 Illi obturassis: mutis qui deinde loquela  
 Reddiderat, mutum fecisis, & absq; loquela.  
 Et qui leprosos turpes mundauerat, illum.  
 Fecisis turpem leprosum verbere duro.  
 Deniq; qui vita functos reuocarat ab orco:  
 Vos intersecisis eum, & missis ad orcum.  
 Insonteis & insulm vos impia turba necastis.  
 Extintus, totos lacerum crudeliter artus.  
 Defleat omnis homo: natum vos plangite matres.  
 Flete viri mecum, pueri innuptaq; puelli.  
 Saxa fleant, montes resonent plangoribus altis.  
 Ipsa fleat tellus, lachrymis exestuet aquor.  
 Efundat largos imbres & turbidus aer.  
 Singultus ether, reddant suspiria, cœli.  
 Angeliciq; chori dominum vos plangite vestrum.  
 Angele mi Gabriel, super omnes esse futuram.  
 Qui me dixisti fælicem: iam super omnes.  
 Sum misera: occisum natum complector in vlnis.  
 Talia deflenti, tenui demissa fusurro.

Vox

Daudiados Lib. XI.

239

Vox matri illapsa est, tantis iam parce querelis.  
 Parce parens lachrymis: tuus ecce resurget Iesus,  
 Tertia cum noctis tenèbris aurora fugarit,  
 Fulgentem natum rediunum mater habebis.  
 Annuit oracio super omnes anxia matres.  
 Consolata parens hac spe, poscentibus ultro  
 Curandum grati corpus tum porrigit agra.  
 Attulerat suaves myrræ Nicodemus odores.  
 Atq; aloes libras prope centum, his ungere corpus  
 Tum festinarunt, & voluere syndone munda.  
 Linteolo faciem obnubunt, ligat inflata plantas.  
 Dehinc loculo imponunt Cyparissi ex vimine texto,  
 Defletum corpus: paruo subiere pheretrum  
 Triste ministerium flentes Nicodemus & alter.  
 Funereasq; faces pueri non ordine longo  
 Auersas tenuere retro: quos deinde secuta  
 Fletibus implendo & plangoribus athera matres.  
 Exiguum Domino exhibitum est pro tempore funus.  
 Est specus in saxo viridantis in aequore campi.  
 Quod sibi pro tumulo, proliq; parauerat ipse.  
 Certus Iosephus mortis, male certius & hora:  
 Hunc vbi deuenere locum, statuere pheretrum.  
 Defletum educunt corpus: tumuloq; recondunt.  
 Quem saxo ingenti claudunt, tituloq; resignant.  
 Indulgent lachrymis, dicuntq; nouissima verba.  
 Inde recedentes fletem abstraxere parentem.

Lib. xi. Finis.

10. AVGUSTI BOTTAE

FRATRIS NOSTRI,

In duodecimum Davidiados argumentum.

*Monosticon XII. Libri:*

Exurgit Christus: scđitq; charismata donat.

*ARGUMENTVM.*

**E**xurgens Christus nostras rediuius ad auras  
Visitat in primis matrem: monstratq; parentes  
Visitat & fratres, plagas ostentat & illis.  
Quingentos in monte alios solatur amicos.  
Dehinc fessos reficit, petro commendat ouile.  
Conquesensq; Hierosolymis caelestia dona  
Spondet: Oliueti tum summa cacumina tendit.  
Accitis locis mandata nouissima præbet.  
Manibus antiquis comitatus ad athera scandit.  
Ad dextram patris residens dat pneumatis almi.  
Dona; quibus Christo totus conuertitur orbis.

240  
**BARTHOLOMAEI**

*BOTTAE.*

Davidiados. Liber XII.

**T**ertia clara dies nitido surgebat Eoo,  
Lustrabatq; polum tenebris aurora fugatis.  
Cum iam lucifero scelerata in tartara vinclo,  
Et fraldis herebi portis rediuius ad auras  
Victor ouans Christus magna comitante caterva  
Priscorum patrum tumulo surrexit ab imo.  
Splendida cui facies radiis solaribus equa  
Terruit astantes vigiles, cecidere retrorsum.  
Surgere nec poterant, donec celer inde recessit:  
Vi mastam matrem & gnati pro cæde dolentem  
Viseret, ac duri daret ut solatia casus.  
Quam tamen ante uolans Gabriel noua nuncia presto.  
Leta ferens dictis fuerat solatus amicis.  
O Regina poli, posito mœrore perempti.  
Alleluia canens noua gaudia concipe mente.  
Ecce resurrexit deuicta morte trymphans.  
Iam iam aderit gnatus rutilo splendore coruscus.  
Nec dum finierat Gabriel noua leta referre.  
Affuit ecce Deus radiis lustrantibus orbem.  
Ore micans blando iussit saluere parentem.  
Ecce resurrexi (dicens) tecumq; morabor

*Letus*

Bartholomæi Bottæ.

Letus : adhuc viuum cernunt tua lumina natum  
 O pia mater ( ait ) plausu lætare perenni .  
 Filius ecce tuus tenebris rediuius ab imis  
 Letus Iesus adest : deinceps nictus omnis abestio .  
 Non me iterum poterunt rabidae cōprehendere turbae ,  
 Nec potis vlla mei Iudicis amplius esto .  
 Dum mortalis eram , genitor quacunq; iubebat  
 Dura suum natum pro hominum perfervit salute ,  
 Prevalere mihi : sed nunc suprema potestas  
 Facto immortalis totum est concessa per orbem .  
 Nunc itaq; e , cunctis ( ratus ut dixerat olim )  
 Hostibus ipse meis vltiscar : & omnibus ipse  
 Debita pro meritis ut index premia reddam  
 Vix ea fatus erat : flettebat humillima mater  
 Ante deum genna , ut notis daret oscula plantis .  
 Id non sustinuit natus , sed vtrumq; lacertis  
 Amplexatus eam rosea dedit oscula fronti .  
 Iussa sedere procul nato blanditur honesto .  
 Quanta quis enarret ? pertinent gaudia mentem  
 Virginis intactæ ? dulces ex ore fluentes  
 Testantur lachrymæ : & suspiria rara loquuntur .  
 Diuinam faciem miratur , & ora loquentis :  
 Lumina miratur radiantia fulguris instar .  
 Et quem diuinum redolet miratur odorem .  
 Dulcis ( ait ) mater dudum suspensa fuisti ,  
 Quarè post tantos exauclatosq; labores .  
 Tot mala sustinui , mortem quoq; cedis acerbæ .

Nimirum

Dauidiados Lib. XII.

241

Nimirum fraternalis amor , pietasq; parentis ,  
 Humanigenoris sperata redemptio causa est .  
 Nam descendentes animas post ultima fatalia  
 Lucifer Infernus vulto sorbebat hyatu .  
 Tante molis erat prothoplasti cruxen Adami ,  
 Id solum poterat deleri sanguinem nostrum  
 At modo deletum est , ut tu ipsa dolore probasti .  
 Sed mala quæ patimur presenti tempore finem  
 Accipiunt : bona succedunt eterna futura .  
 Sic mihi , sic patribus modo successisse probabis .  
 Ostenditq; patres , quos secum eduxerat imis  
 Inferni tenebris , stola quos amiciuerat vna .  
 Altera amictura est castos post facula manes .  
 Corpora multa tamen sanctorum exire sepulchris  
 Iusserat , ut secum deuiliæ mortis haberet  
 Veridicos testes : quod gens agnosceret illa .  
 Hos statuit primos coram fulgore nitentes  
 Matris in aspectu solatia magna doloris .  
 Preteriti : simul & vite spes leta futura .  
 Cerpere erat primos procumbere nerosq; parentes .  
 Demissa vultu culpam verbisq; fateri .  
 Filia nostra , parens domini , iam parce precamur .  
 Crimine tu nostro magnos es passa dolores .  
 Nos piget immeritam tanto merore replesse .  
 Oscula debinc natæ palmis tremulo ore dederunt .  
 Hos tamen accipiens vultu Regina sereno .  
 Sic est affata ; O felix haec vna parentum

Hb

Quæ talis ac tanum descendere fecit olympos  
 Culpa redemptorem : qui maiestate replete  
 Viscera nostra Dei : Reginam meq; dolores  
 Hi sunt facturi cœli , terreq; marisq;  
 His adiectus Abel roso sua membra cruxore  
 Tinctus adhuc domino teneros ab ouibus agnos  
 Obtulerat viridante thoro : gratianor Olympos  
 Quæ Deus aspergit , flamma et lambente recepit.  
 Tertia post illum proles Seth : stirpsq; deorum  
 Huic accessit Enoch , domini qui numen adorat,  
 Inuocat et primus : sobolem docet atq; vocare.  
 Defuit unus Enoch uiuus translatus in Eden.  
 Cetera progenies coram Seth aia uenit :  
 Innúmera gentes , populi sine fine redempti ,  
 Ante Dei matrem genuflexi procubuerent .  
 Et grates illi natoq; salutis agebant.  
 Post hos longeum properare Matibusata cernas.  
 Quam multos utraq; manu genus omne trahebat  
 Ille suum : hi dominam proni reverenter adorant.  
 Deinde redemptori referunt pro tempore grates ,  
 Venit et inde Iamec nato comitanus Noæo.  
 Munera grata Deo qui pingues obtulit agnos ,  
 Consolatorem quem dixerat esse futurum  
 Orbis totius perituri ob crima gentis.  
 Ex nimio luxu corrupte : hunc esse Noæum  
 Constitit ex arca pregrandi : cuius imago  
 Indextra ipsius residuebat : et altera uitem

Tampineam

Tampineam porrecta manus cum falce gerebat.  
 Ante pedes dominæ prostratus ut oscula sanctis.  
 Figeret in pedibus : confessim est surgere iussus .  
 A subridenti domina , dextraq; prehensus ,  
 Salue ( ait ) o domini mater , nostreq; salutis .  
 Tu uera arca Dei : tu uino uitis abundans .  
 Corda hominum uera , quo letificantur . Ora .  
 Poné sequebantur grati , quibus orbis abundat .  
 Gentibus innumeris modo sic repletas inundat .  
 Asitit inter eos Hebreæ gentis Abramus .  
 Præcipius princeps , de cuius semine Christus .  
 Præputiūq; pater fidei : benedictio magna .  
 Cui promissa fuit cali , tellus in umbra .  
 Huic humilis Regina patri asserrexit , et illi  
 Libandam dextram porrexit : et inde sedere  
 Iussit : quem uultu sic est affata sereno .  
 Gaudeo care pater generis nostri optime princeps .  
 Te saluum tandem eternis exisse tenebris .  
 Gratulor aereis ad nostri luminis auras .  
 Te cum prole tua rediisse cruore tameisi .  
 Grati huius nostri , crudeli ac morte redemptos .  
 Sed magis atq; magis letor tria corpora uestra .  
 Lucidiora die iam surrexisse sepulchro .  
 Isacon his dictis lachrymis affatur obortis .  
 Quam melior pro te mea uiscera uiclima Christus .  
 Est oblata patri preciosi sanguinis instar .  
 Isaciden etiam Domina est dignata Iacobum .

H b

Affari : erecta est reparato tibia neruo  
 Care pater , iam iam poteris concendere scalam ,  
 Quam vidisti olim a terra contingere cœlum .  
 Dehinc legislator Moses se se obnubil vltro ,  
 Reginam ut mitis mitem alloqueretur & ipse .  
 Sed primo obtutu radiania cornua propter  
 Virginis ora solo defixa fuere parumper .  
 Ast erexit eam natus cito , respice quoq;  
 Legiferum Mosen ( inquit ) dulcissima mater .  
 Doctor Hebreorum qui ex xpilione refusit .  
 Aegipti terror , duri pharazonis & ultor ,  
 Peruvia qui populo rubri maris aquora nostro  
 Fecit : & aquoreas hostes prostravit in vndas .  
 Quadragesima annis per vastam duxit heremum  
 Isacidas : manna quos pauit ab ethere la pso .  
 Atq; eduxit aquas de petra fluminis instar .  
 Tam dextram porrexit ei pulcherrima virgo ,  
 Et caput inclinans ad eum sic ore locuta est .  
 Isacidum rexctor , populi quoq; maxime doctor ,  
 Ecce rubum cernis , cuius fuit ille figura  
 Quem tu pastor adhuc in syna ardere videbas ,  
 Nec tamen absumi : virginem quoq; cernis adesse ,  
 Arida quæ suerat prius absq; humore , virentem .  
 Ecce arcam vinam felicia lumina cernunt .  
 Me tua , celesti manna , verboq; refertam  
 Me quoq; serpenteum vinum videt absq; veneno  
 Subiunxit natus , quem qui respexerit alto

Saucius

Saucius intuitu sanabitur ore colubri .  
 Hunc sequitur qui me quoq; nomine reddit Iesus  
 Bellipotens , solem & lunam qui sistere fecit .  
 Respice terribilem vulnus , dextramq; minacem .  
 Triginta Reges Canaan eos ense peremit .  
 Et septem gentes terra delenit ab ista .  
 Quam dediū Isacidis duodena sorte direptam .  
 Ecce sacerdotum manus , & longea caterua  
 Podere vestiti , preciosa & cädare compti .  
 Ante omnes Aaron mitra insignitus acuta .  
 Astigit ante pedes Reginæ , hanc pronus adorat .  
 Cur Domina o princeps ( ait ) hostia vestra vacabit .  
 Pinguis cessabunt holocausta , sacriq; cruores .  
 Filius ecce meus deinceps erit hostia nua .  
 Unica sufficiens cunctorum tollere labes .  
 Taurorum neq; enim aut vitulorum sanguine possunt  
 Deleri peccata , sed agni labe , carentis .  
 Melchisedech autem prisci seruabitur ordo ,  
 Accessit senior tunica succinctus in alba ,  
 Fascia cniq; caput revoluta tegebat honestum .  
 Tenia pendebat post dorsum candida vita .  
 Dextra sacerdotis panem vinumq; ferebat .  
 Instaurabuntur senior tua mystica sacra .  
 Melchisedech gande ( dixit Reginæ ) sacerdos ,  
 Sed mutabuntur , specie remanente priore .  
 Nam verba domini quo cuncta creata fuere  
 Ex Vino sanguis in caroem panis abibit .

H b 3

Turma sacerdotum post hæc transiuit : Et ecce  
Visendam ad domini matrem dandimq; salutem  
Accessere Duces bisseptem , fortibus armis.  
Quipopulum Domini saluum fecere subactis,  
Hostibus : Ottomel Syriorum Rege fugato  
Inter eos primus Reginæ se obtulit ultro .  
Cui Regina manum facilem porrexit , & inquit  
Tu libertatis reparator amice fuiisti .  
Nati te & figura mei , qui perdita pulchra  
Libertatis adhuc reparauit munera vittor ,  
Cusardum opprescit sauum moriendo Tyrannum .  
Tuq; Aioth pingui ut per fosso AEgleone tulisti  
Ferreas servitii depresso vincula collo ,  
Sic meus exoluit culpærum vincula natus .  
Nequitarum utero , nequam cacodemone fosso .  
Tuq; armatus idem fecisti uomere Sangar ,  
Hec dicens ambas pro magno munere palmas  
His Ducibus prætendebat cuicumq; uolenti  
Oscula libare ut Dominae , Christiq; parenti .  
Delbora dulcis apis , fortis simul atq; virago  
Virginis amplexum petiit : dedit oscula nata .  
Neptalidemq; manu ducebatur & ipsa Baracum ,  
Quo duce deuilitus Sisaras , prostratus Iacob .  
Tone sequebatur Iabel Canaia coniunx .  
Quæ lacte eportum , simul inde sopore grauatum  
Ductorem Sisaram clauo per tempora fixit .  
En Gedeon ( inquit Christus ) fortissimus unus

Isacidas

Isacidas inter Ductores , Opia mater  
Pro signo palmo cui ros descendere iussus  
In niucum vellus , licet area sicca maneret ,  
Certa figura mei descensus ebtere ab alto  
Virgineum in ventrem , bene nosti candida virgo ,  
Cum me uteruſ cepit clauſtro remanente pudoris  
Area sicca uelut , nec semine ſparſa virili .  
Sex alii poſthos dextram tetigere parentis  
Oretenus . Sanson poſtremus in ordine venit .  
Quem ſimul ac vidit , te non potuerit tenere  
Gazei Sanson ( inquit ) nec me tenuere .  
Iudaci , portas abiens tecum ipſe tulisti ,  
Ipſe quoq; egradiens inferni clauſtra leuaui ,  
Virgineo in thalamo dum talia gaudia ſiunt .  
Ut ſint preteriti ſolatia leta doloris .  
Dum recipit manes , dum corpora eernit corum  
Qui ſurrexerunt testes per cuncta fideles ,  
Precipue Regem de cuius ſemine nata eſt ,  
Ut pia stirps patrem Dauiden ore ſaluat .  
Deinde pios Reges ſeriem miratur auorum ,  
Dumq; recognoscit vates , aliasq; prophetas  
Letæ parens , completa videt quæcunq; futura  
Hic cecinere , videt ſe ex Ieffe stirpe creatam ,  
Turgidulam virgam cæleſti rora dediſſe .  
Hunc roſeum florem proprio de germine Icſum .  
Quem ſuper ascendit ſeptemplex ſpiritus ille ,  
Seq; recognoscit , & virgo ſit illa beata .

Quæ post conceptum peperit puerum Emanuelem.  
 Virgoq; concepit: peperit quoq; virgo, nec vñquam,  
 Virginem florem quisquam deceperit ab illa.  
 Seq; domus Domini portam videt esse per ænium  
 A Eternum clausam: penetrat quam nemo virorum,  
 Cælesti Domino fuerit q; peruvia soli.  
 Dum felix virgo exultaret in omnibus iñsis:  
 Interea matres solymis quæ vnguentaparabant  
 Mane nouo obscuras vix excutiente tenebras  
 Egressa portis tacitos ad Golgotha gressus.  
 Extendunt, pauidæq; omni quatiuntur ab atra,  
 Audent ire tamen: stimulos impingit amaro.  
 Corde dolor tacitus nimio caecatus amore  
 Sole recens orto tandem venere sub ipsa.  
 Septa Proxima virens quibus est circundatus hortus,  
 Quo Mausoleum corpus condebat Iesu.  
 Quærere, caperunt tacito sub murmure matres,  
 Heu lapidem grandem quis tollit ab ore sepulchri?  
 Nullum etenim famulum(nec Magdalena) trahebant.  
 Diues opum: in reliquis nec erat de paupere regno.  
 Extollunt oculos munimina ad alta sepulchri:  
 Sublatum cernunt saxum: tumulumq; patere.  
 Angelus ecce Dei descendebat aethere summo.  
 Tellurem magno motu concusserat acer,  
 Dispulerat saxum tumuli quod vulerat ore.  
 Ac veluti in solio sic dura sedē sèdebat.  
 Illius aspectus radiantis fulguris instar

Terribilis

Terribilis vigiles penè examinauerat ipsos.  
 Vnde fuga lapsi solymam petiere: nec vñquam  
 Respexere retro, donec prætoria gressu.  
 Nuncia principibus minime placitura tulerint.  
 Matribus at pauidis vestem candore nitentem  
 Letitia signum prætendit, & ore locutus,  
 Lenuit has blando: iam vos nolite timere,  
 Nam scio quid petitis & crucifixi vngenda magistri.  
 Quæratis hoc tumulo iamdudum membrare reposta.  
 Sed non sunt hic: surrexi rediuius Iesu.  
 Ite, suis bona nuntia fratribus ista referte.  
 Ut repetant properè Galilaam ipsumq; videbunt.  
 Nam præcedet eos, sicut prædicterat ante.  
 Angelus hac: matres nimia formidine pulsæ.  
 Splendorem vultus nequeentes ferre loquentis,  
 Protinus auerse fugiunt per opaca viarum.  
 Regressa donec subeunt sua tella trementes.  
 Hiscere non ausa cuiquam, siluere per horam.  
 Alloquitur denum pauidas excussa timorem  
 Una intus stimulis quæ pongebatur honestis  
 Magdalena: quid hic agimus sine more silentes?  
 Sed redeamus adhuc, fortasse recesserit ille,  
 Qui fulgore sui vultus radiante rotusci.  
 Nos modo terruerat, nec plura assumpit odores.  
 Prima manu, progressa foras; citâ pergere capit.  
 Quam reliqua, matres gressu properante secura.  
 Cum primam ad tumulum ventum est, custode vacante.

Inueniunt

Inueniunt : intrant septa interiora sepulchri.  
 Despicunt oculis antra hec latebrosa cœuerna.  
 Ecce duos astare vident in vestibus albis.  
 Aethereos iuuenes, tremulas qui blanda locuti.  
 Consolabantur matres : quem queritis ( inquam )  
 In loca defuncti iuuentem ? viuit Iesus.  
 Non est hic , surrexit enim , celer atq; recessit.  
 Ite , redite viam , sociis noua leta refesta.  
 Dicite discipulis , vere surrexit Iesus.  
 Tergant securi in Galilæam nil metuentes.  
 Inuenient illic , quo iam precesserit ille.  
 At pauidæ matres iterum rediere , quibusdam  
 Gesta enarrarunt , iuuenis mandataq; nis.  
 Somnia sunt illis deliramenta q; visa.  
 Iccirco nec digna fide , nec credere digna.  
 Sed potius spernenda velut fantasmatæ quedam.  
 At senior petrus reliquis feruentior unus.  
 Cum caro socio quem plurimum amabat Iesus.  
 Condixeré , viam pariter contendere cursu :  
 Veranè narrarent matres , ut noscere possent.  
 Corripueré viam montis per scrupea saxa.  
 Quos lento gressu mox Magdalena secuta est,  
 Dehinc matres alia gradibus vestigia tardis  
 Emicat ante petrum iuuenis currendo Ioannes,  
 Et prior ad tumulum contendit , ibiq; moratur.  
 Speculando quidnam foret intus aperta per ora  
 Sarcophagi : verum metuens intrare nec audet.

Donec

Donec adest socius cursu defessus anhelo ,  
 Sudoremq; manu tergit de fronte fluentem :  
 Septa dehinc audet petrus penetrare sepulchri ,  
 Et specus horrendum steterat quo mortuus heros  
 Mox sequitur iuuenis pauido vestigia gressu :  
 Dumq; manu tentant salebrosa per imam sepulchri ,  
 Sindona repperiunt , fuerant qua membra voluta.  
 Scieuntim implicita inueniunt suda in fronti .  
 Signa resurgentis fuerant ea certa reliqua .  
 Matribus illa piis donant seruare per aum .  
 Mirantes abeunt , turbantq; crepuscula mentem .  
 Sublatumq; putant : potuisse resurgere vero .  
 Vix credunt , cunctis tamen hinc abeuntibus una  
 Magdalena manet , sublati tenta dolore .  
 Queritat hunc lacrymans , latebras rimatur & obsecra .  
 Per foneas querit , spelæa per atra ferarum .  
 Heu tanto cari urgebatur amore magistri .  
 Hanc Deus , e thalamo matris speculatus Iesus .  
 Bachantem luc illuc & per loca dura vagantem .  
 Ut m. insuetus erat mestam miseratus amantem est .  
 Unde vale faciens mari se contulit illuc .  
 Magdalena iterum iam forte redinuerat agra .  
 Ad tumulum , atq; dolens stabat super ora sepulchri .  
 Prospiciens intus si forte videret amatum .  
 Respexisse semel nec sufficiebat amanti .  
 Unde iterum atq; iterum tumuli spectabat in ima .  
 Ecce duos vident iuuenes in vestibus albis :

Qui

Qui dixere illi : mulier quid flendo requiris & cunctis  
 Aut cur te maceras plangendo pectora frustra ?  
 Quia respondit eis : quia surripuerat latenter.  
 Ex hac sede meum Dominum, nec ubi posuere sublatum  
 Mesta scio : hanc dicens iuuenes assurgere vidit.  
 Cuidam aduentanti magno reuerenter honore.  
 Mox quem quarebat dominum conuersa retrorsum  
 Astantem vidit, sed nescia flebat cundem.  
 Tum Dominus quid (ait) ploras tu ? quemque requiris  
 Protinus illa putans olitorem, dic mihi queso.  
 Dic ubi nam posuisti illum ? si forte tulisti ?  
 Dic precor, o, Domine ut tollam, in tumuloq; reponam.  
 Tunc ait, o Maria, hanc solito de more vocando  
 Me non agnoscis & notam vocem, ut, simul haesist,  
 Ut simul agnouit, clamat gemebunda, Magister  
 Raboni ac Domine ingeminat mi dulcis amate.  
 Et simul hec dicens lachrimansq; ruebat in illum,  
 Ut lachrymis plantas scilico de more rigaret,  
 Prostrata ut pedibus infigeret oscula caris.  
 Ille manu fronti opposita sine more ruentem  
 Continuit, pulsamq; grauis sic voce locutus.  
 Tangere me noli : nec dum sum scandere visus.  
 Ad summum patrem tibi : quin tu concita perge  
 Ad socios fratresq; meos, & dicio tandem  
 Me ad dominum patremq; meum concendero, ne non  
 Ad dominum vestrumq; patrem, dehinc talia fatuus.  
 Exiliit Christus, tenueratq; recessit in auris.

Nec

Nec minus hanc viso Domino recreata recessit  
 A tumulo ad socias matres, quas pendula rupes  
 In viridante thoro defessis apta, tenebat.  
 Alleluia canit procul Alleluia canamus,  
 Surrexit Dominus, mihi vere apparuit ipse,  
 Vera mihi facies, verus mihi puncius, ipse.  
 His oculis vidi Dominum, audiuique loquentem.  
 Et mandata dedit, referam qua fratribus eius.  
 Continuo leta matres vertuntur ad rythem  
 Ecce occurrit eis Christus, blandaq; salutat.  
 Ammodo credentes, pedibus sinit oscula figi.  
 Fratribus ac mandata iterat referenda coactis.  
 Inde memor peiri & lachrymarum sponte fluentum  
 Compatiens fubiti nimia formidine casus,  
 Antra petat, quibus ille latens plorabat id ipsum ?  
 Se miserum incusans, hac forte gemendo ferebat.  
 Heu quia nam tanto rexatus turbine mentem  
 Amisi sanam. & Dominum ter vacue negavi ?  
 Quod si cum Domino confessus mortuus essem,  
 Surrexissem etiam secum, vitaq; potirer.  
 A Eterna. Sed nunc quo vultu, aut fronte prudenti.  
 Ante meum Dominum vel solo limine sistam ?  
 Me miserum quid agam & sine Christo vivere, mors est.  
 Coram illo durus nequeo apparere negator ?  
 Hic igitur moriar : finis mors pna malorum.  
 Dum Petrus hec secum studio iactaret inani ?  
 Affuit ecce Deus silentum salutor Iesus,

Ac

Bartholomæi Bottæ.

Ac relcuant humo tristi mænore iacentem.  
Pöllitus veniam, atq; alias in peccore vires.  
Colligat ut sparsos socios mandauit & illi.  
Nam se visurum spondet sub vestere cunctos.  
Inde abiens alios exquirit, qui vrbe relieta  
Castellum Emmaum se se retrabendo petebant.  
Dum pauci retro aspicerent, comitem ecce sequentem  
Ignotis specie peregrini passibus æquis.  
Aduertunt prope je auscultantem verba loquentum:  
Affabantur enim de preceptorre viando.  
Quos ( peregrinus ait ) sermones fertis ad auras?  
Tristitiam atq; grauem masto pretenditis ore?  
Tunc ex discipulis Cleophas audientior vñus.  
Solus ( ait ) solyma peregrinus in vrbe fuisti?  
Ignarus rerum quæ pascate facta fuerunt?  
Nouerat ipse quidem fuerat quæ passus Iesu?  
Nam sua terga super fuerat tritura fabarum.  
Ut tamen hi medico nudarent vulnera mentis.  
Hec iterum quoniam fuerint quæsuit ab illis,  
De Nazareno ( Cleophas respondit ) Iesu,  
Qui miranda gerens opera, & diuina locutus.  
Verba Dei Yates, In se commouerat vrbis  
Primores adeo, ut captum, casumq; flagellis,  
Vocibus instarent ligno cruci figier alto.  
Depositum, tumulo siuerunt condier atro.  
Tertia lux agitur qua hec perpetrata fuere.  
Et sperabamus redimendos esse per illum.

Iasidas

Dauidiados Lib. XII.

248

Iasidas omnes alienis gentibus istis.  
Heu periit spes nostra, omnes periore labores.  
Morte redemptoris: nostra hec fiducia vana,  
Summo mane licet quædam de matribus ause.  
Golgotha caluarium montem properanter adire.  
Visere defunctum, portantes vnguina multa.  
Nudatos artus iterum linire parantes.  
Se vidisse ferunt quædam miranda regressæ.  
Angelicos pulvris, radiantiq; ora locuta.  
Quaritis incassum vacuo iam membra sepulchro.  
Vngere quem vultis Christus surrexit Iesu.  
Peruolat egressus vestrás rediuius ad auras,  
Consolaturus, petit Bethana, parentem:  
Vos intrate specus: cernetis inane sepulchrum.  
Ite redite uiam, dicetis fratribus eius.  
Ecce resurrexit, iamq; videbiiis illum.  
Talia narrabant matres: fantasmatæ nobis.  
Ista uidebantur, muliebria, anilia verba.  
Increpuit, dictis & castigauit amaris.  
Christus eos: dicens vanos, sensuq; carentes.  
O stulti nimium, nimium quoq; credere tardi,  
Quæ prisci uates, quæ predixere prophete.  
Nonne pati Christum patienter oportuit ista?  
Sicq; intrare suum regnum, celoq; potiri?  
Dehinc scripturarum mysteria pandere sacra.  
A Mose incepit Christus, reliquisq; prophetis.  
Quæ de morte sua uelamine testa latebant.

Deq;

Deq; sepultura varijs cœlata figuris :  
 Mox surrectum triduo que fata canabantur :  
 Prima soporati cunctorum vt mater Adami :  
 De latere emicuit : sic sancta ecclesia Christi :  
 In cruce sopiti fuerat noua sponsa. creanda :  
 De latere effosso : cunctorum mater vt esset :  
 Ebrius vtq; Noe cruda resupinus arena :  
 A maledicenda derisus prole iacebat :  
 In cruce sic cruda resupinus & ebrius ipse :  
 Subsanandus erat maledicta a stirpe ethica :  
 Pinguis vt agnus erat populo maledictus Hebreo :  
 Ut mare transiret merso pharaone sub yndis :  
 Sic tener agnus erat Christus maledictus Iuda :  
 Ut mare Baptismi transiret criminis merso :  
 Aeneus vt serpens ligno suspensus in alto :  
 Intuitu solo curabat ab aspide laesos :  
 Sic & oportebat ligno crucifixus in alto :  
 Tartarea Christus curaret ab aspide laesos :  
 Gazea Sanson ut custoditus in vrbe :  
 Mane novo emicuit vallis a cardine portis :  
 Inferna Christus sic custoditus in vrbe :  
 Et tumulo corpus dum seruabatur in atro :  
 Mane resurrexit fractis accardine portis :  
 Utq; fuit triduo vasta conclusus in alio :  
 Immanis cert' tonas demersus abyssu :  
 Egressus pecoris domum eructatus ab ore est :  
 Sic Christus triduo conclusus ventre sepulchri

Emicuit

Emicuit tandem superas rediuius in auras .  
 Talia discipulis dum collequeretur Iesus  
 Atq; explanaret veteres in lege figuras ,  
 Sic mulcendo via dulci sermone laborem .  
 Castellum quo ibant emmaus apparuit illis .  
 Composuit vestes alio peregrinus iturus  
 Ast comites vtraq; manu deflectere nixi  
 Nobiscum maneas( aiunt ) bac nocte rogamus ,  
 Inclinata dies , suadet quoq; respicris ortus .  
 Sicq; coegerunt secum hospita tella subire ,  
 Confestim fessis coniuia parca parantur .  
 Discumbunt lotis manibus ; cereremq; prehendens  
 Sublati in calum oculis benedixit Iesus ,  
 Protinus ac fregit , consueto frustula more ,  
 Tum porrexit eis , qui consuetudinis eius  
 Effecti memores atra caligine dempta  
 Ex oculis , aspexere , & nouere magistrum .  
 Ille autem tenues subito secessit in auras .  
 Linquentes illi extemplo coniuia surgunt :  
 Semesasq; dapes , & nec dum epota relinquunt  
 Vina : sed emensi relegunt iterata viarum  
 Quæ mox transierant spacia , inter seq; stupentes  
 Admirabantur vultus , atq; ora loquentis .  
 Perq; vices graue iter vario sermone leuabant ,  
 Nonne inerant nobis ardentia pectore corda ?  
 Dicebat Cleophas , mysteria condita lege .  
 Dum reseraret ? opertaq; fata futura doceret ?

Ammaon Lucas medicus ( nam nomen vtrumq;  
 Illi erat,) ardebat ( inquit) mea vistera flamma  
 Interiore Dei, dum verba ignita referret.  
 Interpres nemo melior quam conditor ipse  
 legis, & arcani reseporator is optimus esto.  
 Qui secreta suo texit paradigmata sensu.  
 Iam sexaginta stadiis rediere remensis  
 Pra desiderio grandi sub vespere sero,  
 Ingressi solymam socios petiere receptos  
 Arce syon æa prædiuitis æde Simonis.  
 Quem penes extructam cænam confecerat heros.  
 Hos vbi confexit sera sub nocte per vmbram  
 Aduenisse Petrus letis exceperit in vlnis.  
 Leniter increpitans rediuium nunciat illis  
 Surrexisse Deum ac Dominum vitæq; magistrum  
 Se vidisse refert, atq; illum audisse loquentem.  
 Ast illi catu in medio retulere magistrum  
 Et comitem specie peregrini habuisse per horas  
 Penè duas, nec non mënsa hospicioq; sodalem.  
 Attamen ignotum, donec Benedictio sola  
 Perfregit panem solito de more Magistri.  
 Ut faciem nouere, statim secessit in auras.  
 Dum sererent hec inter se se, apparuit illis,  
 In medioq; stetit Christus nitidissimus heros:  
 Vespere clausa licet speculas portasq; tenebant;  
 Attamen intravit radiantis fulguris instar.  
 Territa tum primum sunt pectora discipulorum

Lumine

Lumine tam claro faciei: spiritus vnde  
 Vísus eis tantum Dominus, non corpus ( vt ante)  
 Pax ( inquit) vobis: nostram contingite dextram.  
 Vosq; artus tractate meos, palpate, rideete,  
 Ipse ego sum vester Dominus, vesterq; magister;  
 Nam nec habet carnem, neq; dura hec spiritus ossa  
 Vlla tenet: veluti mihi nunc cognoscitis esse  
 Palpando: hac dicens palmas trahabat eorum.  
 Et pre latitia dicebat, nunquid habetis  
 Escarum quicquam? vt vobis cernentibus, illis  
 Vescar? & hoc signum verum me corpus habere  
 Omnes possitis pariter comprehendere certo.  
 Ast olli apposita est assi pars plurima piscis,  
 Mellitusq; fauus, quo nulla est dulcior esca.  
 Vescitur his partim Christus spectantibus illis  
 Reliquiasq; dedit, quas illi mandere iussi,  
 Poculaq; hauserunt, qua pragustauerat ipse.  
 Non quia consurgens egeat potuè cibouè.  
 Immortalis enim hanc mortalibus indiget escis,  
 Sed quia corpus idem quod erat prius, intulit illis,  
 Vt fierent certi, per sensus indidit omnes.  
 Certi igitur facti rediuium corpus habere.  
 Gauisi sunt discipuli nimis intus & extra.  
 Christus eos fecit dociles, vt condita legis  
 Atq; prophetarum possent secreta doceri.  
 Dehinc necis ipse suæ causas expandit, vt omne  
 Humani generis scelus elueret, preciumq;

Ii 2

Bartholomaei Bottæ.

Tartareo captorum exolucret ipse Tyranno  
Non gemmis auro argentoq; sed ære cruxoris  
Immerito effusus : patienter oportuit ergo  
Ista pati Christum mortemq; subire , sepulchro  
Defunctum condi , ternaq; resurgere luce .  
Quæ ventura patres , prisci & cecinere propheta  
Vtq; figurarum implerentur dogmata legis .  
Dehinc propagari pallens Methanæa per orbem ,  
Atq; fides possit sacroq; in fonte lauari  
Omnes immersas gentes in nomine trino  
Tam patris ac nati , sacri quoq; pneumatis almi .  
Exurgensq; iterum , pax vobis omnibus ( inquit )  
Me pater omnipotens veluti transmisit in orbem ,  
Sic ego vos mitto : dehinc insulauit in illos .  
Flaminis accipite hac omnes spiramina sancti ,  
Quorumcunq; remiseritis peccata , remissa  
Me penes in calis & erunt , pariterq; retenta  
Quæ vos duxeritis retainenda probabo per eum .  
Vos penes arbitrium vita mortisq; relinquo .  
Clanigeros cœli facio inferniq; profundi .  
Vos hic in terra quæ vultis soluite mites :  
Mitis ego in calis eademq; soluta , probabo .  
Sic ea duxeritis quæcunq; liganda , ligabo .  
His dittis tenuis se se subtraxit in auras ,  
Alia petens sanctis cum manibus aduolat æden ,  
Est locus in summis orientis partibus altus ,  
Quem cherub ignita framea , seu torrida Zona .

Cingit

Daudiados Lib. XII.

251

Cingit iste omne latus : Deus hic plantauerat olim ,  
Terrestrem paradisum ubi quem plasmarat Adamum  
Transtulerat , dederatq; coli loca plena viretis ,  
Fructibus omnigenis pomorum vuaeq; nucumq;  
Non aestus non frigus adeat , sed dulcia tempe ,  
Ver ibi perpetuum : irrorant auræq; tepentes  
Fons nitet in medio paradi argenteus vndis  
Emanans liquidis muscofo margine ripæ .  
Temporibus certis super estuit , unde rigantur  
Omnia prata , vireta simul , virgultaq; plantæ .  
Quattuor inde fluunt ingentia flumina late  
Quattuor ad partes terræ labentia : phison  
Qui Ganges etiam quandoq; vocatur & indus ,  
India quo fruitur , fuluum simul aduehit aurum .  
Æthiopasq; Gyon ambit septem fluis inde  
Irrigat Ægyptum Nilus quo fertilis extat .  
Fertur in Assyrios Tigris Babilonaq; cingit .  
Eufrates Mesopotamos disternat ingens .  
Arbor ibi iuxta fontem pulcherrima visu  
Complantata fuit mira virtutis opima .  
Eius enim frondes faciunt ad vulnera carnis ,  
Incolumem vitam sed poma salubria seruant .  
Hinc nomen traxit , nam vita dicitur arbos .  
Fructibus eius Enoch viuit translatus in Eden ,  
Ante Mathusallem nunc usq; ad saecula multa .  
Fructibus eius adhuc magnus , quoq; viuit Helias ,  
Ignea vis raptum curru quem vexit ad Eden .

1 i 3

Bartholomæi Bottæ.

*Corpora discipulos linquens descendit ad Edem  
Christus, ibiq; plos manes per amena vireta  
Constituit, donec prefixo tempore secum  
Conscendant parto ad cœlestia regna triunfo  
Sepius interea visit matrem, atq; reuist.  
Discipulos etiam repetiuit tempore in illo.  
Forte tamen Didimus Thomas illi absuit hora  
Post aduentanti socii dixerunt: magistrum  
Vidimus ac Dominum: verè surrexit ab imis  
Partibus inferni, & nobis apparuit heros  
Lucidior solito: diuī vocem haūsumus omnes:  
Nam foribus clausis venit, pariterq; recessit.  
Ille vt erat dubius, nisi video (dixit) in illo  
Fixuras manum, laterisq; patentis hiatum  
Contigeroq; manu, non credam corpus id ipsum  
Surrexisse, quod in ligno periisse probauit.  
Duriciem Didimi socii risere: sed ipse  
Christus ut audiuit, tollendam censuit: vnde  
Octauo (velut ante) dic regressus ad illos  
Mandanit saluere, data pace omnibus, inquit  
Tax vobis, thoma accedas fernataq; multis  
Ex causis contingendo modo mœa stigmata de extra.  
Apprensaq; manu digitis loca tangere iussit.  
Expediet quandoq; tua hec dubitatio multis.  
Esto fidelis (air) deinceps: nihil amplius habe.  
Poplitibus flexis, lachrymis respondit obortis  
Credulus en Thomas, Dominus meus, & Deus es tu.  
Credo*

Daudiadios Lib. XII. 252

*Credo fidelis ero non ambiget amplius vñquam  
Mens mea, forsitan & hæc olim tetigisse iuuabit.  
Vixus & attactus mihi te facit esse fidem  
Christus air: sed erunt omnes mihi crede beati,  
Qui me non viso præconum voce meorum  
In me crediderint, audita: deinde recessit.  
Vnde omnes leti patriam petiere fideles.  
Et propagarunt Galilæa per oppida Christum  
Surrexisse, frequens visum, palpataq; membra.  
Ingens concursus, desideriumq; videndi,  
Ad taburim montem properat Galilaia tota,  
Christus ibi se se promisserat esse videndum.  
Ergo, Mane recens orto pulcherrimus heros  
Improuisus adest, coram quem quæreris (inquit)  
Ecce adsum, vestras rursum reducius ad auras.  
His dictis, palmas vtrasq; extendit in omnes.  
Denudatq; pedes, latus atq; ostentat apertum.  
Accedunt omnes, cernunt, dant oscula plantis.  
Oscula dant manibus, quosdam complectitur ipse.  
Deinde sedent iussi, medius sedet in cyltus Heros.  
Circumquaq; sedent socii, dominumq; coronant.  
Tum præcepit eis: gentes itote per omnes  
In gyrum oceanus quas ambit solis ab ortu.  
Dum per virumq; polum radiantia lumina spargit,  
Desessus tandem occiduis requiescit in vndis.  
Quæ fidei vestrae sunt fundamenta docete,  
Propagata Euangelium, bona nuncia fert,*

Bartholomei Bottæ.

Expandi cælum credentibus , atq; recludi  
Æternæ portas vita his , qui flumine sacro  
Lustrati fuerint nostrò sub nomine trino .  
Quæ vobis mandata dedi scrupulz , docete .  
Vnde salus animis , post mortem vita Beata .  
Corpora quin etiam , in melius mutata resurgent  
Nunc defuncta licet uiceant cinefacta sepulchris .  
Este viri fortes omni formidine pulsa ,  
Namq; ego semper ero vobiscum in secula , donec  
Cunctorum aduenient finis , consumptio seculi .  
Dixerat atq; valefaciens disparuit inde ,  
Tum stupefacti omnes rediere in propria quisque  
Bethsaidam petrus rediit comitantibus otto  
Discipulis : verum tenuis cum vietus adeset .  
Piscatum nobis Simon ait ; ire necesse est .  
Cumq; fatigati noctem quam longa fuisset  
Per mare Gennefareb̄ laxassent rethia frustra  
Mane etiam aduenciente nihil potuere tenere  
Squammigeri pecoris , casso vnde labore legebant  
Retia : confectiq; fame iam littora versus  
Nauem impellebant , tunc improuisus Iesus  
O piscatores , summa de rupe vocauit  
Pulmenti quicquam piscatum numquid habetis ?  
Atq; nihil penitus tum respondentibus illis .  
Iussit vi in cymbæ iactarent retia dextram .  
Piscibus hoc iussu mox retia plena fuerunt  
Centum quinquaginta tribus ( mirabile visu .)

Nec

Dauidiados Lib. XII.

253

Nec fregere plagas tanti ( bona copia ) pisces .  
Nonit Ioannes dominum hæc miracula solum  
Posse patrare : Deus nobis Deus ille magister  
O Petre exclamat , residet qui in littore solus .  
Diuinos vultus , diuinaq; lumina cerno .  
Imperio cuius colleeti in retia pisces ,  
Quid faciat Simon ex toto corpore nudus ?  
Rete trahens leua , dextra clauumq; regebat .  
Exilit inde tamen proramq; ad littora vertit ,  
Auditum ad nomen domini , capte nostra philippe  
Munia ait : tunica simul induit , emicat ardens  
Protinus , e , puppi : pedibus super æquora currit  
Concitus : optatumq; petit super omnia Christum .  
Discipulum ardenter is letis amplectitur vlnis .  
Mox etiam socios cum piscibus alta trabentes  
Retia , coniuas ad prandia ducit ouantes .  
Nam viridante thoro celeres ad iussa ministri  
Gausape sternebant , mappas , mantilia , quadras ,  
Insuper addebat purum & sine labe salinum .  
Deinde ministrabant panes & pocula plena ,  
Nec deerant pruna fumantes , craticulaq;  
Pisce superposito , nidorem ventus albat .  
Inssit & afferri captis ex piscibus Heros  
Craticulaq; coqui , ne captio inutilis esset ,  
Tum uideas Petrum currentem ad Littus , & inde  
In terram effusos , numerantem in Littore pisces .  
Diratur tantos subito potuisse prebendi ,

Mirantur .

Bartholomæi Bottæ.

Mirantur socii tantos coiisse repente,  
Semirutasq; plagas potuisse tenere stupescunt.  
Exuti squamnis exenterrantur, & rdi  
Igne superpositi torrentur, & inde feruntur  
Lancibus in mensam patulis : tum Christus Iesus  
Sublatis in celum oculis benedixit, & absq;  
Cultello secuit panes in frusta : per herbam  
Duscubucre omnes, dapibus saturantur opimis.  
Nec quisquam audebat Dominum cunctarier ipsum,  
Tu quis es hospicio qui nos dignaris amico?  
Namq; omnes norant Dominum, norantq; magistrum.  
Expletis dapibus Simonem appellat Iesus.  
Simon Ioanides me dilligis amplius istis?  
Tu melius nosti, Simon respondit, Iesu,  
Erga te quanto vnuquisq; tenetur amore.  
Agnos pasce meos tum Petro dixit Iesus.  
Deinde iterum, atq; iterum super hoc scrutatus Iesus.  
Turbatus verò Petrus : domine omnia nosti,  
Scis planè q; amo te : tu mea sola voluptas  
Solus amor meus es, te dilligo pectori toto.  
Pasce meas peccades (iam si me dilligis) inquam.  
Pro libito cingi poteras cum iunior essem,  
Quamq; tenere viam libuissit, pergere quibas:  
Cum senior fueris, te cinctum pertrahet alter  
Pergere quo nolles inuitum : sed præcautem  
Respic me, sequere, & vel serò imitare magistrum.  
Hæc dixit, signans fuerat qua morte parentem.

Clarifica-

Dauidiados Lib. XII.

254

Clarificaturus : surgens debinc caput abire.  
Ponè sequebatur Petrus, sociiq; frequentes.  
Conuersus Simon flexa cernuice sequentem  
Vidit Ioannem, quem plurimum amat Iesus,  
Coniiciens secum, expediens fore, ut adiiceretur  
Ille sibi in casus quosuis fortuna vocasset,  
Atq; sub hec Dominum sic percunctatur Iesum.  
Huic autem, quid erit Domine? ipsum indice signans,  
Responsum paucis dedit indignatus Iesus.  
Si volo sic illum expectare, quid attinet ad te?  
Quin potius tu vel nunc vestigia nostra sequare.  
His simul, a, sociis auditis, ecce putarunt.  
Discipulum iuuenem dilectum non morituru.  
Sed sic mansurum in columnen per saecula cuncta.  
Non tamen hunc dixit Dominus nunquam morituru.  
Sed sic mansurum donec delapsus olympo.  
Suscepturnus eum ad caelestia regna veniret.  
Quod semel est fixum decretum immobile mortis  
Corripit & sanctos id in eluctabile fatum.  
His actis, illos solymam descendere iussit,  
Ut pentecostes festo propioris adessent,  
Sic ait, ac tenues mox est delapsus in auras,  
Aereos campos debinc est regressus in æden.  
Falicesq; pios gratanti fronte reuistit.  
Ast illi solymam Galilæa abidere relieta.  
Iamq; dies aderat, albo signanda lapillo,  
Qua Christus parto ad caelestia regna tryumpho,

Ascensurus

Bartholomæi Bottæ

Ascensurus erat : cum discubentibus illis  
Improuisus adest , coniuias pace salutat .  
In medioq; sedet , cunctis mirantibus illam  
Illustrèm faciem , que turbida corda serenat .  
Conuescens tardos coniuias credere regem  
Surrexisse suum , sociis referentibus ipsum  
Se vidisse nouum . increpitat : debinc talia fatur .  
Nulli fas vestrum solymis excedere , donec  
Inclita vos virtus de calis imbuat omnes .  
Nam velut audistis lympha mersisse ruentes  
Baptistam turbas , sic vos ex pneuamate sancto  
Baptizabimini , siquidem vis ignea cunctos  
Imbuct : insolitoq; exardescetis amore .  
Interea quidam cupientes scire futura  
Scitabantur eum : num vellet tempore in isto  
Regnum interceptum externis reparare , fugatis .  
Non vestrum est ( inquit ) scrutari sata futura .  
Quæ pater omnipotens sibi soli intacta reservat .  
Cognita prestabunt quidnam momenta futura ?  
Quandoquidem nihil adiungi , minuiè potestur .  
Vos potius moneo curare quod instat agendum :  
Cum virtute noua imbuerit vos flamen ab alto :  
Veridici testes eritis mihi primitus vrbe hac ,  
Et coram populo me surrexisse canetis .  
Hinc per Iudeas vrbes , castellaq; , pagos ,  
Dispersi nomen nostrum , numenq; canetis .  
Et per samariam , Galilæiaq; oppida mille .

Debinc

Daudiados Lib. XII.

255

Debinc in toto propagabitis orbe volantes .

His dictis , surgens ad summa cacumina iussit

Montis Oliuiferi se se properare sequentes .

Surrexere omnes præuentem hanc passibus aquant .

Et iam nube caua tectus præcesserat omnes :

Dux ut excelsus , manes , quos iussit adesse

Per turmas , aciesq; suas partitur , agitq;

Vnamquamq; tribum proprio sub principe dicit .

Ascensurus enim grandem parat ante phalangem .

More triumphantis premitere , deinde sequentum .

Agmina mille locat volucrem comitantia currum .

Et vexilla parat , ramis quoq; nexa trophyæ .

Dispositis rebus , quæq; opportuna triumpho .

Iamq; aderant socii , quos testes esse volebat

Mirifici ascensus : extreum affatur & illos .

Immensas orbis partes itote per omnes .

O socii , bona nuncia dicite gentibus illis :

Crediderint in me , æternam quicunque salutem

Nanciscerunt : aqua vos baptizabitis illos .

Expresso ( ut docui nostro ) sub nomine trino .

Signaq; eos faxo tunc admiranda sequentur .

Nomine namq; meu cacodemona pessima tollent :

Corpo ab obesse : linguisq; loquentur & ipsi

Non prius auditis : cunctorum audire loquellas

Perciperè & poterunt , ac respondere parati .

Serpentes diros tculent , procul atq; fugabunt .

Est si pestiferum biberint fortasse venenum ,

Focula

Bartholomæi Bottæ.

Pocula sumpta mali fient innoxia viri.  
Imponentq; manus super agros, atq; resurgent  
Incolumes : tactu referent sua strata salubri.  
Iam fortes estote, patrem peto : vosq; valete...  
Protinus his dittis terra vestigia pressit,  
Sustulit ac sensim se se, calumq; petiuit.  
Dumq; ferebatur sursum comitantibus illis,  
Extensis manibus stratos benedixit, & inde  
Ascensu rapido nubes penetrauit ad usque,  
Inde sedens nymbo superauit & aethera summum  
Nubibus arrepti manes comitantur euntem,  
Sub pedibusq; vident stellas, & lumina mundi.  
Magna : notant celos, proprius mirantur olympum.  
Virtutes celi, calorumq; ista videntes  
Agmina sanctorum propero scandentia saltu,  
Admirabantur conciues, atq; stupebant  
Aduentare nouos homines superaethera ferri.  
Gaudebant, simul & properabant pandere portas,  
Clastraq; celorum, fuerant per secula mille  
Quæ duris obstructa seris, referantur ubiq;  
Obuius alitum superorum exercitus ingens  
Occurrunt Regi venientes deinde cohortes  
Agnoscunt hominum, conciues atq; salutant.  
Moxq; cateruatum descendunt alite curru.  
Perueniunt tandem ad capitolia montis Olympi.  
Sanctorum radiis totus presulget olympus.  
Hic vertex celi, ralos supereminet omnes.

Hic

Dauidatios Lib. XII.

256

Hic vrbs Hierusalem sursum que sancta vocatur,  
Mansio sanctorum felix, optata, perennis.  
Hæc vrbs viuentum preciosa condita petra.  
Fundamenta tenent biffena, patentq; per amplas  
Portarum gemmas aditus ad olympia semper  
Regna : nec armati custodes claustra tueruntur.  
Nullus ab hoste metus : procul est a finibus illis.  
Nec potis electus superas euadere ad auras:  
Fata obstant : retinent aeternaq; vincula captum.  
Hinc timor omnis abest mortis, famis, atq; dolorum.  
Non illic vrunt astus, vel frigora torquent.  
Nullum illic mortale malum, sed abunde superstat.  
Omne bonum, menti quod fas optare relictum est.  
Pax ibi perpetua est : requies ea parta laborum.  
Victor ad hanc vrbe Christus descendit, & una  
Agmina sanctorum deducit mille nitentum,  
Candida nam cunctis stola, qui est caelstis amictus.  
Angelici cætus reduces (mirabile visu)  
Numquemq; suis in sedibus ordine certo  
Excipiunt leti prope se, amplectuntur & illos.  
Tu pater omnipotens gnatum festiuus & ipse  
Excipit, ac letis redeuntem amplectitur vlnis.  
Quem iubet a dextris aurata in sede sedere:  
Donec ei vt Regi cunctos subiecerit hostes.  
Dona debinc miranda dedit mittenda deorsum  
In fratres, nostro quos ipse reliquerat orbe.  
Ne se desertos, a, præceptore putarent,

Nempe

Bartholomæi Bottæ.

Nempe illum intuiti sursum descendere, rursus  
Descensurum illinc sperabant: seq; souendos  
Ut prius: ast illis delapsi ex aethere summo  
Ecce duo assistunt iuuenes in vestibus albis.  
Qui dixere, viri fratres Galilæa pubes  
Quidnam suspicitiis cælum? quid in aethera fixis  
Luminibus; pando sursum quid & ore tueri  
Creditis? in cælum concendent Iesu apertum,  
Assumptus vobis superauit Iesus olympum,  
Non redditurus abit modo, sed post facula multa;  
Tempore in extremo venientem ex aethere rursus  
Conspicent omnes, & qui pupugere tremiscent.  
Ite Hierosolymam vos, & requiescite, donec  
Insolita virtute polo vos induat alto.  
His dictis ambo cælum petiere volantes.  
Tum descendentes de vertice montis olim  
Vnanimes solymam rediere: arcemq; Syonis  
Appetiere citi: solita in cænacula tuti  
Se reclusere, opperientes munera sacra.  
Interea Petrus numerum suplere minutum  
Sortis apostolicæ socios hortatur: vt alter  
Excipiat sedem, qua pruaricatus Iudas.  
Elegere duos ex omnibus: & super ambos  
Miserunt sortem, Matthiam pretulit illa:  
Vndenis numerum superadditus Isq; replevit.  
Hi sunt bisseni, genuit quos flamine sacro  
Inspirante, pater patrum & Rex filius eius.

Vt

Daudiados Lib. XII.

257

Vt patriarcha Iacob bissenos generat olim,  
Vnde Hebreorum genus, & preclara propago,  
Sic modo christiadum bissenis fratribus orta  
Aurea gens toto propagaretur in orbe.  
Dum complectetur lux quinquagesima ab orto  
Mane resurgentis Domini, residentibus istis  
Bissenis patribus cum cætu discipulorum.  
Arce Syonæa pariterq; orantibus illis  
Intonuere poli, sonitumq; dedere suauem.  
Ecce fragore nouo vniens vt sibilus austri  
Ex oriente globus supera descendit ab aethra  
Igneus, innocuas distillans vndiq; flamas.  
Ingressusq; domum fulsit splendore choruscio.  
Hic velut in linguis secuit se innoxius ignis,  
Sectus & insedit supra capita ardua fratrum  
Centum viginti, faciem complexus & ora  
Ora sinuosa, fouens, etiam interiora replete  
Pectora; diuino quæferuera facta calore  
Protinus excussa turpi formidine cuncti  
Exiliere domo, soluerunt ora loquellis.  
Per foras, perq; domos capere affarier omnes.  
De patre omnipotente Deo magnalia quedam,  
Deq; coetero verbo, cum praemate sancto  
Principium sine principio, & finis sine fine.  
Cunctorum Deus est, sator, & plasmator eorum.  
Hac simul atq; semel variis cum talia linguis  
Exprimerent audacter, vt illos ignea virtus.

Kk

Bartholomæi Bottæ.

Ardens & non consumens sari intus agebat.  
 Concursus hominum sunt hinc inde volantum.  
 Quos vehemens flatus venientis mouerat ignis,  
 Tunc etenim solymis aderant ex omnibus oris.  
 Quæ sub sole iacent cultores religiosi,  
 Diuinæ maiestatis quos ignis ad arcem  
 Traxerat infolitus, patrio cumq; ore loquentes  
 Audirent illos cuncti sine more stupebant;  
 Atq; inter se se vario sermone serabant.  
 Nonne viros istos Galileia protulit omnes?  
 Et patrio sermone rudes, tardosq; loquella?  
 Promptos ecce modo, atq; omni sermone disertos?  
 Omnibus & linguis audiimus ecce loquentes?  
 Et Parthi, & Medi, seu quos Babilonia misit,  
 Persæ, ac Assirii qui habitant fluuium inter utrumq;  
 Eupratem ac Tigrim, nec non idolta cirenae,  
 Ethiopes, Bactri, Scyta, Garamantes, & indi,  
 Cappadoces, Lybici, atq; Affri, Numadaq; gerones,  
 Misit ab Aegipto vel quos Nilotica tellus,  
 Romani demum fortæ, Graciq; loquaces.  
 Germani, Hispani, Galli, & procul orbe Britanni.  
 Inq; viris istis patrias nouere loquellas.  
 Omnibus iis hominum linguis fabantur aperta.  
 Iure igitur merito cernentes ore loquelli  
 Tam subito variis effari, corde stupebant.  
 Ignari rerum, unde viris haec gratia fandi.  
 Nonnulli sumpto tribuebant munera Bacho.

Cum

Dauidiados Lib. XII.

258

Cum neq; gustassent quicquam, vel mane bibissent.  
 Verum causa fuit, ratum responsa priorum.  
 Hoc signo portendebatur id esse futurum,  
 Omnibus ut linguis ecclesia sparsa per orbem  
 Imensem interdum loqueretur, & inde suapte  
 Patria quæq; suos bene lingua perita doceret.  
 Tum Petrus orator factus (mirabile dictu)  
 Alloquitur plebem, causasq; ostendit eorum.  
 In medium adducit ratis responsa Iocellis,  
 Quæ fuerant promissa infert, modo desuper esse  
 Completa: ut famuli ac famulæ spirantia dona  
 Celitus haurirent: atq; ex munere Christi;  
 Quem crucifixisseni diri, tumuloq; reclusum  
 Mandassent custodiri: ne surgere posset.  
 Hunc tamen, e, tenebris rediuium & carcere iniquo.  
 Post triduum tumulo eduxisse patrem omnipotentem  
 Pluribus ac fieri manifestum testibus ipsis,  
 Qui dudum secum vixissent, constituisse.  
 Vidimus his oculis intrantern lumine multo  
 Ad nos præclusis foribus, pariterq; fenestris:  
 Nosq; salutantis vocem hauisimus auribus istis,  
 Affantem socios, conuerscentem atq; bibentem.  
 Quadraginta dies in terris estq; moratus,  
 Sapientis apparens, noua dans mandata priusquam  
 Scanderet ad caelos letus peteretq; parentem.  
 Is quoq; præcepit nobis testarier orbi,  
 Præpositum se se censorem gentibus esse:

Kk 2

Bartholomæi Bottæ.

Venitumq; iterum cum maiestate potenti,  
Iudicet ut viros, ac vita deniq; funestos :  
Quos ad iudicium rediuitos voce vocabit  
Angelica, cunctos præconis more citando.  
Mox rationem operum exalturus ut uerius aquis  
Pro meritis demum redder sua præmia cuique :  
Cœlica regna piis, in tartara trudet iniquos.  
Quare agite o dominum celi quicunque timetis  
Errorum iam paniceat, scelerisq; nephandi,  
Quod rerum ignari dudum admisisti in illum.  
Credite & abluite huc fluvio peccata salubri.  
Nec plura his compunta hominum tria millia verbis,  
Petrum oratorem toto sunt corde secuti.  
Quos baptizari Christi sub nomine iussit.  
Felix orator petrus, cui spiritus ille  
Vim persuadendi concessit : luce sequenti.  
Cum peterent templum pariter petrus, atq; Ioannes  
Claudum exixerunt ita natum in nomine Christi,  
Ipsius ante fores templi coram omnibus ; unde  
Rursus ad orantem petrum prope millia quinque  
Sunt conuersa virum, sacro & baptismate lota.  
Aurea gens fuit hac, in eis renouataq; secula.  
Omnibus idem animus fuit : vna eademq; voluntas.  
Omniaq; inter eos communia : nullus egebat,  
Nullus abundabat : duo erant pronomina dempta.  
Quæ per euaritiam cunctorum causa malorum,  
Ex illa catu veluti de semine iacto,

Propagata

Dauidiados Lib. XII.

259

Propagata fides longè latèq; per orbem.

Relligio circuit : facta est ecclesia magna.

Vana superstitione Diuīm deleta malorum est.

Christus adoratur, colitur Deus unus ubique.

Finis Dauidiados. Laus Deo.

R E G I S T R V M.

\* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y  
Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

